BAYERISCHE AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN

Veröffentlichungen ungedruckter Texte aus der mittelalterlichen Geisteswelt

Band XXIX

ROBERT COWTON

IN SECUNDUM LIBRUM SENTENTIARUM

Teil 1:
DIST. 1–14

Herausgegeben
von
Michiel Streijger

MÜNCHEN 2020
VERLAG DER BAYERISCHEN AKADEMIE
DER WISSENSCHAFTEN

IN KOMMISSION BEIM VERLAG C.H.BECK MÜNCHEN

Die „Veröffentlichungen ungedruckter Texte aus der mittelalterlichen Geisteswelt“
erschienen bis zum Band 27 unter dem Reihentitel
„Veröffentlichungen der Kommission für die Herausgabe ungedruckter Texte
aus der mittelalterlichen Geisteswelt“

Das Projekt „Edition von Kommentaren zu den Sentenzen des Petrus Lombardus“
wird als Vorhaben der Bayerischen Akademie der Wissenschaften im Rahmen
des Akademienprogramms von der Bundesrepublik Deutschland
und vom Freistaat Bayern gefördert

ISBN 978 3 7696 9028 6

© Bayerische Akademie der Wissenschaften, München 2020
Druck und Bindung: Druckerei C.H.Beck Nördlingen
Printed in Germany

Voor mijn ouders
Ine en Theo Streijger

Vorwort

Bei der Erstellung und Herausgabe dieses ersten Bandes von Robert Cowtons Kommentar zu den Sentenzen des Petrus Lombardus habe ich von verschiedener Seite Unterstützung erhalten.

Herrn Professor Rolf Schönberger, dem Leiter des Editionsprojekts, bin ich sehr verbunden für seine Unterstützung und sein Vertrauen.

Meinem Kollegen Dr. Klaus Rodler sei für die gute Zusammenarbeit, seine Beratung bei zahlreichen editorischen Problemen und für den Drucksatz herzlich gedankt.

Von meinem Vorgänger am Projekt, Dr. Andrés Quero-Sánchez, konnte ich eine vorläufige Transskription der Handschrift Oxford, Merton College, cod. 117 übernehmen.

Dr. Friedrich Spoth vom *Thesaurus Linguae Latinae* war mir bei manchem lateinischen Ausdruck im kritischen Apparat und manchem deutschen in der Einleitung hilfreich.

Frau Professor Cecilia Trifogli vom *All Souls College* in Oxford hat freundlicherweise für eine mehrtägige Unterkunft daselbst gesorgt.

Schließlich schulde ich allen Bibliotheken, in denen ich Handschriften studieren konnte, Dank für die entgegenkommende Betreuung.

Inhaltsverzeichnis

Quellenverzeichnis 11*

Literaturverzeichnis 15*

Abkürzungen und Zeichen 16*

Einleitung 19*
1. Die *quaestiones* 19*
2. Die Quellen 23*
3. Die Textüberlieferung 32*
   3.1 Handschriften und Sigla 32*
   3.2 Der gemeinsame Ursprung der Textüberlieferung 32*
   3.3 Die Abhängigkeitsverhältnisse 34*
   3.4 Abweichungen 65*
4. Gestaltung von Text und Apparaten 69*

In secundum librum Sententiarum, dist. 1–14 1

Additiones 415

Index quaestionum 417

Auctores et scripta 419

Quellenverzeichnis

1. Handschriftliche Quellen

Guillelmus de Ware,
Quaestiones in Sententias, Vatikan, Biblioteca Apostolica Vaticana, cod. Chigi B VII 114.

Robertus Cowton,
Quaestiones in Sententias, Oxford, Merton College, cod. 117.

Robertus Grosseteste,
Commentum in De divinis nominibus, Oxford, Merton College, cod. 86.

2. Gedruckte Quellen

Aegidius Romanus,
Expositio super libros De anima. Venedig 1500 (Nachdr. Frankfurt am Main 1982).

Alexander Halensis,
Summa Theologica, ed. Collegii S. Bonaventurae. 4 Bde. Quaracchi 1924–1948.

Algazel,
Metaphysica, ed. J.T. Muckle. Toronto 1933.

Alhacen,
De aspectibus, ed. A.M. Smith, *Alhacen's Theory of Visual Perception: A Critical Edition, with English Translation and Commentary, of the First Three Books of Alhacen's De aspectibus, the Medieval Latin Version of Ibn al-Haytham's Kitāb al-Manāẓir* (Transactions of the American Philosophical Society 91.4–5). 2 Bde. Philadelphia 2001.

Ambrosius,
De fide, CSEL 78; PL 16.

Anonymus,
Auctoritates Aristotelis, ed. J. Hamesse (Philosophes médiévaux 17). Löwen-Paris 1974.

Anonymus,
In Aristotelis Ethicam Nicomacheam II, ed. H.P.F. Mercken (CLCAG 6.1). Leiden 1973.

Anonymus,
In Aristotelis Ethicam Nicomacheam VII, ed. H.P.F. Mercken (CLCAG 6.3). Löwen 1991.

Anonymus,
Liber de causis, ed. A. Pattin. Löwen 1966.

Anonymus,
Liber sex principiorum, ed. L. Minio-Paluello-B.G. Dod (Aristoteles Latinus 1.6–7). Brügge-Paris 1966.

Anselmus Cantuariensis,
Opera Omnia, ed. F.S. Schmitt. 6 Bde. Seckau-Rom-Edinburgh 1938–1961 (Nachdr. Stuttgart-Bad Cannstatt 1968); PL 158.

Aristoteles,
Opera, ed. I. Bekker-O. Gigon. 5 Bde. Berlin 1960–1961.

Augustinus,
Confessiones, CCL 27; CSEL 33.1; PL 32.
Contra Academicos, CCL 29; CSEL 63; PL 32.
De civitate Dei, CCL 47–48; CSEL 40.1–2; PL 41.

De diversis quaestionibus octoginta tribus, CCL 44A; PL 40.
De doctrina christiana, CCL 32; CSEL 80; PL 34.
De Genesi ad litteram, CSEL 28.1; PL 34.
De immortalitate animae, CSEL 89; PL 32.
De libero arbitrio, CCL 29; CSEL 74; PL 32.
De perfectione iustitiae hominis, CSEL 42; PL 44.
De Trinitate, CCL 50–50A; PL 42.
Enchiridion, CCL 46; PL 40.
Epistula 137, CCL 31B; CSEL 44; PL 33.
Sermo 117, ed. F. Dolbeau, „Le sermon 117 d'Augustin sur l'ineffabilité de Dieu, édition critique", in: *Revue Bénédictine*, 124 (2014), 213–35; PL 38.
Soliloquiae, CSEL 89; PL 32.

Ps.-Augustinus,
Contra Felicianum Arianum, PL 42, 62.

Averroes,
Aristotelis opera cum Averrois commentariis, ed. Iuntina. 11 Bde. Venedig 1562–1574 (Nachdr. Frankfurt am Main 1962).
Commentarium Magnum in Aristotelis De Anima Libros, ed. F.S. Crawford (Corpus Commentariorum Averrois in Aristotelem. Versionum latinarum 6.1). Cambridge (Ma.) 1953.
Commentum Magnum super libro De celo et mundo Aristotelis, ed. F.J. Carmody-R. Arnzen (Recherches de Théologie et Philosophie Médiévales. Bibliotheca 4). 2 Bde. Löwen 2003.
Compendium libri Aristotelis De sensu et sensato, ed. A.L. Shields-H. Blumberg (Corpus Commentariorum Averrois in Aristotelem. Versionum latinarum 7). Cambridge (Ma.) 1949.

Avicenna,
Liber de anima seu sextus de naturalibus, ed. S. van Riet (Avicenna Latinus 1.1–2). 2 Bde. Löwen-Leiden 1968–1972.
Liber de animalibus, in: Avicenna, *Opera in lucem redacta*. Venedig 1508 (Nachdr. Frankfurt am Main 1961).
Liber de philosophia prima sive scientia divina, ed. S. van Riet (Avicenna Latinus 1.3–4). 2 Bde. Löwen-Leiden 1977–1980.
Liber primus naturalium. Tractatus primus de causis et principiis naturalium, ed. S. van Riet (Avicenna Latinus 1.8). Löwen-Leiden 1992.
Liber primus naturalium. Tractas secundus de motu et de consimilibus, ed. S. van Riet-J. Janssens-A. Allard (Avicenna Latinus 1.10). Löwen 2006.

Biblia Sacra iuxta vulgatam versionem, ed. R. Weber. 2 Bde. Stuttgart 1975.

Boethius,
De consolatione philosophiae, CCL 94; CSEL 67; PL 63.
De hebdomadibus, ed. R. Peiper, *Anicii Manlii Severini Boetii Philosophiae Consolationis libri quinque, accedunt eiusdem atque incertorum opuscula sacra*. Leipzig 1871; ed. C. Moreschini, *Boethius, De Consolatione Philosophiae, Opuscula Theologica*. München-Leipzig 2000; PL 64.
De Trinitate, ed. R. Peiper, *op. cit.*; PL 64.
In Categorias Aristotelis, PL 64.
In librum Aristotelis De interpretatione, secunda editio, ed. C. Meiser. Leipzig 1880; PL 64.

Bonaventura,
Opera Omnia, ed. Collegii S. Bonaventurae. 10 Bde. Quaracchi 1882–1902.

Chartularium Universitatis Parisiensis, ed. H. Denifle-A. Châtelain. 4 Bde. Paris 1889–1897 (Nachdr. Brüssel 1964).

Ps.-Dionysius Areopagita,
De caelesti hierarchia, ed. P. Chevallier, *Dionysiaca*. 2 Bde. Brügge 1937 (Nachdr. Stuttgart-Bad Cannstatt 1989).
De divinis nominibus, ed. P. Chevallier, *op. cit.*

Euclides,
Elementa, ed. H.L.L. Busard, *The First Latin Translation of Euclid's Elements Commonly Ascribed to Adelard of Bath* (Studies and Texts 64). Toronto 1983.

Eustratius,
In Aristotelis Ethicam Nicomacheam I, ed. H.P.F. Mercken (CLCAG 6.1). Leiden 1973.

Gilbertus Porretanus,
Expositio in Boethii librum De bonorum hebdomade, ed. N.M. Häring, *The Commentaries on Boethius by Gilbert of Poitiers* (Studies and Texts 13). Toronto 1966; PL 64.
Expositio in Boethii librum De Trinitate, ed. N.M. Häring, *op. cit.*; PL 64.

Biblia latina cum glossa ordinaria, ed. princeps A. Rusch. 4 Bde. Strassburg 1480–1481 (Nachdr. Turnhout 1992).

Henricus Gandavensis,
Quodlibet 1, ed. R. Macken (Henrici de Gandavo Opera Omnia 5). Löwen-Leiden 1979.
Quodlibet 6, ed. G.A. Wilson (Henrici de Gandavo Opera Omnia 10). Löwen 1987.
Quodlibet 9, ed. R. Macken (Henrici de Gandavo Opera Omnia 13). Löwen 1983.
Quodlibet 12, quaestiones 1–30, ed. J. Decorte (Henrici de Gandavo Opera Omnia 16). Löwen 1987.
Quodlibeta, ed. Badius. 2 Bde. Paris 1518 (Nachdr. Löwen 1961).
Summa quaestionum ordinarium, ed. Badius. 2 Bde. Paris 1520 (Nachdr. St. Bonaventure, N.Y.-Löwen-Paderborn 1953).

Hilarius Pictaviensis,
De Trinitate, CCL 62; PL 10.

Honorius Augustodunensis,
De cognitione verae vitae, PL 40.

Hugo de Sancto Victore,
De sacramentis christianae fidei, ed. R. Berndt (Corpus Victorinum. Textus Historici 1). Münster 2008; PL 176.

Ps.-Ioannes Chrysostomus,
Opus imperfectum in Matthaeum, PG 56.

Ioannes Damascenus,
De fide orthodoxa, ed. E.M. Buytaert (Franciscan Institute Publications. Text series 8). St. Bonaventure (N.Y.) 1955.

Ioannes Duns Scotus,
Opera Omnia, ed. Vaticana. 21 Bde. Vatikan 1950–2004.
Quaestiones super secundum et tertium De anima, ed. C. Bazán-K. Emery-R. Green-T. Noone-R. Plevano-A. Traver (B. Ioannis Duns Scoti Opera philosophica 5). St. Bonaventure (N.Y.) 2006.

Isidorus Hispalensis,
Etymologiae sive Origines, ed. W.M. Lindsay. 2 Bde. Oxford 1911; PL 82.
Sententiae, CCL 111; PL 83.

Michael Ephesius,
In Aristotelis Ethicam Nicomacheam IX–X, ed. H.P.F. Mercken (CLCAG 6.3). Löwen 1991.

Papias Vocabulista,
Elementarium doctrinae erudimentum. Venedig 1496 (Nachdr. Turin 1966).

Petrus Lombardus,
Sententiae in quattuor libris distinctae, ed. Collegii S. Bonaventurae ad claras aquas (Spicilegium Bonaventurianum 4–5). 2 Bde. Grottaferrata 1971–1981.

Petrus Thomae,
Quodlibet, ed. M.R. Hooper-E.M. Buytaert (Franciscan Institute Publications. Text series 11). St. Bonaventure (N.Y.)-Löwen-Paderborn 1957.

Proclus,
Elementatio theologica, translata a Guillelmo de Morbecca, ed. H. Boese (Ancient and Medieval Philosophy, De Wulf-Mansion Centre, Series 1.5). Löwen 1987.

Richardus de Mediavilla,
Quaestiones disputatae, ed. A. Boureau. 6 Bde. Paris 2011–2014.
Quodlibet 1, ed. A. Boureau. Paris 2015.
Super quattuor libros Sententiarum Petri Lombardi quaestiones subtilissimae. 4 Bde. Brescia 1591 (Nachdr. Frankfurt am Main 1963).

Richardus de Sancto Victore,
De Trinitate, ed. J. Ribaillier (Textes philosophiques du Moyen Âge 6). Paris 1958; PL 196.

Robertus Cowton,
In Sententias 1, distinctiones 38–39, ed. H. Schwamm, *Robert Cowton O.F.M. über das göttliche Vorherwissen* (Philosophie und Grenzwissenschaften 3.5). Innsbruck 1931.

Robertus Grosseteste,
Commentarium super De mystica theologia, ed. J. McEvoy, *Mystical Theology: The Glosses by Thomas Gallus and the Commentary of Robert Grosseteste on De Mystica Theologia* (Dallas Medieval Texts and Translations 3). Paris-Löwen-Dudley (Ma.) 2003.

Rogerus Baconus,
Liber primus communium naturalium, partes 3–4, ed. R. Steele (Opera hactenus inedita Rogeri Baconi 3). Oxford 1911.

Simplicius,
In Categorias Aristotelis, ed. A. Pattin (CLCAG 5.1–2). 2 Bde. Löwen-Paris 1971/Leiden 1975.

Thomas de Aquino,
Opera Omnia, ed. Leonina. Rom 1882–.
Scriptum super libros Sententiarum magistri Petri Lombardi, ed. R.P. Mandonnet. 2 Bde. Paris 1929.

Literaturverzeichnis

A. Daniels, „Zu den Beziehungen zwischen Wilhelm von Ware und Johannes Duns Scotus“, in: *Franziskanische Studien* 4 (1917), S. 221–38.

G.R. Evans (ed.), *Mediaeval Commentaries on the Sentences of Peter Lombard*, Bd. 1, Leiden 2002.

R.L. Friedman, „Trinitarian Theology and Philosophical Issues II: Trinitarian Texts from the Franciscan Trinitarian Tradition, ca. 1265–85“, in: *Cahiers de L'Institut du Moyen-Âge Grec et Latin* 73 (2002), S. 21–40.

B. Hechich, *De immaculata conceptione beatae Mariae virginis secundum Thomam de Sutton O. P. et Robertum de Cowton O. F. M. Textus et doctrina*, Rome 1958.

R.J. Long, „Scholastic Texts and Orthography: A Response to Roland Hissette“, in: *Bulletin de philosophie médiévale* 41 (1999), S. 149–51.

P. Maas, *Textkritik*, 4. Auflage, Leipzig 1960.

P. Porro, „Ponere statum. Idee divine, perfezioni creaturali e ordine del mondo in Enrico di Gand“, in: *Mediaevalia* 3 (1993), S. 109–59.

P.W. Rosemann (ed.), *Mediaeval Commentaries on the Sentences of Peter Lombard*, Bde. 2–3, Leiden 2010, 2015.

Abkürzungen und Zeichen

Im Text:

art.	articulo
cap.	capitulo
comm.	commento
dist.	distinctione
lib.	libro
q.	quaestione
***	aliquot verba excidisse videntur
⟨ ⟩	addendum videtur
[ ]	delendum videtur
†	locus corruptus

Im kritischen Apparat:

add.	addidit, addiderunt
al. m.	alia manus
annot.	annotavit, annotaverunt
cf.	conferatur
cett.	ceteri codices
codd.	codices
corr.	correxit, correxerunt
del.	delevit, deleverunt
eras.	erasit
in marg. (inf./sup.)	in margine (inferiore/superiore)
inf. lin.	infra lineam
ins.	inseruit
inv.	invertit, inverterunt
l.	linea, lineam etc.
lac.	lacuna
litt.	littera etc.
om. (hom.)	omisit, omiserunt (per homoeoteleuton)
post corr.	post correctionem
praem.	praemisit, praemiserunt
ras.	rasura
rep.	repetivit, repetiverunt
sc.	scilicet
sec.	secundum
seq.	sequitur

spat. vac.	spatium vacuum
sup. lin.	supra lineam
vide app. crit.	vide apparatum criticum
vide app. font.	vide apparatum fontium

Im Quellenapparat:

a.	articulus
arg.	argumentum
c.	capitulum
cf.	conferatur
d.	distinctio
def.	definitio
div.	divisio
n.	numerus
prop.	propositio
q. (un.)	quaestio (unica)
resp.	responsio
sent.	sententia
tr.	tractatus

CCL	Corpus Christianorum. Series Latina
CLCAG	Corpus Latinum Commentariorum in Aristotelem Graecorum
CSEL	Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum
PG	Patrologiae Cursus Completus. Series Graeca
PL	Patrologiae Cursus Completus. Series Latina

EINLEITUNG

Dieser Band enthält die erste vollständige kritische Ausgabe von Robert Cowtons *quaestiones* zu den ersten vierzehn *distinctiones* des zweiten Sentenzenbuchs von Petrus Lombardus. Vorliegende Einleitung beschränkt sich auf Informationen zu den *quaestiones* (Abschnitt 1) und den Quellen (Abschnitt 2), Angaben zur Textüberlieferung (Abschnitt 3) und Erläuterungen zur Gestaltung von Text und Apparaten (Abschnitt 4). Hingegen finden sich Informationen über Leben und Werk Cowtons und zu den Handschriften im ersten Band der Edition[1].

1. Die *quaestiones*

Robert Cowton hat seinen Kommentar in Form von *quaestiones* verfasst,[2] die er entsprechend den *distinctiones* im kommentierten Text des Petrus Lombardus angeordnet hat. Dabei entfallen auf *distinctio* 1 (Schöpfung im Allgemeinen) sieben *quaestiones*, auf die *distinctiones* 2–9 (Engel) sechzehn und auf die *distinctiones* 12–14 (Erschaffung der Welt) sechs. Welche Themen diskutiert werden, zeigt anschaulich eine Liste der *quaestiones* in der Handschrift R:[3]

1. Utrum sit ponere in Deo aliquam potentiam in ordine etc.
   Omne productum a Deo est productum per intellectum et voluntatem (in pede).
   Quomodo Deus intelligit res (ibidem).
   Intellectus divinus non vilescit intelligendo res alias a se (ad secundum principale).
   An intellectus practicus sit in Deo (ad primum in oppositum).
   Quid est primum obiectum intellectus (ad tertium opinionis).
   Qualiter operatio immanens in divinis habet aliquid derelictum extra se (ad quartum).
2. Utrum aliqua essentia alia ab essentia prima etc.
   De multiplici esse rei (in pede).
   Quale esse habet rosa nulla rosa exsistente (ibidem).
   Non requiritur quod obiectum scientiae sit reale in effectu (ad tertium principale).
   Nota intellectum illius angeli.
   Deus aliter non novit facta quam fienda (ad secundum opinionis).
   Negatio non recipit maius et minus (ad tertium opinionis).
   Ab aeterno fuit haec vera ‘albedo est albedo’, licet non fuerit albedo in effectu (ad septimum).
3. Utrum Deus possit aliquid positivum etc.
   De creatione (in pede).

[1] Siehe Robertus Cowton, *In primum librum Sententiarum*, ed. K. Rodler, München 2019 (Publikation bevorstehend).

[2] Für die Kommentartradition der Sentenzen siehe G.R. Evans (ed.), *Mediaeval Commentaries on the Sentences of Peter Lombard*, Bd. 1, Leiden 2002, und P.W. Rosemann (ed.), *Mediaeval Commentaries on the Sentences of Peter Lombard*, Bde. 2–3, Leiden 2010, 2015.

[3] Die *quaestiones* sind in der Liste fortlaufend nummeriert. D. 1, q. 7, d. 3, qq. 2–4 und d. 13, q. 3 fehlen in der Liste.

Potentia ad esse non fuit in mundo ante eius creationem (in fine quaestionis).
De posse logico (ibidem).
4. Utrum proximum principium productivum extrinsecae etc.
Emanatio extrinseca creaturarum praesupponit emanationem intrinsecam in divinis (in pede).
Una persona in divinis creante omnes creant (ad primum principale).
5. Utrum aliquid aliud a Deo potuit etc.
Deus potuit produxisse mundum ab aeterno (in pede).
Unum infinitum non est aequale alio infinito nec maius nec minus (ad primum principale).
De causis essentialiter et etiam accidentaliter ordinatis (ad secundum).
Quomodo creatura potest scire infinita (ad tertium).
Posita aeternitate mundi non potuissent homines fuisse infiniti (ad primum opinionis).
Praesens, praeteritum et futurum sunt differentiae solum temporis finiti (ad quartum).
6. Utrum relatio creaturae ad Deum etc.
Omnis relatio creaturae est differens per essentiam a creatura (in pede).
De inhaerentia accidentis (ibidem).
Relatio praedicamentalis non est in Deo (ad secundum).
Creatura dependet a Deo (ad primum pro opinione Ware).
In intellectu lapidis nulla dependentia includitur (ad secundum).
Relatio est ens participatum, non quod participat, sed quo participans participat (ad tertium).
Relatio ex hoc, quod est esse ad, non est vera res, sed ex fundamento (ad quartum).
Non omne aliud a Deo est creatura per se creata vel per se relata (ad ultimum Scoti).
Creatio passiva addit super creaturam relationem (in fine quaestionis).
7. Utrum tempus quod mensurat etc.
De motu et tempore (in pede primi articuli).
Ratio successionis consistit formaliter in ratione prioris et posterioris, quorum distinctio est solum ab anima (in pede et ad primum principale).
Tempus secundum suum esse formale est ab anima (in pede).
Prius et posterius in motu distinguuntur a priori et posteriori in tempore (ad secundum primae opinionis).
Uno modo substantia est prior quantitate, alio modo non (ad quintum).
De aeternitate, aevo et tempore (ad sextum).
Qualiter idem est numerus decem hominum et decem equorum et qualiter non (ad secundum opinionis secundae in secundo articulo).
Una est mensura omnium motuum (in pede secundi articuli).
Quod motus posset esse secundum Augustinum non exsistente motu caeli (in fine quaestionis).
8. Utrum sit ponere aliquam mensuram etc.
Quomodo manet idem instans in tempore secundum essentiam, variatum tamen secundum esse (in pede primi articuli).
Quae sunt in tempore per se et quae mensurantur per se et immediate instanti temporis (in secundo articulo).
In tota universitate entium est triplex modus essendi, cui correspondet triplex mensura (in tertio articulo et ad quartum principale).
Rebus incorruptibilibus potest competere aevum et tempus (ad quartum principale).
9. Utrum omnium aeviternorum sit unum aevum secundum numerum.
Mensura unius angeli non est mensura alterius (in pede).
Duratio non durat duratione (ad primum opinionis primae).

In quolibet genere est dare unum primum (ad tertium).

10. Utrum in aevo angelorum etc.
    In esse angeli vel mensura eius non cadit successio nisi per comparationem ad tempus (in pede).
    Simplicitas angeli deficit a simplicitate Dei (ad secundum principale).
    Circumscribendo tempus non fuit una anima in caelo alia prior (ad secundum).
    Effectus dependet a causa dupliciter (ad primum opinionis).
    Nota differentiam inter creari et conservari (ibidem).
    Ante et post sunt differentiae temporis (ad octavum).
    Angelus non quiescit in esse (ad nonum).
    In aevo non est successio (ad undecimum).
    Differentia inter aeternitatem et aevum (ad quartum decimum).
    Aliquid tendit in non esse dupliciter (ad quintum decimum).
11. Utrum operationes angelorum mensurentur etc.
    Esse angeli mensuratur aevo et operatio eius tempore discreto (in pede).
    Quilibet angelus quoad eius operationem habet propriam mensuram (ad sextum et septimum contra opinionem propriam).
    Operatio angeli circa obiectum beatificum mensuratur aevo (ad primum principale).
12. Utrum angelus sit in loco.
    De loco angelorum (per totum).
13. Utrum angelus possit movere se etc.
    Qualiter angelus movet se (ibidem ad secundum principale).
    Nota rationes probantes quod angelus, voluntas et grave movent se (statim post tertium principale).
    Qualiter grave movet se aliter quam animal (ad primum contra).
    Quae est causa per se motus gravis et quae per accidens (ad secundum).
    Qualiter gravia et levia sunt activa et passiva (ad tertium).
    Qualiter grave est motus et motum (ad sextum).
    Grave, licet movet se, movetur tamen ab alio (ad ultimum).
14. Utrum in essentia angeli sit vera compositio etc.
    Quomodo angelus componitur ex genere et differentia (ibidem).
    Quomodo intellectus in angelo est eius essentia (in fine).
15. Utrum omnia quae angelus naturaliter intelligit etc.
    Quomodo habitus scientialis differt a specie, quae species est repraesentativa obiecti et non habitus (in pede).
    Qualiter angeli habent species innatas quidditatum rerum et singularium incorruptibilium et recipiunt species singularium rerum corruptibilium (ibidem).
    Quomodo angelus potest devenire in cognitionem rei singularis corruptibilis de novo (in fine pedis).
    Quod angelus patitur in recipiendo species a rebus extra, non tamen vilescit eius intellectus (ad primum et secundum principale).
    Quomodo species coloris est perfectior ipso colore (ad tertium principale).
    Intellectus agens et intellectus possibilis sunt in angelo (ad secundum opinionis primae).
    Angelus primo intelligit illud ad quod perfectior species inclinat, et movetur ad intelligendum alia per imperium voluntatis (ad tertium).
    De cognitione abstractiva et intuitiva (ibidem).
    Qualiter est habitus scientialis in angelo et qualiter non (ad quartum).
    Intellectus angelicus potest recipere speciem immediate a re extra (ad tertium opinionis tertiae).

Qualiter singularia intelliguntur (ad quartum et quintum).
Qualiter immateriale intelligit materiale (ad sextum).
Quomodo species universalis et species singularis sunt simul in intellectu (ad septimum).
16. Utrum potuit diabolus peccasse pro primo etc.
Angelus malus potuit peccare in primo instanti sui esse (in pede).
Non omne peccatum in voluntate praesupponit errorem in ratione (ad primum principale).
Nota intellectum illius ‘plura scimus, tantum unum intelligimus’ (ad secundum principale).
Qualiter quis prius vult se velle aliquid quam actualiter velit (ad tertium).
Peccatum primi angeli imputatur proprie voluntati (ad primum opinionis).
Qualiter primus actus angeli erat in potestate eius ut vitaretur (ad secundum).
Apparentia boni non est formalis ratio quare voluntas peccat circa illud (ad quartum).
Voluntas quae est natura ut libera potest peccare in omni instanti quo intellectus potest apprehendere (ad quintum).
Voluntas potest dici dupliciter: formaliter et virtualiter (ad septimum).
17. Utrum damnatus angelus possit paenitere.
De obstinatione damnatorum (in pede).
Quae est causa perpetuationis poenae malorum (ad primum principale).
Plus requiritur ad bene volendum quam ad vere intelligendum (ad secundum).
Naturalis cognitio veri et naturalis dilectio boni non sunt per se sufficiens principium boni motus et attritionis (ad tertium).
18. Utrum angeli boni vel mali possunt etc.
De qua materia formant sibi talia corpora (in pede).
Nota causam diversitatis colorum in corpore assumpto ab angelo (ad secundum).
19. Utrum angelus potest de novo aliquid etc.
De locutione angelorum (in pede).
Unus angelus illuminando alium non causat in eo aliquod lumen formaliter (ad primum principale).
Nota differentiam inter illuminationem et locutionem angelorum (ad rationem opinionis).
20. Utrum materia, quae est alterum principium etc.
Materia non est quid, quale nec quantum (ad primum principale).
Quid esse habet materia circumscripta forma (ad secundum).
Qualiter materia cognoscitur per analogiam ad formam (ad primum opinionis primae).
21. Utrum Deus potest facere materiam etc.
Qualiter materia est pura potentia (in pede).
Potentia accipitur tripliciter (ibidem).
Qualiter materia potest esse sine omni forma (ibidem).
Ex duobus in actu non fit unum (ad primum principale).
Esse abstrahit ab exsistere (ad secundum).
Qualiter subiectum potest esse sine propria passione et linea sine puncto (ad secundum primae opinionis).
De infinito tripliciter accepto (ibidem).
De triplici esse materiae (in fine).
22. Utrum lumen in medio sit res vera vel etc.
Lumen est vera res in praedicamento qualitatis (in pede).
Res habet duplex esse (ibidem).
De generatione luminis in medio (ad primum principale).
Lumen non manet idem numero transmutato subiecto (ad secundum).
Diversa lumina possunt esse in medio realiter (ad tertium).

Qualiter lumen est visibile (ad primum opinionis).
23. Utrum lux sit per se et primum obiectum visus.
Lux est primum visibile simpliciter (in pede).
Qualiter lux est de compositione coloris (ibidem).
Nota intellectum huius propositionis 'color est per se visibilis' (ad primum principale).
Qualiter lux est visibilis (ad tertium principale et ad rationes opinionis).
24. Utrum actio secundum quod est res praedicamentalis sit etc.
Actio est in patiente (in pede).
Motus super quem fundatur actio et passio est in genere qualitatis (ibidem).
Qualiter motus et tempus sunt quanta per accidens (ibidem).
Honor est in honorante (ad secundum principale).
Quomodo aliquid potest diversimode denominari (ad secundum opinionis).
Quot modis dicitur actio et qualiter felicitas est actio (ad unum dubium in responsione ad septimum opinionis).
In actione et relatione est considerare materiale et formale (ad nonum).
Nota differentiam actionis et motus (ad tertium opinionis secundae).

2. Die Quellen

Einen kompletten und detaillierten Überblick über Cowtons Quellen gibt der Quellenindex (S. 419–421).

Die Identifikation der von Cowton zitierten direkten Vorgänger und Zeitgenossen ist nicht immer einfach, weil er sie meistens mit Ausdrücken wie *aliqui*, *alii*, *quidam*, *unus doctor*, *alia opinio* anführt[4], ja manche der übernommenen Textpassagen überhaupt nicht als Zitate kennzeichnet.[5]

Die folgende Gegenüberstellung zeigt, wie Cowton Texte Heinrichs von Gent wörtlich oder sinngemäß übernimmt, ohne darauf hinzuweisen:[6]

---

[4] Manchmal erhellt ein Rückverweis auf einen Abschnitt, wo z.B. nur von *alii* die Rede war, nachträglich, welche Autoren gemeint waren: d. 1, q. 2, l. 275 (im Apparat) „ad tertium argumentum supra contra opinionem Gandavensis"; d. 1, q. 5, l. 149 „istud praecise deberet Henricus dicere"; d. 1, q. 6, l. 322 „haec videtur intentio magistri Henrici"; d. 1, q. 6, l. 358 (im Apparat) „pro opinione prima Ware"; d. 1, q. 6, l. 636 „patet supra opponendo contra opinionem Henrici"; d. 1, q. 6, l. 638 „ad primum opinionis Ware"; d. 1, q. 6, l. 681 „ad primum opinionis Duns"; d. 2, q. 4, l. 379 (im Apparat) „ad primum opinionis Bonaventurae"; d. 12, q. 2, l. 90 „pro opinione Thomae arguitur sic". Auch haben Benützer der Handschriften gelegentlich am Rand die Identität der *alii* vermerkt (etwa „opinio Bonaventurae" oder „Henricus").

[5] So für *distinctio* 11 des ersten Buchs von Cowtons Kommentar bereits R.L. Friedman, „Trinitarian Theology and Philosophical Issues II: Trinitarian Texts from the Franciscan Trinitarian Tradition, ca. 1265–85", in: *Cahiers de L'Institut du Moyen-Âge Grec et Latin* 73 (2002), S. 21–40, hier S. 25–26.

[6] In den folgenden Gegenüberstellungen wurde die Interpunktion der alten Drucke von mir angepasst.

Robert Cowton,
In Sententias 2, d. 2, q. 4,
ll. 589–599

Ad quintum decimum, cum arguitur quod illud quod continue ex se tendit in non esse, continue recipit ab alio esse, dicendum quod tendere in non esse potest intelligi dupliciter, vel partem ipsius esse continue amittendo post partem, vel essendo semper dispositum, si a causa sua deseratur, ut statim cadat in non esse.
De eo quod primo modo tendit in non esse, verum est quod continetur in esse partem eius recipiendo post partem et per aliud et aliud fieri, ut tempus et motus.
Sed sic esse angeli continue non tendit in non esse, sed simul est secundum se totum in mensura simplici. Sed quia in quolibet nunc de se caderet in non esse, indiget creatore volente ipsum stare in esse dato, quod Augustinus vocat continue fieri in comparatione ad tempus; dum tamen stat alio conservante, simul totum et in simplici mensura stat.

Heinrich von Gent,
Quodlibet 5, q. 11
(ed. Parisiis 1518, 170S)

Ad obiectum in oppositum "quod continue ex se tendit in non esse, continue recipit ab alio esse" etc. dicendum quod continue tendere in non esse potest intelligi dupliciter, vel semper continue partem ipsius esse amittendo post partem, vel essendo semper dispositum, si causa sua deseratur, ut statim cadat in non esse.
De eo quod primo semper tendit in non esse, verum est quod continuatur in esse partem eius recipiendo post partem et per aliud et aliud fieri.
Sed sic non est verum quod creatura continue tendit in non esse, immo quia esse suum consistit in simplici, simul totum et in instanti deserente suo conservatore cadit in non esse, sicut et simul procedit in esse, nisi forte in illis quae recipiunt magis et minus possit fieri continua acquisitio partis esse post partem in augmento et amissio in diminutione, sicut et partis essentiae post partem, secundum quod alias in quarta disputatione nostra de quolibet dictum est et infra aliquid videbitur. De eo vero quod secundo modo continue tendit in non esse, non est verum. Sic enim existens simul in creaturis continue tendit in non esse, quia nullum est nunc, quin deserente suo conservatore statim de necessitate in illo cadat in non esse, et similiter conservatur continue in esse, quia nullum est nunc, quin nisi praeservetur a suo conservatore, statim in illo cadat in non esse; quod appellat Augustinus continue eam fieri, licet totum sit simul.

Ein anderes Mal stimmt Cowton fast wörtlich mit Richard von Mediavilla überein:

Robert Cowton,
In Sententias 2, d. 8, q. un.,
ll. 73–85

Ad secundum, cum dicitur "si format de natura elementari, aut tantum de uno elemento aut de pluribus", respondeo quod de pluribus. Nec tamen illud corpus est vere mixtum habens formam substantialem mixti, sed ele-

Richard von Mediavilla,
In Sententias 2, d. 8, a. 1, q. 3, ad 3
(ed. Brixiae 1591, 2:106a)

Et credo quod illud corpus format de pluribus elementis, nec tamen habet formam mixti; elementa enim ibi remanent sub suis formis completis virtute diaboli ita subtiliter confusa, ut corporalis visus inter distinctionem par-

menta remanent sub formis suis completis, ita tamen subtiliter confusa virtute diaboli, ut corporalis visus inter distinctionem partium illorum elementorum non possit distinguere. Et ex diversa confusione eorum in diversis partibus illius corporis lumen cadens super ipsum corpus in diversis partibus diversimode resplendet ad similitudinem diversorum colorum, ita quod in una parte apparet color albus et in alia parte rubeus. Nec mirum; habemus enim 4. *Regum* cap. 4 quod Moabitae orto iam sole ex adverso aquarum viderunt econtra aquas rubeas quasi sanguinem. Quod non fuisset, nisi lumen cadens super elementa in se confusa posset causare aliam et aliam coloris apparentiam, secundum quod diversimode confunduntur et secundum quod sunt in alio et alio aspectu per comparationem ad aspicientem.

tium illorum elementorum distinguere non possit. Et ex diversa confusione eorum in diversis partibus illius corporis lumen cadens super ipsum corpus in diversis partibus diversimode respondent (!) ad similitudinem diversorum, ita quod in una parte color albus apparet et in alia parte rubeus. Nec mirum; habemus enim 4. *Regum* 3 quod Moabitae orto iam sole ex diverso aquarum situ viderunt aquas rubeas quasi sanguinem, quod non fuisset, nisi lumen cadens super elementa inter se confusa possit creare aliam et aliam coloris apparentiam, secundum quod diversimode confunduntur et secundum quod sunt in alio et alio aspectu per comparationem ad aspicientem.

Eine (sicherlich ergänzungsfähige) Übersicht der nicht gekennzeichneten Zitate:

Dist. 1,	q. 1,	ll. 293–305:	teils wörtlich, teils sinngemäß übernommen aus Richard Conington, *In Sententias* (zitiert in Petrus Thomae, *Quodlibet*, pars 2, q. 2 [ed. Hooper-Buytaert, 167])
	q. 4,	ll. 239–60:	hängt ab von Johannes Duns Scotus, *Lectura* 2, d. 1, q. 1, nn. 41–44 (ed. Vaticana, 18:15-16)
	q. 5,	ll. 18–25:	fast wörtlich übernommen aus Richard von Mediavilla, *In Sententias* 2, d. 1, a. 3, q. 4 (ed. Brixiae 1591, 2:17b)
Dist. 2,	q. 1,	ll. 154–83:	teils wörtlich aus Heinrich von Gent, *Quodlibet* 3, q. 11 (ed. Parisiis 1518, 63Z–64Z), teils gekürzt
		ll. 184–90:	teils wörtlich aus Heinrich von Gent, ibid. (64A)
		ll. 203–89:	teils wörtlich, teils sinngemäß aus Heinrich von Gent, ibid. (64B–65E), mit eigenem Zusatz am Anfang
	q. 2,	ll. 172–76:	wörtlich aus Richard von Mediavilla, *Quaestiones disputatae*, q. 20, a. 4 (ed. Boureau, 3:362)
		ll. 181–212:	teils wörtlich aus Heinrich von Gent, *Quodlibet* 5, q. 13 (ed. Parisiis 1518, 171B–172D), teils gekürzt
	q. 3,	ll. 211–19:	fast wörtlich aus Heinrich von Gent, *Quodlibet* 11, q. 11 (ed. Parisiis 1518, 467B)
	q. 4,	ll. 381–416:	fast wörtlich aus Heinrich von Gent, *Quodlibet* 5, q. 11 (ed. Parisiis 1518, 169L-N)
		ll. 418–34:	fast wörtlich aus Heinrich von Gent, ibid. (170Q-R), teils gekürzt
		ll. 589–99:	fast wörtlich aus Heinrich von Gent, ibid. (170S), teils gekürzt
	q. 5,	ll. 3–11:	hängt ab von Johannes Duns Scotus, *Lectura* 2, d. 2, pars 1, q. 4, n. 144 (ed. Vaticana, 18:146)

	q. 6,	ll. 128–61:	hängt ab von Heinrich von Gent, *Quodlibet* 2, q. 9 (ed. Parisiis 1518, 36A–37E)
	q. 7,	ll. 77–101:	hängt ab von Heinrich von Gent, *Quodlibet* 4, q. 17 (ed. Wilson-Etzkorn, 309-10)
Dist. 3,	q. 5,	ll. 419–24:	fast wörtlich aus Richard von Mediavilla, *In Sententias* 2, d. 3, a. 6, q. 2 (ed. Brixiae 1591, 2:63b–64a)
Dist. 4–5,	q. un.,	ll. 248–79:	teils wörtlich aus Heinrich von Gent, *Quodlibet* 8, q. 10 (ed. Parisiis 1518, 321O-P), etwas hinzugefügt
Dist. 8,	q. un.,	ll. 4–8:	hängt ab von Richard von Mediavilla, *In Sententias* 2, d. 8, a. 1, q. 3, resp. (ed. Brixiae 1591, 2:105b)
		ll. 9–14:	fast wörtlich aus Richard von Mediavilla, ibid., arg. 3 (105b)
		ll. 14–19:	fast wörtlich aus Johannes Duns Scotus, *Ordinatio* 2, d. 8, q. un., n. 3 (ed. Vaticana, 8:122-23)
		ll. 19–24:	fast wörtlich aus Richard von Mediavilla, *In Sententias* 2, d. 7, a. 4, q. 1, contra (ed. Brixiae 1591, 2:99b)
		ll. 27–31:	hängt ab von Richard von Mediavilla, ibid., d. 8, a. 1, q. 2, contra (104b)
		ll. 56–59:	fast wörtlich aus Richard von Mediavilla, ibid., resp. (105a)
		ll. 61–66:	fast wörtlich aus Richard von Mediavilla, ibid., q. 3, resp. (105b)
		ll. 67–71:	fast wörtlich aus Richard von Mediavilla, ibid., ad 3 (106a)
		ll. 74–85:	fast wörtlich aus Richard von Mediavilla, ibid.
		ll. 85–89:	fast wörtlich aus Richard von Mediavilla, ibid., q. 5, resp. (107a)
Dist. 12,	q. 1,	ll. 118–95:	hängt ab von Johannes Duns Scotus, *Lectura* 2, d. 12, q. un., nn. 11-22 (ed. Vaticana, 19:72–77)
Dist. 13,	q. 1,	ll. 104–9:	fast wörtlich aus Heinrich von Gent, *Quodlibet* 3, q. 12 (ed. Parisiis 1518, 65F)
		ll. 163–71:	fast wörtlich aus Richard von Mediavilla, *Quodlibet* 1, q. 11 (ed. Boureau, 118–20)
		ll. 187–88:	fast wörtlich aus Richard von Mediavilla, ibid. (118)
	q. 2,	ll. 200–17:	fast wörtlich aus Richard von Mediavilla, *In Sententias* 2, d. 13, a. 2, q. 4, resp. (ed. Brixiae 1591, 164a-b)
Dist. 14,	q. un.,	ll. 432–503:	teils wörtlich, teils sinngemäß aus Roger Bacon, *Communia naturalia* 1, pars 3, c. 1 (ed. Steele, 140–43)

Dass Cowton das zweite Buch von Scotus' Sentenzenkommentar in der Fassung der *Lectura* manchmal wörtlich, meist aber sinngemäß zitiert, haben bereits deren vatikanische Herausgeber durch Textgegenüberstellungen gezeigt.[7] Ihren Beispielen lässt sich folgendes hinzufügen:

[7] Siehe Prolegomena in Johannes Duns Scotus, *Lectura in librum secundum Sententiarum. A distinctione septima ad quadragesimam quartam*, ed. L. Modrić et al. (Opera Omnia 19), Vatikan 1993, S. 22*–26*.

Robert Cowton,
In Sententias 2, d. 12, q. 1,
ll. 119–195

Omne agens naturale praesupponit passum in quod agat; sicut igitur in transmutatione accidentali transmutans transmutat aliud movendo ipsum ab uno termino ad alterum (albedo enim non fit nigredo, sed album prius fit nigrum), ita in generatione substantiali agens transmutat aliquid a forma in formam, ita quod aliquid idem maneat sub utroque termino; et illud sic manens dicitur esse materia.

Haec est ratio Philosophi 1. *Physicorum* et 1. *De generatione* et 2. et 12. *Metaphysicae* cap. 1 et alibi pluries.

Sed dicet aliquis sustinendo opinionem primam quod agens naturale praesupponit aliquid in quod agat, sed illud est res corrumpenda; sed in ultimo transmutationis totum quod praefuit et praesuppositum erat, mutatur in unum totum aliud, sicut totus aer in totum ignem (ex 1. *De generatione*).

Contra: prius naturaliter corrumpendum non est quam ipsum generandum actu sit, quia si non, sed pro aliquo simul essent, opposita essent simul in eodem. Cum igitur in illo signo naturae in quo generans actu ponit genitum, nihil alterius maneat, generat ex nihilo nec aliquid praesupponit in eius actione, quia totum quod praefuit, eo quod nihil eius manet pro tunc, nihil penitus facit ad actionem generantis pro signo illo in quo ponitur genitum in actu.

Sed ad hoc posset dici quod generans naturaliter generat pro tunc non de aliquo subiective, sed tamen generat de aliquo initiative, ut ex termino a quo; Deus autem producit utroque modo ex nihilo, quia nec requirit subiectum nec terminum a quo positivum.

Contra: agens habens in virtute sua causativa

Johannes Duns Scotus,
Lectura 2, d. 12, q. un., nn. 11–22
(ed. Vaticana, 19:72–77)

Omne agens naturale requirit passum in quod agens agit (hoc patet ad sensum); illud passum, in quod agens agit, transmutatur ab opposito in oppositum; hoc oppositum non fit illud oppositum, ita quod nihil commune remaneat utrique (sicut albedo non fit nigredo); sicut igitur in transmutatione accidentali transmutans aliquid, movet illud ab opposito in oppositum, manens idem sub utroque oppositorum, ita oportet in generatione quod generans transmutet aliquid a forma in formam, manens idem sub utraque; illud dicitur esse materia. 11

Haec est ratio Philosophi I *Physicorum*, I *De generatione* et XII *Metaphysicae* cap. 1, et alibi pluries.

Ad hanc rationem dicitur a quibusdam quod agens naturale agit in passum corrumpendum, et illud passum corrumpendum praesupponit in quod agat; sed in instanti corruptionis non praesupponit, sed tunc totum vertitur in totum, ex I *De generatione*. 12

Contra: prius naturaliter est corrumpendum quam genitum fiat, et prius in originando et exsequendo; igitur si in isto instanti nihil corrumpendi manet in quo generans generat, nihil praesupponet suae actioni; et cum illa actio sit actio sua perfectissima, sequitur quod actione sua perfectissima generans generabit ex nihilo, quod est contra propositionem acceptam quod ‘omne agens naturale praesupponit passum in quod agat’. 13

Ad hoc dicitur quod ‘aliquid produci ex nihilo’ potest intelligi dupliciter: vel sicut de termino et initiative, vel sicut de parte et subiective. Primo modo non est verum quod generans generat ex nihilo, sed requiritur aliquid corrumpendum; et ideo generat de aliquo initiative vel in termino a quo. Sed secundo modo verum est quod generans generat ex nihilo, quia nihil corrupti manet in generato. Sed Deus utroque modo ex nihilo producit. 14

Contra: agens quod habet in virtute sua totum 15

totum effectum non minus illum producit, licet aliud non ponatur, quo posito magis debilitatur vis agentis quam fortificatur. Sed per te generans habet in virtute effectiva totum effectum, quia nihil eius praesupponit; per actionem autem in contrarium corrumpendum debilitatur eius virtus activa et non fortificatur. Igitur si terminus a quo corrumpendus nihil esset, ut ab eo inchoatur actio, nihil minus, immo facilius, produceret terminum et ita omnino crearet.

Et confirmatur ratio, quia agens naturale potens in aliquem effectum totum de necessitate illum producit, si non impeditur (ex 9. *Metaphysicae* cap. 4). Sed ignis est agens mere naturale habens in virtute effectiva totum alium ignem (ex dato) et non impeditur per absentiam aquae, quia aqua, si esset praesens in ratione termini a quo, magis impediret et debilitaret actionem eius. Igitur sine omni termino a quo positivo contrario, a quo inchoatur actio, ignis producet ignem, et ita de pure nihilo initiative et subiective.

Item in causis materialibus est ordo essentialis et status sicut in efficientibus (ex 2. *Metaphysicae*). Huiusmodi autem primum potentiale seu materiale videtur esse respectu primi actus; primus autem actus materiae est forma elementaris; igitur in elementis est ponere materiam diversam a forma.

Item si non esset aliqua materia communis utrique termino generationis in simplicibus, generatio talium non esset naturalis, quia generatio non est naturalis solum ex parte generantis, sed ex parte passi transmutati, ut natum est transmutari, cuius appetitus naturalis praecessit ad formam ad quam transmutatur; sed posita opinione nullus appetitus naturalis praecessit ad terminum genitum, nam forma corrumpenda non appetit terminum genitum (patet, quia tunc appetisset suam corruptionem) et non est ibi aliquid manens quod appetere possit terminum ad quem; quare etc.

effectum, non minus potest producere amoto quocumque quo posito magis debilitatur virtus eius quam fortificetur; sed per te generans habet in virtute sua activa totum effectum, quia nihil eius praesupponit in instanti generationis; igitur generans potest producere genitum amoto quocumque quo posito magis debilitatur virtus eius quam fortificetur. Per actionem autem in contrarium corrumpendum, debilitatur virtus eius activa et non fortificatur; igitur agens naturale amoto quocumque passo potest producere effectum.

Confirmatur ratio: omne agens naturale, potens in aliquem totum effectum, de necessitate illum faciet non impeditum, ex IX *Metaphysicae* cap. 4, sicut etiam de necessitate producit formam, si non impeditur; sed agens naturale, ut ignis, habet in virtute sua totum effectum, ex datis; igitur non impeditum, sic producet totum effectum. Sed non impeditur per aliquem agentem, nec per absentiam alicuius contrarii passi (sed magis debilitatur per eius praesentiam); igitur absente aqua et quocumque contrario agente, producet ignem, – et ita de nihilo omnino. 16

Praeterea aliae rationes sunt ad probandam praedictam conclusionem: 17

Item, in causis materialibus est essentialis ordo sicut in efficientibus (ex II *Metaphysicae*); igitur est dare primum potentiale, ad quod sit status in causis materialibus: est ergo dare primum receptivum. Sed primum receptivum non est nisi ad actum primum, qui est substantialis; sed idem non recipit se ipsum; igitur primum compositum erit compositum ex receptivo et recepto. 21

Si non esset materia, manens eadem sub utroque contrariorum, nulla generatio passiva esset naturalis, quia si non esset materia, tunc nullus appetitus praecessit ad terminum generatum nec esset ibi aliquid quod naturaliter inclinaretur ad terminum generatum, nam forma corrumpenda non appetit, quia tunc appeteret sui ipsius corruptionem. 17

Item posita hypothesi nulla esset generatio, quia nulla esset privatio quae posset esse terminus a quo. Privatio enim non est nisi in apto nato ad habitum; tale aliquid aptum natum ad receptionem formae non est dare; forma enim ignis non appetit perfici a forma aeris nec e converso.

Item, nulla esset generatio, quia generatio est 18
a non-subiecto in subiectum, a privatione in formam, sicut corruptio e contra, – et sunt duae mutationes habentes quattuor terminos distinctos, quia terminus ‘a quo’ corruptionis est forma et terminus ‘a quo’ generationis est privatio formae inducendae in aliquo apto nato, et sic de terminis ‘ad quos’; si autem non esset materia, non esset aliqua privatio quae posset esse terminus ‘a quo’ in generatione, quia privatio non est nisi in subiecto apto nato ad habitum, – inter formas autem disparatas non potest esse per se generatio, quia est de non-subiecto in subiectum; et sic nulla esset substantialis mutatio, quia omnis mutatio est alicuius ‘aliter se habentis nunc quam prius’; sed si nihil ignis corrupti manet, nihil ignis aliter se habet nunc quam prius.

Sed forte diceretur quod generatio est naturalis a parte passi, quia terminus a quo, qui se habet in ratione passi, est naturaliter in potentia ut in totum alium terminum transmutetur, non quod prius corrumpitur secundum totum et fiat aliud totaliter novum. Contra: tunc recedis a responsione secunda superius data ad unum argumentum.

Item si non corrumpitur prius terminus a quo secundum totum quam aliud generetur, igitur manet aliquo modo in termino ad quem. Aut igitur manet secundum se totum et actualitatem propriam – et tunc duae formae contrariae simul in eodem – aut manet secundum aliquid sui et secundum aliquid corrumpitur – et hoc est propositum, quia illud aliquid vocamus materiam recipientem supra se formam per generationem – aut secundum nihil eius proprium manet, sed tantum manet ratione alterius in quod est conversum – et tunc sequitur quod omnis generatio simplicium corporum est transsubstantiatio.

Item circumscripta materia, quae sit altera pars compositi, quidlibet esset intrinsece loquendo aeque incorruptibile: ita aer sicut caelum. Nam illa forma aeris nititur se salvare nec est in aliqua aptitudine naturali intrinseca ad non essendum, sicut nec forma caeli, quia aer secundum te est forma tantum.

... Vel sic: si non esset materia in composito, sed tantum forma, quodlibet creatum intrinsece esset aequaliter incorruptibile. Nam actus tantum et simplex non est naturaliter corruptibilis nec inclinatur ad corruptionem: nam forma aëris nititur se salvare, nec est in aliqua aptitudine naturali ex se ad non essendum, ut videtur; si igitur aër esset tantum forma, sicut tu dicis, et quodlibet creatum, ita 19

quod nullum ens haberet in se diversa principia (potentiale et actuale), sequitur quod quodlibet aequaliter sit incorruptibile intrinsece, non habens magis intrinsece aër quod sit corruptibilis quam caelum.

Si dicatur aerem habere contrarium, caelum non, nihil ad propositum, quia contrarium non facit quod aliud contrarium habeat aliquod principium intrinsecum quo est corruptibile.

Si dicas quod aër est corruptibilis et caelum 20
non, quia 'aër habet contrarium et caelum non', – contra: hoc nihil est ad propositum, quia contrarium non facit quod aër habeat principium intrinsecum corruptionis suae; si ergo aër non haberet materiam, intrinsece est aeque incorruptibilis sicut caelum. Unde prius oportet dare causam intrinsecam corruptionis quam habeat contrarium corrumpens.

Et haec videtur ratio Philosophi in 7. *Metaphysicae* cap. 5 quod omne generabile habet materiam; possibile namque esse et non esse; quo autem aliquid est tale, scilicet intrinsece, est materia.

Et haec videtur esse ratio Philosophi VII *Metaphysicae* cap. 5, quod "omne generabile habet materiam: possibile enim est esse et non esse"; quo autem aliquid est tale intrinsece, est materia.

Item eodem modo quo Philosophus 1. *Physicorum* probat materiam esse, ex hoc quod necesse est esse aliquid manens sub utroque termino in generatione, probat eam Augustinus 12. *Confessionum* cap. 1 et 2.

Praeterea, Augustinus XI *Confessionum* pro- 22
bat materiam esse, faciens eandem rationem quam Philosophus, quia 'oportet aliquid manere sub utroque terminorum mutationis': unde probat materiam esse, per mutationem (et ideo dicit Commentator quod "transmutatio fecit scire materiam").

Aber auch die als *Ordinatio* bezeichnete Fassung von Scotus' Sentenzenkommentar wird von Cowton einmal, wenn auch nur kurz, zitiert:

Robert Cowton, *In Sententias* 2, d. 8, q. un., ll. 14–19	Johannes Duns Scotus, *Ordinatio* 2, d. 8, q. un., n. 3 (ed. Vaticana, 8:122–23)
Cum igitur forma mixti sit forma substantialis, posset diabolus transmutare materiam ad formam substantialem immediate. Quod falsum est, quia nec naturaliter agendo, quia ad talem actionem non determinatur a creatore, ut naturaliter transmutet materiam ad formam substantialem; nec artificialiter, quia secundum Philosophum 4. *Meteororum* ars non sequitur naturam in perfectione effectus.	Cum forma mixta sit forma substantialis, posset diabolus transmutare materiam ad formam substantialem immediate, – quod falsum est, quia nec naturali actione (quia naturaliter non determinatur a Creatore ad talem actionem), nec artificialiter (quia secundum Philosophum IV *Meteorologicorum* 'ars non sequitur naturam in perfectione effectus').

Meistens scheinen Zitate aus Scotus eher dessen *Lectura* als der Ordinatio entnommen zu sein.[8] Dies lässt sich etwa am Anfang von d. 2, q. 5 (*Utrum ope-*

[8] Die Behauptung von B. Hechich, *De immaculata conceptione beatae Mariae virginis secundum Thomam de Sutton O. P. et Robertum de Cowton O. F. M. Textus et doctrina*, Rome

rationes intrinsecae angelorum mensurentur aevo vel tempore) beobachten, wo Cowton ein Argument des Scotus, den er freilich erst in einem Rückverweis Zeile 272 nennt, wiedergibt. Obwohl Cowton stark paraphrasiert, erkennt man in der Gegenüberstellung auch wörtliche Übereinstimmungen mit der *Lectura* (kursiv):

Robert Cowton, *In Sententias* 2, d. 2, q. 5, ll. 3–11	Johannes Duns Scotus, *Lectura* 2, d. 2, pars 1, q. 4, n. 144 (ed. Vaticana, 18:146)	Johannes Duns Scotus, *Ordinatio* 2, d. 2, pars 1, q. 4, n. 157 (ed. Vaticana, 7:224)
Quia operatio beatifica *mensuratur aevo, non tempore* discreto nec continuo; igitur quaelibet alia operatio intrinseca mensuratur aevo. Consequentia patet, quia in operatione beatifica includitur operatio naturalis, quamvis non sit tota causa beatitudinis; sed illa *naturalis, ut concurrit ad beatitudinem*, non potest mensurari tempore et, ut supernaturalis, aevo, quia beatitudo angeli non dependet ex tempore vel temporali; igitur mensuratur naturalis operatio in beatitudine eadem mensura qua supernaturalis, scilicet aevo. Sed qua ratione una operatio naturalis mensuratur aevo, eadem ratione et quaelibet. Igitur patet consequentia et antecedens.	Beatitudo angeli *mensuratur aevo,* et *non tempore*, secundum omnes, cum sit aeviterna sicut et angelus; sed ad beatitudinem angeli concurrit actus naturalis angeli (licet non sit tota beatitudo, exigit tamen eius beatitudo actum naturalem, cum sit defectibilis); ergo actus eius naturalis secundum se non mensuratur tempore (quia ex quo nihil additum actui angeli variat actum naturalem, non potest esse quod actus *naturalis 'ut concurrit ad beatitudinem'* mensuretur aevo et tamen mensuretur 'secundum se' alia mensura inferiore).	Omnes concedunt actum beatificum angeli mensurari aevo, et patet per Augustinum De fide ad Petrum 18. Ille autem actus necessario includit vel praesupponit actum naturalem, et hoc ponendo angelum habere perfectionem aliquam in suo actu beatifico, licet non possit ex se in perfectionem totalem actus beatifici; impossibile est autem aeviternum necessario includere vel praesupponere aliquid posterius aeviterno, quod scilicet mensuratur mensura posteriore aevo; igitur ille actus naturalis, qui includitur in actu beatifico, non potest esse temporalis.

1958, S. 43–45, der von Cowton in den Büchern 2–4 zitierte Text entspreche (mit einigen Ausnahmen) eher der *Ordinatio*, kann ich nicht bestätigen. Hinweise auf Benutzung der *Reportatio Parisiensis* 2A (ediert in Johannes Duns Scotus, *Reportata Pariensia*, ed. L. Wadding [Opera Omnia 11], Lyon 1639) habe ich in den hier edierten *quaestiones* nicht gefunden.

3. Die Textüberlieferung

3.1 Handschriften und Sigla

Elf Handschriften überliefern unseren Text:[9]

S	Assisi, Biblioteca Comunale, cod. 172	ff. 161^{r} –168^{v}
P	Cambridge, Pembroke College, cod. 160	ff. 134ra –180va
R	Cambridge, Peterhouse College, cod. 69	ff. 55ra –100ra
Q	Cambridge, Peterhouse College, cod. 100	ff. 107ra –148va
L	Leipzig, Universitätsbibliothek, cod. 1401	ff. 314ra –335^{rb}
B	Oxford, Balliol College, cod. 200	ff. 1^{a} –136^{a}
E	Oxford, Exeter College, cod. 43	ff. 117va–151va
M	Oxford, Merton College, cod. 92	ff. 2ra – 62ra
N	Oxford, Merton College, cod. 117	ff. 94va–131ra
V	Vatikan, Biblioteca Apostolica Vaticana, cod. Vat. lat. 4871	ff. 59ra – 60va
W	Wien, Österreichische Nationalbibliothek, cod. 1397	ff. 103ra –140^{rb}

S bietet lediglich die ersten vier *quaestiones* von *distinctio* 1 und den Anfang von d. 1, q. 5 (auch ein Teil von q. 4 fehlt), V lediglich d. 1, q. 1. Alle anderen Handschriften überliefern den Text — von gelegentlichen, auch grösseren Auslassungen abgesehen — vollständig.[10]

Die Handschriften ELMNPR enthalten zusätzlich Listen der *quaestiones*, EN PR außerdem alphabetische Register.[11]

3.2 Der gemeinsame Ursprung der Textüberlieferung

Unser Text geht auf eine einzige Vorlage zurück, wie folgende, allen Handschriften gemeinsame Fehler zeigen:

---

[9] Sämtliche Handschriften habe ich in digitalisierter Form konsultiert, EMNPQR auch im Original. Handschrift B ist digital verfügbar auf den Flickr-Seiten von *Balliol College Archives and Manuscripts* (*https://www.flickr.com/photos/balliolarchivist/albums/72157659874774543*).

[10] Lässt eine Handschrift eine längere Textpassage aus, so wird dies direkt unter dem Text vermerkt („deest“).

[11] Für die Liste in R siehe 1. Die Titel der *quaestiones* in den Listen der anderen Handschriften entsprechen mit kleineren Abweichungen den Titeln vor den Argumenten *quod non* und *quod sic* in den hier edierten *quaestiones*. Die Titel einiger *quaestiones* fehlen.

Dist. 1,	q. 2,	l. 475	ipsae] *scripsi sec. Aug.*; ratione BEMNPQRS; rationes L; *om.* W
	q. 4,	l. 42	fit] *scripsi sec. Aug.*; sic BMNPQRS (*nisi hic illic legendum* sit); sit E; *om.* LW
	q. 5,	l. 334	a Deo] Deus *codd.*
Dist. 2,	q. 1,	l. 819	velocioris circulationis] *scripsi sec. Averr.*; velociori circulo circulationis Q; velociori circulationis R; velociori circulo *cett.*
	q. 2,	l. 6	et durabilitas] *scripsi sec. Anon.*; et durabilis BMNPR; *om.* ELQW
	q. 4,	l. 135	non[2]] *codd.*; *delevi*
		l. 495	etsi si] *scripsi*; etsi BELPQR; si MNW
	q. 6,	l. 134	non] *codd.*; *delevi*
Dist. 3,	q. 5,	l. 306–7	art. … Summae] 281 parte EQ; 281 pro BMNP; 28 parte 1 R; *om.* W (*deest* L)
Dist. 4–5,	q. un.,	l. 250	velle[1]] *supplevi ex Henr. Gand.*; *om. codd.*
		l. 283	qua] quo *codd.*
Dist. 9,	q. un.,	l. 60	autem] *supplevi ex Henr. Gand.*; *om. codd.*
Dist. 12,	q. 2,	l. 462	idem] BMNP; ibidem LQRW; *delevi*
Dist. 13,	q. 1,	l. 36	quam] quem *codd.* (*deest* E)
Dist. 14,	q. un.,	l. 251	a quo veniat] *scripsi sec. Boeth.*; nota ELNPQRW (*sed del.* W); non M; mota B

In manchen Fällen beruht die richtige Lesart von ein oder zwei Handschriften vielleicht auf deren (parallele) Korrektur eines Fehlers der gemeinsamen Vorlage. Beispiele:

Dist. 1,	q. 1,	l. 147	supra] S; *om.* V; infra *cett.*
		l. 251	idem] LP (*post corr.* P); hic BNW; haec SV; hoc EMQR
		l. 415	voluntate] LW; voluntas BEMNPQRV
		l. 459	appetibilis[1]] QR; *om. cett.*
		l. 500	intellectum] QR (*post corr.* Q); intellectu *cett.*
		l. 527	tamen] LW; enim *cett.*
	q. 2,	l. 58	qua] LS; quo *cett.*
	q. 5,	l. 198	finiti … infinitum] RW (finiti *corr. ex* infiniti W); infiniti ad infinitum M; infiniti ad finitum *cett.*
Dist. 2,	q. 1,	l. 338	indiscretum] E; indistributum W; indistinctum *cett.*
		l. 339	discretum] E; distributum W; distinctum *cett.*
	q. 2,	l. 147	facit … intra] W; faciunt aliquid intra BMNPQR (*sed* faciunt *corr. in* facit P); ad intra faciunt E; faciunt L
		l. 125	actu motus] P (motus *corr. ex* motum); actu motum BEMNQW (actu *del. et* motum *corr. in* motu Q); motu R; actu L
		l. 184	qua] EL (*post corr.* E); quod *cett.*
		l. 219	potentes[1]] QR (*in marg.* Q); ponentes BLMNPW (eas *add.* BMNP); potes E
			potentes[2]] QR (*post corr.* Q); ponentes BEMNPW; *om.* L

	q. 4,	l. 94	tempore … coexsistens] P (quod *in marg.*); tempus est coexsistens BMN; tempus est coexsistit ELQRW
		l. 145	qui] BL; non *add. cett.* (*sup. lin.* MW)
		l. 343	molis] NQ (*post corr.* Q); mobilis *cett.*
		l. 346	purissimae] P; purissima BMN; plurima ELQRW
		l. 394	id] Q; ad BLMPRW (*desunt* EN)
	q. 5,	l. 189	inter] QR (*in marg.* Q); *om.* BELMNP (*deest* W)
	q. 6,	l. 157	molis] PQ (*corr. ex* mobilis Q); mobilis *cett.*
	q. 7,	l. 148	patet] E; quod *add.* LQRW; *om.* BNP (*deest* M)
		l. 340	quia anima] W; quod anima L; anima EQR; *om.* BMNP
Dist. 7,	q. un.,	l. 177	visum] MQ (*post corr.* Q); viso BENPRW (*deest* E)
		l. 313	enim] W; *om.* LP; autem *cett.*
Dist. 4–5,	q. un.,	l. 137	consummatam] QR (*post corr.* Q); assumptam ELMW; sumptam P; consup^{a}tam B; consump^{a}tam N
		l. 188–89	etiam … rebus] BP (id est *om.* P); apparentia etiam (*ante* apparentia MN; et EL; *om.* W) manifesta *cett.*
		l. 422	perfectae iustitiae] Q (*post corr.*); perfectio iustitiae L; perfecta iustitia *cett.*
Dist. 9,	q. un.,	l. 141	notitiam] QR (*in marg.* Q); *om.* BEMNPW (*deest* L)
		l. 206	angelo] LW; alio *cett.*
Dist. 12,	q. 1,	l. 164	corrumpenda] N; corrupta BLMPRW (*desunt* EQ)
Dist. 13,	q. 2,	l. 68	quid] Q; quod *cett.*
		l. 221	non^{1}] LQ (*in marg.* Q); *om. cett.*
Dist. 14,	q. un.,	l. 210	quod] W; sed illud L; cuius oppositum *cett.*
		l. 323	autem] L; *om. cett.*

3.3 Die Abhängigkeitsverhältnisse

Ausgeschlossen wird die Abhängigkeit von Handschriften untereinander durch jeweilige Eigenfehler.

Meine Rekonstruktion der Abhängigkeitsverhältnisse basiert auf einer vollständigen Kollation aller erhaltenen Handschriften und folgt der Lachmannschen Methode, wie sie Paul Maas dargestellt hat.[12] Grundidee ist hierbei, dass bestimmte gemeinsame Fehler, die so genannten Leitfehler oder *errores significativi,* auf eine gemeinsame Vorlage deuten.

Schwierig zu klären sind die Abhängigkeitsverhältnisse erstens dadurch, dass Schreiber ihren Text selbstständig korrigiert haben. Direkte Spuren davon finden sich in sämtlichen Handschriften: Wörter sind expungiert, durchgestrichen, getilgt, ausradiert, mit den sie ersetzenden Wörter überschrieben oder es sind abwei-

[12] Siehe P. Maas, *Textkritik*, 4. Auflage, Leipzig, 1960.

chende Lesungen anderer Handschriften hinzugefügt.[13] Außerdem wurden bereits in den Vorlagen vorgenommene Korrekturen übernommen. Daher bieten nicht alle Handschriften, die von einer Vorlage abhängen, auch deren Fehler. So teilen in der ersten *distinctio* die Handschriften der Gruppe ELPQRW Fehler in unterschiedlichen Fünfer-Kombinationen.

Zweitens kann ein Schreiber mehrere Vorlagen verwendet haben. So hat S Fehler mit BMNP gemeinsam, aber auch signifikant viele Gemeinsamkeiten mit LW.

Drittens können Schreiber unabhängig von einander in dieselben Fehler verfallen sein.

Im Folgenden konzentriere ich mich auf gemeinsame Fehler und andere Gemeinsamkeiten.[14] Es handelt sich meist nicht um echte Leitfehler; in der Häufung gewinnen sie jedoch an Aussagekraft.

3.3.1 Bis d. 1, q. 6, l. 97

3.3.1.1 ELPQRW

Einige gemeinsame Fehler und Gemeinsamkeiten von ELPQRW lassen eine gemeinsame Vorlage vermuten:

Dist. 1, q. 1, l. 143 quasi] *om.* ELPQRW
l. 268 breves] *om.* ELPQRW (*sed add. in marg.* E)
l. 428 esset] sit ELPQRW; poneretur S
q. 2, l. 40 actus enim] sed actus ELPQRW(sed *corr. in* quia *sup. lin.* P)
l. 451 ipsi] *om.* ELPQRW (ab *add. sup. lin.* P)
l. 555 nunc] *om.* LPQRW (*sed add. sup. lin.* W) (*deest* E)
l. 605 exsistentiae] *post corr.* W; exsistere LPQR (*deest* E)
l. 633 extitisset] exsisteret LPQRW (*deest* E)
l. 715 haec] quod hoc est (*del.* QR) LPQRW (*deest* E)
l. 796 re vera] verae LPQRW (*sed corr.* W); istae verae E
q. 4, l. 80–81 eadem … igitur] *om.* (*hom.*) ELPQRW
l. 124 quia] *om.* ELPQRW (*sed add. sup. lin.* W)
q. 5, l. 89 posita hypothesi] *om.* ELPQRW
l. 292 Deus] *om.* ELPQRW
l. 412 consequentia] *om.* ELPQRW
q. 6, l. 12 igitur … divinis] et ELPQRW

[13] Beispiele solcher Spuren, die der kritische Apparat jeweils vermerkt, sind in d. 1, q. 1: l. 15 hoc falsum] haec autem falsa (*post corr.*) P; ll. 52–53 tunc … immateriali] sed huiusmodi E (tunc … immateriali *add. in marg.*); l. 124 est] *om.* EPQRW (*sed add. sup. lin.* P); l. 138 alia[2]] et alia voluntas *add., sed del.* M; ll. 341–343 sua … vilia] *in marg.* E; l. 511 partibus] particularibus QRV (*corr. ex* partibus Q).

[14] Gemeinsamkeiten, bei denen die authentische Lesart schwer festzustellen ist, wie *dico/respondeo*, *et/etiam*, *etsi/etiamsi*, *scilicet/id est*, *quemadmodum/sicut/ut*, *igitur/ideo*, *neque/nec*, lasse ich beiseite.

l. 28 idem dicit] idem EPQRW; *om.* L
l. 42 entis] *om.* ELPQRW

Einige Fehler, die auf eine gemeinsame Vorlage von ELPQRW zurückgehen dürften, sind nicht von allen Handschriften übernommen worden:

Dist. 1, q. 1, l. 338 nobilitas et] voluntas et EQRW; *om.* L
q. 2, l. 442 hominis] nominis ELQRW (*sed corr.* W)
l. 486 esse[2]] quod est *add.* L; *om.* EPQRW (*sed add. sup. lin.* QR)
q. 4, l. 78 artificem] artem ELPQW
l. 127 formale] *om.* LPQRW (*sed add. in marg.* QR)
q. 5, l. 7 maius] infinito *add.* EPQRW
l. 83 aut] *om.* EPQRW
l. 201 quotcumque] quantumcumque ELPQR
l. 260 ita quod] ita LP; sic EQR
l. 344 bona] quod *add.* LPQRW (*sed del.* Q)
q. 6, l. 75 eis] eisdem EPQRW; ipsis L

Innerhalb der Gruppe ELPQRW weisen Q und R überdurchschnittlich häufig Gemeinsamkeiten auf. Etwa bei folgenden Fehlern:

Dist. 1, q. 1, l. 99 etiam] autem QR; igitur P; *om.* B
l. 162 opinio] quaestio QR
l. 176 inter se] *et ante* haberent (*l. 175*) *et hic* QR; *ante* ordinem LW
l. 274–75 excludendo … secundam] *ante* ex (*l. 274*) QR
l. 322 si … reduplicative[2]] *om.* QR
l. 360 ens autem] sed ens LW; ens enim QR
l. 490 se] *om.* QR
l. 494 respicitur] recipitur (*post corr.*) Q; recipi (*post corr.*) R
respici] recipi (*post corr.*) QR
l. 514 quod[1]] non *add.* QR; *om.* E
q. 2, l. 115 alia] absoluta QR
l. 212 sed] domus extra est *add.* QR
l. 278 causalitatis … formae] causae causalitatis formalis causae exemplaris QR; causalitatis et formae exemplaris L
l. 333 esse exsistentiae] esse essentiae N; essentiae exsistentiae QR; exsistentiae S
l. 441 quia ... ipsa[2]] *om.* (*hom.*) QR
l. 443 mentis] nominis QR
l. 456–57 absoluta … ibi] *om.* QR (*sed add. in marg.* Q)
l. 713–14 nec[2] … potentia] *rep.* QR
l. 754 inest[1]] est QR; est non inest P
l. 757–58 quod homo] quia QR

l. 788 articulus] Arius QR
q. 3, l. 16–17 quia[2] … illud] *om.* (*hom.*) QR
l. 43–44 se … ex] *om.* (*hom.*) QR
l. 45–46 mediae] in esse QR
l. 60 Volusianum] Vilianum QR
q. 4, l. 8 et … se[2]] *om.* (*hom.*) QR
l. 12 item … tribus] *om.* (*hom.*) QR
l. 23 igitur] est QR
l. 204 quia] quod ELP; *om.* QR
l. 247 secundum] super QR
q. 5, l. 11 primam] prima QR
l. 101 res potest] *al. m.* P; respicit QR
l. 110–11 contrariae … sicut] *om.* QR (*sed add. in marg.* Q)
l. 254 movisset] novisset BP (*sed corr.* P); voluisset QR
l. 277 agente] agente *add.* QR (*sed del.* Q)
l. 295 conveniens] inconveniens W; consequens QR
l. 355 et non] sicut non EP; et sic non L; non W; *om.* QR
l. 382 et] *om.* QR (*sed add. in marg.* Q)
q. 6, l. 30–31 permutari] permutari et permutare QR (et permutare *del.* Q); permutare BPW (*post corr.* W); permuta[l-] M
l. 42 igitur] cum *praem.* QR

Dasselbe gilt in noch höherem Maß für die Handschriften LW. Gemeinsame Fehler sind hier z.B.:

Dist. 1, q. 1, l. 7 qua] quae LW; per quam E
l. 121 si] quod (*del.*) si E; quod LW
l. 214–15 in[3] … aeterno] res producta LW
l. 293 tamquam … secundarium] *om.* LW
l. 360–61 hic … quod[1]] si igitur LW
l. 456 in[3]] sub LW
q. 2, l. 55 et … quod[1]] et bene quia (*corr. ex* quod) E; et bene (contradictoria *add.*, *sed del.*) quod QR; contradictoria quia P; unde LW
l. 116–17 communi causatio] creationis LW
l. 121 entitatis suae] aeternitatis suae MN; *om.* LW
l. 237 accipiunt … se] etiam ipsi pro se accipiunt LW; accipiunt etiam pro se P
l. 299 duas] tres LW
l. 302 et[1] … intra] *om.* LW (*sed add. in marg.* W)
l. 324 tamen] tunc LW
l. 397 essentiae[1]] exsistentiae LW (*sed corr.* W); *om.* E
l. 436 ex … tantum] secundum quod humanitas ex hoc quod humanitas non dicit nisi quid nominis tantum P; secundum quod (inquantum *pro* se-

cundum quod L) humanitas non dicit nisi quid nominis tantum ex hoc quod (est *add.* L) humanitas LW
l. 699 ut] in LW
q. 6, l. 91 nisi] *om.* LW

Weniger klar ist das Verhältnis der Handschriften E und P zu QR bzw. LW, da hier wechselnde Dreier- und Viererkombinationen die Fehler teilen:

ELPQ:

Dist. 1, q. 5, l. 205–53 ad[1] … aliquae] *post l. 274* ELPQ
l. 264 non] *om.* ELPQ (*sed ins.* P, *add. sup. lin.* Q)

ELPW:

Dist. 1, q. 1, l. 36–37 cum … tale] *om.* ELPW
q. 2, l. 21 sed … temporis[2]] sed tale ELW; et hoc P
l. 143 extra Deum] *om.* ELPW
q. 4, l. 217–22 et … naturalem] *om.* ELPW (*sed add. in marg. sup.* W)
q. 5, l. 36 31] 3 ELPW

EPQR:

Dist. 1, q. 1, l. 191 conclusum] concludens EPQR; scilicet W; praedictum L; *om.* S
l. 228 51] 251 EPQR
l. 556 secundum[1]] quia per EPQR; per LVW
q. 2, l. 91 esse[2]] *om.* EPQR
l. 148 autem] sed (*ante* participans) LW; *om.* EPQR
l. 248 ideae] *om.* EPQR
l. 433 esse[2]] *om.* EPQR (*sed add. sup. lin.* Q)
l. 761 hominis] in homine EPQR
q. 4, l. 45 2] 3 EPQR
l. 130 autem] *om.* EPQR
q. 5, l. 335 ab aeterno[1]] *om.* EPQR (*sed add. in marg.* Q)
q. 6, l. 312 genus[1]] igitur EPQR (*sed corr.* EQ)

ELP:

Dist. 1, q. 2, l. 112 habentes] consequentes ELP; habuerunt S
l. 351 appellatio] copulatio ELP
l. 492 ad se] *post corr.* W; aliud ELP
q. 4, l. 136 14] 9 ELP
q. 5, l. 49 contra] inconveniens ELP
l. 338–39 quia … instanti] *om.* ELP
q. 6, l. 31 designatus relative] designatur relatio ELP

ELW:

Dist. 1, q. 1, l. 103 consideratum] ut consistit ELW
l. 128 ratio distincta] distinctio ELW
l. 133–36 et derelictum[2]] cuiusmodi est videre in visu et intelligere in intellectu et velle in voluntate ut exemplificat Commentator et haec (huiusmodi E) non habet aliquid ultra operationem derelictum ex operatione alia est operatio transiens quae (sed operatio transiens *pro* alia … quae E) habet aliquid derelictum ELW; ut videre in visu et intelligere in intellectu et velle in voluntate alia transiens in exteriorem materiam prima ultra operationem non habet aliquid derelictum ex operatione secunda sic secundum Commentatorem ibidem S
l. 456–57 sub … motivae] omnes virtutes sub ratione primae motivae P; rationem potentiae motivae ELW
l. 508–9 intellectus … particularium] *om.* (*hom.*) ELW
l. 545 sicut[2] … inferius[2]] *om.* ELW
q. 2, l. 6 clauditur] exceditur ELW
l. 41 exsistentiae] essentiae BMN; exsistentia ELW (*corr. in* vel ex materia W)
l. 74 duplicis] triplicis ELW
l. 111–12 constitutae … mensurante] *om.* ELW (*sed* constitutae antequam crearentur aeternae aeternitate propria *add. in marg.* W)
l. 183–85 huic … Deum] haec autem relatio fuit in aliquo subiective igitur quod subicitur isti respectui fuit aliquid reale (positivum E) ab aeterno (extra Deum *add.* E) huic (hic E) dicitur (dico E) quod illud quod (*om.* E) subicitur huic relationi non fuit aliquid reale sed tantum habuit esse cognitum et ita ab aeterno non fuit nisi ens rationis (relationis E) tantum sed (*om.* W) contra si (*om.* W) ab aeterno non fuit nisi (non W) ens rationis tantum cum ens rationis non sit (fuit W) creabile (tantum *add.* W) sed illud quod est creabile est aliquid reale igitur ab aeterno nihil (non W) fuit creabile (sed contra … creabile *om.* E) ELW
l. 409–11 sicut … variari] *om.* (*hom.*) ELW
q. 4, l. 126 Patri] Pater ELW(*sed corr.* W)
l. 169 nulla[1]] *om.* ELW (*sed corr.* E)

EQR:

Dist. 1, q. 1, l. 203 conclusum] concludens EQR
q. 2, l. 67 est] etiam *add.* EQR
l. 152 per Philosophum] quia secundum Philosophum LW; *om.* EQR
l. 157 reale … esse] *om.* (*hom.*) EQR
l. 232 advenire] evenire EQR
l. 344 creationis] *om.* EQR
l. 785 2] 4 EQR
q. 4, l. 89 dispositivae … ordinativae] dispositione et ordine EQR; disponente et ordinante W; dispositiva et ordinante B

l. 227 absoluti] absoluta EQR
q. 5, l. 85–86 esse habeant] habeat esse EQR

LPW:

Dist. 1, q. 2, l. 195 nostro] est *add.* LPW (*sup. lin.* P)
l. 271 dicat] addat LPW
l. 324 commune] *om.* LPW
l. 455 5^1] 15 LPW
l. 457 dici] *om.* LPW
l. 493 in ordine] *om.* LPW
l. 553 ista] *om.* LPW (*sed add. in marg.* W)
l. 656 enim] *om.* LPW (*deest* E)
l. 697 non novit] notat LPW (*deest* E)
l. 728–29 magis … minus] magis LPW; *om.* S (*deest* E)
l. 771 in Deo] *om.* LPW
q. 3, l. 35 imperfectum] perfectum LPW (*sed corr.* PW)
q. 4, l. 8–9 sive … intellectum] se volentem et intelligentem LPW (*sed corr. in* sive voluntatem et intellectum W)
l. 51 Deus] *om.* LPW
l. 83 ea] eam LPW
l. 111–12 quamvis … trium] *om.* (*hom.*) LPW (*sed add. in marg.* W)
l. 148 scientiam Patris] sapientiam LPW
l. 177 producendi aliud] producendi S; *om.* LPW
q. 5, l. 316 non infiniti] *om.* LPW (*sed add. in marg.* W)

PQR:

Dist. 1, q. 2, l. 43 illud] *om.* PQR
l. 88 nominat] nominant PQR
l. 93 exsistente] *om.* PQR
l. 167 se] *om.* PQR (*sed add. sup. lin.* Q)
l. 242 $modo^2$] *om.* PQR
l. 505 id est] ut PQR
l. 715 concludetur] *post corr.* W; concluditur B; conceditur PQR
l. 785 8] 4 PQR
q. 6, l. 42 Metaphysicae] *om.* PQR (*sed add. sup. lin.* P)
l. 43 sed] *om.* PQR (*sed add. sup. lin.* P)

3.3.1.2 BMNS

Die Handschriften BMN weisen viele Gemeinsamkeiten auf:

Dist. 1, q. 1, l. 62 in Deo] *om.* BMN
l. 235 primum] proprium BMN

l. 138 alia[2]] et alia *add.* BN; et alia voluntas *add., sed del.* M
l. 259 indistantis] distinctis BM; distantis N
l. 265 esse[1]] *om.* BMN
l. 269 1[2]] *om.* BMN
l. 292 suam] *om.* BMN
l. 293 itaque] igitur LW; illa quia BMN; utique V
l. 336 per] consequens *add.* V; *om.* BMN
l. 484 alio] aliud BMN; per aliud LW
l. 487 duas] *post corr.* PQR; secundas ESV; secundum W; secundum aliquas BMN; *om.* L
l. 498 in tendendo] intelligendo BMN
l. 501 aptitudine] apprehensione MN; applicatione seu apprehensione B
l. 524 quod sic] *inv.* MN; sic quia B; quia sic P
l. 540 quod illud] *om.* BMN
q. 2, l. 89 figmentis] signatis BMN
l. 105 exsistat] exemplificat BMN
l. 180 autem] igitur BMN
l. 240 realiter] *om.* BMN
l. 297 sequitur] requiritur BMN
l. 281 excludens] excludentis BMN
l. 348 creantis] creabilitatis MN; creabilis B
l. 358 causatio] productio S; creatio E; esse BMN
l. 427 sive] *del.* P; *om.* BMN
l. 467 cap. 7] cap. BMN; *om.* L
l. 503 in … causa] inquantum causa M; inquantum BN
l. 540 Dei] *om.* BMN
l. 623 Deus] *om.* BMN
l. 710–11 essentiam] essentias BMN
l. 729 affirmationum] affirmationis BMN; ad affirmationes S
l. 730 poni] ponitur BMN
l. 743–44 una … negatio] tam una negatio BMN
l. 762 fuit[1]] facti BMN
l. 765 cum dicitur] dicendum BMN
l. 775 aliter] aliquando contingit BMN; *om.* L
q. 3, l. 65 in causalitate] in creabilitate MN; increante B
l. 73 causalitatem] creabilitatem MN; creantem B
q. 4, l. 20 39] 29 BMN; 19 S
l. 37 hoc autem] hoc enim BMN; quod S
l. 52 extra] ex BMN
l. 76 dispositivam] dispositive BMN; speculativam W
l. 168 13] 1 BMN; 6 S

l. 173 Deum et] *inv.* BMN
l. 182 Filio] termino BMN
l. 224 potest] de *add.* BMN
l. 256 habeo] habet BMN
q. 5, l. 37–38 nota factum] non factum BMN; *om.* PW
l. 49 naturalem] originem *add.* BMN
l. 99 praedestinatio] *post corr.* W; praedestinavit BMN
l. 122 quare] igitur R; quod BMN
l. 142 nego posse] nego hoc posse LP; negatio posset BMN
l. 244 praecedentia] *post corr.* Q; praecedentium BMN
l. 270–71 ab … fuisset] *om.* (*hom.*) BMN (infinitum *add. in marg.* M)
l. 277 infinitum] finitum BMN (*sed corr.* M)
l. 288 et^2] dico quod BMN
l. 326 quaeritur] arguitur BMN

Innerhalb BMN wiederum sind M und N durch besonders viele Gemeinsamkeiten verbunden. Etwa bei folgenden Fehlern:

Dist. 1, q. 1, l. 38 intelligit] intelligat BLPSV; diligat MN
l. 226 tempore] te MN
l. 268 vitandam] videndam MN; *om.* L
q. 2, l. 60–61 cognoscentem] *corr. ex* contingentem E; cognoscibilitatem MN
l. 96 ratitudinem] ratificationem MN
l. 114 ratitudine] ratificatione MN
l. 120 et] in *add.* P; ex MN
l. 121 entitatis suae] aeternitatis suae MN; *om.* LW
l. 126 dicto] a Deo MN
l. 160 quia] sed MN
l. 348 creantis] creabilitatis MN
l. 636–37 actu materiet] actu materiet (*corr. ex* manet) W; actu maneret MN; sit (*sup. lin.*) actu materia (*post corr.*) P
l. 690 licet] hoc MN
l. 745 negatio inest] negatio mere MN; *om.* L
q. 3, l. 40 scilicet] id est BL; sive MN
l. 62 igitur] *om.* MN
q. 4, l. 53 ut^1] quod MN
l. 87 a^2] si MN; *om.* B
l. 120 quam] quem MN
l. 128 effectivum] effectum MN
q. 5, l. 194 plures] *om.* MN (*sed add. in marg.* M)
l. 273 ideo] illud MN
q. 6, l. 19 substantialis] substantis MN

S weist einige gemeinsame Fehler mit BMN auf:

Dist. 1, q. 1, l. 228–29 completa] completiva PQR; cum plena BMNS; tota et plena L; *om.* W
l. 273 rerum] eorum BMNS
l. 458 quia] *ante* si V; *om.* BMNS
q. 2, l. 187 7] 1 BMNS
l. 329 creatio] actio BMNS
l. 418 participans] participantis BMNS
l. 474 principales … vel] quaedam principales et BMN; principales quaedam S
l. 602 exsistebat] exsistentia BMNS
l. 639–40 imprimente] *corr. in* imprimentem W; imprimentem BMNS
l. 700 importatus … ut] *om.* BMNS
q. 4, l. 209 ut] *om.* BMNS
l. 246 intrinsecam] increatam BMNS

S teilt auch mit LW zahlreiche Auslassungen, Hinzufügungen, Transpositionen usw., eigentliche Fehler aber kaum. Auch hier ergibt sich die Signifikanz erst aus der Häufung der Gemeinsamkeiten:

A. Auslassungen:

Dist. 1, q. 1, l. 60 eo … immateriales] *om.* LSW
l. 161 hoc] *om.* LSW
l. 174 quia] quod ERV; *om.* LSW
l. 175 scilicet … exsecutiva] *om.* LSW
l. 185 sequitur quod] *om.* LSW
l. 237 et ita] *om.* LSW
l. 284 eam esse] *om.* LSW
l. 300 tali] *om.* LSW
l. 301 ipse] *om.* LSW
l. 335–36 et … intelligit] *om.* LSW
l. 358 ipse] *om.* LSW
l. 373 hic] hoc B; ad hoc E; *om.* LSW
l. 462 vel … converso] nec e converso EPQR; *om.* LSW
l. 470–72 quamvis … incognitum] *om.* LSW
l. 473 dicit] *om.* LSW
l. 500–1 et^{3} … obiectum] *om.* LSW
q. 2, l. 10 est^{2}] *om.* LSW
l. 27 et] *om.* LSW
l. 28 rei^{1}] *om.* LSW
l. 37 ipse] *om.* LSW
l. 56 etiam] *om.* LSW
l. 186 beatus] *om.* LSW

l. 704 argumentum] *om.* LSW
l. 805 nonum et] *om.* LSW
q. 3, l. 58 viri] ipsi P; nostri EQR; *om.* LSW
q. 4, l. 187 obiectum] *om.* LSW

B. Hinzufügungen:

Dist. 1, q. 1, l. 7 quaero] igitur *add.* LSW
l. 220 non] autem *add.* LSW
l. 357 quod[2]] Deus *add.* LSW
l. 448 esset] eius *add.* LSW
q. 2, l. 8 et[1]] secundum *add.* LSW
l. 16 natura] fuit *add.* LSW
l. 257 rerum] ab aeterno *add.* LSW
l. 342 hoc] est *add.* LSW
l. 553 non[2]] autem *add.* LSW
l. 661 igitur] et *add.* LSW
l. 800 aliud] nec *add.* LSW
q. 3, l. 59 12] qui dicit *add.* LSW
q. 4, l. 263 secundum] dico *add.* LSW; dicitur *add.* N

C. Transpositionen:

Dist. 1, q. 1, l. 250 omnino ... rerum] propter rerum causalitatem (*ante* rerum S) est omnino superfluum LSW
l. 385 est] *ante* omnino (*l. 384*) LSW
q. 2, l. 467 super ... 5] 5 super Genesim LSW
l. 792 semper] *post* albedo LSW; *om.* ER
q. 4, l. 44 necessario] *ante* praesupponit LSW; *om.* QR

D. Unterschiedliche Modi oder Personen in Verbformen:

Dist. 1, q. 1, l. 100 possunt] possint LSW
l. 137 habet] habeat LSW
l. 245 sunt] sint LSW
l. 313 dicis] dicitur LSW
l. 465 intelligat] intelligit LSW
l. 535 dicit] dicitur LSW

E. Alternative Formulierungen gleicher Bedeutung:

Dist. 1, q. 1, l. 383 quamvis autem] licet enim LSW
l. 421 respondeo] dico LSW
q. 2, l. 246 scire] scientia LSW
l. 456 ipsemet] ipse LSW

l. 747 superficie] ea LSW
l. 779 argumentum] dico *add. sup. lin.* P; dico LSW
l. 782 actu non] et non actu LSW
q. 4, l. 199 quamvis] licet LSW

V lässt sich schwer einordnen, da diese Handschrift nur ein geringe Textmenge enthält. Sie teilt einige Fehler mit BMNS:

Dist. 1, q. 1, l. 207 operativam] semper *add.* BMNSV
l. 259 potentiae] obiecti *add.* BMNSV
l. 355 19] 91 BMNSV; 29 LW
l. 507 differentiam] regulam BMNPV (*sed corr.* P) (*deest* S)
l. 537 in se] *del.* Q; *om.* BMSV (*omissio longior in* N)

Zusammenfassend kann man bis d. 1, q. 6, l. 97 zwei Gruppen von Handschriften unterscheiden: ELPQRW und BMNSV. Innerhalb ELPQRW wiederum lassen sich die Gruppen QR und LW unterscheiden, während die übrigen Beziehungen unklar bleiben. Innerhalb BMNSV hebt sich MN als Gruppe deutlich ab. S hat möglicherweise seine Vorlagen gewechselt.

3.3.2 Ab d. 1, q. 6, l. 97

In Handschrift P wechseln Lage, Hand und Vorlage mit Blatt 146r. P wechselt zur Gruppe BMN; jetzt stehen sich ELQRW und BMNP gegenüber.

3.3.2.1 ELQRW

ELQRW haben folgende Fehler gemeinsam:

Dist. 1, q. 6, l. 107 habet] *om.* ELQRW
l. 267–69 fundantur … numeri] *om.* (*hom.*) ELQRW
l. 520 non] *om.* ELQRW
Dist. 2, q. 1, l. 144 et … numerus[1]] cum sit forma eius et numerus ELQRW
l. 176 traicitur] et *add.* BMNP; trahitur ELQRW
l. 289 discretionem] rem *add.* LQRW; rei *add.* E
l. 291 enim] componitur sive *add.* ELRW; cognoscitur (*post corr.*) *add.* Q
l. 296 scilicet] *om.* ELQRW
l. 394 accidens] actus ELQRW
q. 2, l. 49 continentis] continens ELQRW; *om.* B
l. 148 sunt] *om.* ELQRW
l. 150 divisibilis] *om.* ELQRW
l. 271–72 sicut … nego] non (*sup. lin.* Q; quod W) sic (sicut LW) se habet tempus ad motum sicut (sic LW) instans ad illud quod fertur nec e converso ELQRW (nec e converso *in marg.* R, *del.* Q, *om.* L)
l. 280 sicut] *om.* ELQRW

q. 3, l. 144 quod] *om.* ELQRW
l. 229 quare] quia ELQRW
l. 263 esse[2]] *om.* ELQRW
l. 281 cum dicitur] dico ELQRW
l. 323 bene] *om.* ELQRW
l. 325 demonis] *om.* ELQRW
q. 4, l. 92 exsistentiam] coexsistentiam ELQRW
l. 112 posito] ponitur ELQRW
l. 162 nisi] nisi (*del.*) in Q; in ELRW
l. 326 quantitatem suam] eius quantitatem sui (secundum LW) esse ELQRW
l. 361 posterius] aut simul *add.* ELQRW
l. 380 esse] est ELQRW
l. 405 figura sigilli] similis figura ELQRW
l. 421 quando] *om.* ELQRW
l. 492 temporis] *om.* ELQRW
l. 522 tantum] tamen EQRW; *om.* M (*deest* L)
q. 5, l. 33 inferiori] inferiorum ELQRW
l. 191 unus angelus] *om.* ELQRW
l. 304 primo] *om.* ELQRW
q. 7, l. 178 non … extrinseca] *om.* ELQRW
l. 193 ipso] ipsis ELQRW
Dist. 3, q. 5, l. 49–50 in intellectu] intellectui ELQRW
l. 134 supremus] *om.* ELQRW
l. 160 intellectui] *om.* ELQRW
l. 178 adaequato] in quo *add.* ELQRW
l. 380 speciem innatam] species innatas ELQRW
l. 420–21 cum … numeri] *om.* ELQRW
l. 533 speciei] *ante* coloris BP; *om.* ELQRW
l. 535 respectu] *om.* ELQRW
l. 674 plura] *om.* ELQRW
l. 683 corpora superiora] *om.* ELQRW
Dist. 8, q. un., l. 64 assumeret] assumat EQRW; assumit L
Dist. 9, q. un., l. 43 inferior] imperfectior EQRW; imperfecta L
l. 66 illum] *om.* ELQRW
Dist. 12, q. 1, l. 138 initiative] inchoative LQRW (*deest* E)
l. 154 initiative] inchoative LQRW (*deest* E)
l. 178 actualitatem propriam] actualitate propria LQRW (*sed corr.* Q) (*deest* E)
l. 233 per] *om.* LQRW (*deest* E)
l. 311 arguis] dicit LQRW (*deest* E)
l. 329 ex] *om.* LQRW (*deest* E)

l. 369–70 hoc quod] *inv.* LQRW (*deest* E)
q. 2, l. 215–16 potest … esse] *om.* LQRW (*deest* E)
l. 362–63 respectu] *om.* LQRW (*sed add. in marg.* Q) (*deest* E)
Dist. 13, q. 2, l. 134 aquilae] et *add.* ELQRW (*sed del.* Q)
l. 167–68 exsistentia] ex natura ELQRW
Dist. 14, q. un., l. 8 quam] quod ELQRW
l. 102 minor] istud EQRW (*omissio longior in* L)
l. 379 et dicit] *om.* ELQRW
l. 553 in eo] *om.* ELQRW (*sed add. in marg.* Q)

Folgende Fehler, die auf eine gemeinsame Vorlage von ELQRW zurückgehen dürften, sind nicht in allen Handschriften erhalten geblieben:

Dist. 1, q. 6, l. 139 rationem] naturam ELQR
l. 236 materiae] formae ELQR
l. 605 et[1]] *om.* ELQR (*sed add. sup. lin.* ER)
Dist. 2, q. 1, l. 108 extra] *post corr.* Q; post ELW
l. 180 particulis] partibus LQRW
l. 220–21 cuius … motus[2]] *om.* (*hom.*) ELQW (*sed add. in marg. inf.* Q)
l. 253 ei] *om.* ELQW
l. 368 et] quia LQRW
l. 474 quod[1] … primo] *om.* (*hom.*) LQRW (*deest* E)
l. 741 sive decem[1]] *om.* ELQW
q. 2, l. 209 eorum] *post corr.* Q; earum ELRW
q. 3, l. 68–69 scilicet … plura] *om.* (*hom.*) ELQW
l. 357–67 ad … 8.] *post l. 381* ELQW
l. 361 a] sine ELQW
ab] sine ELQW; *om.* B
q. 4, l. 421 earum] *post corr.* Q; eius ELRW
l. 501 responsio] *om.* LQRW
l. 570 illa] illi ELQW
q. 5, l. 218–19 secundum] tertium Q; quaestionem ELRW
q. 7, l. 16 simplicior] simplicius ELQW
l. 132–33 insunt eidem] insint eidem MN; sunt eiusdem ELQW
l. 299 et[1]] ut LQRW
l. 404 est[1]] in *add.* LQRW (*sed del.* Q); *om.* E
Dist. 3, q. 5, l. 39 cognoscat] *om.* LQRW (*sed add. in marg.* Q)
l. 105–10 aliqui … illorum] *om.* ELQW (*sed add. in marg. inf.* aliqui … inferiori, *ll. 105–9* Q)
l. 141 plurium] omnium LQRW
l. 364 casualiter[2] … et[2]] *om.* (*hom.*) ELQW
l. 376 sed] si M; sed si ELQW (sed *del.* Q)

l. 514 de … accidentali] *om.* ELQW (*sed add. in marg.* Q)
l. 584 etsi] si ELQW (*sed corr.* Q); sed R
Dist. 4–5, q. un., l. 67–68 prius cognitum] *om.* ELQW
l. 104 adimat de] adimat (*post corr.*) a Q; abiciat a LRW; adiurat a E
l. 110 cum] *om.* LQRW
Dist. 7, q. un., l. 101 ad] *post corr.* Q; in ELRW
Dist. 9, q. un., l. 178 exsistens … volitionem] *om.* EQRW
l. 235 mentis] mentaliter EQRW
Dist. 13, q. 2, l. 20 obiectum] subiectum ELQW (*sed corr.* Q)

Innerhalb der Gruppe ELQRW weisen Q und R wieder viele Gemeinsamkeiten auf. Etwa bei folgenden Fehlern:

Dist. 1, q. 6, l. 106 ex[1]] eius QR
l. 106 debeatur] debetur EL; detur QR (*sed corr. in* debetur Q)
l. 228–29 ad … praedicamento] *om.* (*hom.*) QR (*sed corr. in marg.* Q)
l. 411 extrinseca] intrinseca QR
l. 421 aliud] a *add.* QR
Dist. 2, q. 1, l. 91–92 et[2] … velox] *om.* (*hom.*) QR
l. 171 secundum tales] sicut (sic R) talis QR
l. 336 autem] igitur QR (*sed del.* Q)
l. 458 tempus] *ante* nisi LW; et *add.* QR
l. 510 aliud] *ante* non[2] LW; illud QR
l. 599 positi] posita QR
l. 24–25 infirmo mundo] infimo mundo QR; mundo W; *om.* L
q. 3, l. 134 inquantum] in qua QR
l. 190 respectu] *om.* QR
l. 339 tertium … secundo] *om.* QR
q. 4, l. 46 non vere] non necesse LW; vere QR
l. 97 de[2]] summo *add.* QR (*sed del.* Q)
ad] aliud *add.* QR (*sed del.* Q)
l. 154 esse] *om.* QR (*sed add. in marg.* Q)
l. 162 in] *om.* QR (*sed add. sup. lin.* Q)
l. 201 sese] de se QR
l. 236 angelus] *om.* QR
l. 251–52 instanti … temporis] *om.* QR
l. 268 nisi[1]] *om.* QR (*sed add. in marg.* Q)
l. 284 continui] nunc *add.* QR (*sed del.* Q)
l. 293 tunc … re] *om.* QR
l. 299 ita] aut QR
l. 310 immortalitas] immutabilitas QR
l. 384 ministerialiter] tantum QR

		l. 469	positive] positivo QR
		l. 590	alio] non *add.* QR (*sed del.* Q)
	q. 5,	l. 105	fluentis] fluens *add.* QR (*sed del.* Q)
		l. 170	in] *om.* QR (*sed add. sup. lin.* Q)
		l. 198	alia … quam^{2}] *om.* QR (*exstat ras. duarum litt. in* Q)
		l. 244	8] col. 2 20 *add.* QR
		l. 296	similem modum] similes modos QR
		l. 311	et] *om.* QR (*sed add. sup. lin.* Q)
		l. 313	inter] *om.* QR (*sed add. in marg.* Q)
	q. 6,	l. 142	est^{1}] *om.* QR
		l. 170	alicubi] *om.* QR (*sed add. in marg.* Q)
	q. 7,	l. 28	transit] et *add. sup. lin.* P; id est *add.* QR (*sed del.* Q)
		l. 78	praeter] propter QR (*corr. ex* praeter Q)
		l. 112	quod^{1}] *om.* QR
		l. 140	sibi] hoc *praem.* W, *add.* L; sic QR
		l. 222	dare] sibi *add.* QR
		l. 255	gravis] *om.* QR (*sed add. sup. lin.* Q)
		l. 288	illa forma] *om.* QR (*sed add. in marg.* Q)
		l. 466–68	ab^{2} … movetur^{1}] *om.* (*hom.*) QR
Dist. 3,	q. 5,	l. 11–12	secundum Philosophum] secundo QR
		l. 125–26	et … includens] *om.* QR
		l. 383–85	cum … illam^{1}] *om.* QR
		l. 417	rei^{2}] speciei QR
		l. 545	nec] naturae QR
		l. 608	iam] ideo QR
		l. 751–52	innata] innatae QR
Dist. 4–5,	q. un.,	l. 65	apprehenditur] apprehenderetur W; apprehendit QR; sit apprehensum BMNP
		l. 256–60	similiter … caritative] *om.* (*hom.*) QR
		l. 397	a natura] et QR (a natura *praem. in marg.* R)
Dist. 8,	q. un.,	l. 21	erant^{1}] erat QR; essent E
		l. 44	ubi] ibi LW; ut QR
		l. 49	corpus] *om.* QR
Dist. 9,	q. un.,	l. 28	item] ideo QR
		l. 188	universaliter] virtualiter QR
		l. 198	acumine] lumine QR
Dist. 12,	q. 1,	l. 115–16	mutabilis … sit] *om.* (*hom.*) QR
		l. 267–68	ita … privatio^{1}] ita nihil positivum sed sola privatio W; *om.* QR (*sed add. in marg.* Q)
	q. 2,	l. 47	hoc posito] haec positio QR, ponens *add. in marg.* Q; *om.* LW
		l. 69	multo] necessario QR

		l. 138	potentia] materia QR
		l. 394	impossibilius] etiam possumus (possimus Q) QR
		l. 410	et] *om.* QR
		l. 447	indeterminatae] determinatae QR
Dist., 13,	q. 1,	l. 157	est] *om.* QR
	q. 2,	l. 49	capitulum] tantum QR; *om.* E
		l. 98	percipiat] participat QR
Dist. 14,	q. un.,	l. 31	8] 12 QR
		l. 52	cui] igitur QR; illud W

Auch L und W haben wieder viele Gemeinsamkeiten. Darunter:

Dist. 1,	q. 6,	l. 239	vel] *om.* LW
		l. 299	sunt] est LW
		l. 303	est[2]] habet LW; reficit (*ante* non) Q, *sed del.*
		l. 337	accidens] accidentis LW
		l. 388	alicui] aut LW
		l. 581	quia … compositius] *om.* LW (quia non facit *add. in marg.* W)
		l. 668–71	ad[1] … potentia] *post l. 680* LW
		l. 703–4	quae … relatio] *om.* LW
Dist. 2,	q. 1,	l. 104–5	sed … maioris] antecedens patet quia LW
		l. 214–15	Physicorum] Metaphysicae LW
		l. 216	in se] *om.* LW
		l. 218	continuatio est] continuus est propter LW
		l. 386	eo] *om.* LW
		l. 625	immediate] mediante LW
		l. 679	et … numeratus[2]] *om.* (*hom.*) LW
	q. 2,	l. 30	essentiam] esse LW
	q. 3,	l. 16	perpetuam] *om.* LW
		l. 134	sibi] igitur M; sicut LW
		l. 174	tempus quod] *om.* LW (*sed* quod *add. in marg.* W)
		l. 361	substantia extensa] subiectum extensum EQR; substantiam extensam LW
		l. 373	singulare] singulari LW; simpliciter BMNP
	q. 4,	l. 46	non vere] non necesse LW; vere QR
		l. 92	habet] *om.* LW
		l. 93	de] *om.* LW
		l. 174	sic] sicut LW
		l. 288–89	immo … post] *om.* (*hom.*) LW
		l. 430	quod] ut LW
	q. 5,	l. 283	obiectum] oppositum LW
	q. 7,	l. 233	effectus[1]] actus LW

Dist. 3,	q. 5,	l. 22–23	carnales … vel] *om.* ELW (*sed add. in marg.* E)
		l. 207	cognoscibilium] perfectionum LW
		l. 257	ne] non LW
Dist. 4–5,	q. un.,	l. 173	praevio] primae LW
		l. 255	velle[1]] *om.* LW
Dist. 9,	q. un.,	l. 209	loquatur] *om.* LW
Dist. 12,	q. 1,	l. 105	super … fine] 6. Metaphysicae LW
		l. 162–63	formam … ad] *om.* (*hom.*) LW
		l. 190	Metaphysicae] Ethicorum LW
		l. 229	generabiles] materiales *praem.* QR; naturales LW
		l. 236	forma] formaliter LW
		l. 290	non] *om.* LW
		l. 303	numquid] numquam (enim *add.* L) LW
	q. 2,	l. 300	unitis] unitatis LW
		l. 432	figura] linea LW; *om.* M
		l. 457	2] 3 R; 12 LW
Dist. 13,	q. 1,	l. 170	oculum] ipsum *add.* Q; ipsum LW
	q. 2,	l. 48–49	Lincolniensem] litteram LW
		l. 207	quam] quia LW
Dist. 14,	q. un.,	l. 268	illic] illi LW

Die Stellung der Handschrift E ist unklar. Sie geht manchmal mit QR, manchmal mit LW:

ELW:

Dist. 1,	q. 6,	l. 317	aliud] sicut BMNP; *om.* ELW
		l. 368	esse[2] … igitur[2]] esse ad in Deo (*sup. lin.*) igitur R; esse ad (*del.*) in igitur Q; *om.* (*hom.*) ELW
		l. 374	ad] in ELW
Dist. 2,	q. 1,	l. 269	ex … futuro] *om.* ELW
		l. 291	2] et comm. 88 totius libri *add.* BMNP; ubi sic dicit *add.* ELW
		l. 388	anima[1]] *om.* ELW
		l. 752	una] *post* unitas QR; *om.* ELW
		l. 834	cognosceretur] connasceretur ELW
	q. 2,	l. 63	aliter] et ELW
	q. 3,	l. 121	aeviternus] *post corr.* Q; aevum ELW
		l. 133	a] in ELW
		l. 213	aeva] ea ELW
		l. 261	separata] separatum ELW
		l. 272	item contra] sed contra BMNP; item ELW
		l. 301	in … quaestionis] *om.* ELW

l. 313 ens … corpore] aevo simpliciter nobilius ELW
q. 4, l. 37 primo videre] praevidere ELW
l. 83 idem[1]] *ante* habet BMNP; illud ELW
l. 114 esse[1] … esse[2]] non esse et velle eum esse ELW
l. 151 eis] *om.* ELW
l. 174–75 esset … aliud[1]] esse aliud QR; esse ad ELW
l. 223 esse … continuitatem] eius continuitatem et esse QR; continuitatem ELW
l. 294 et[1] … novum] *om.* (*hom.*) ELW
l. 423 si sic] sed si sic MNP; sed sic si B; sicut ELW
l. 443 non] *om.* ELW
l. 479 desineret esse] *om.* ELW
l. 548 angelus] non *add.* ELW
q. 5, l. 5 naturalis] *om.* ELW
l. 168–78 item … nostri] *om.* ELW
l. 250–68 ad … valet] *om.* ELW
q. 7, l. 85 cum] tamen R; *om.* ELW
l. 236 et Commentator] *om.* ELW
l. 265 movetur prius] moveatur prius QR (*in marg.* Q); *om.* (*hom.*) ELW
l. 444–47 enim … quod] quia ELW
Dist. 3, q. 1, l. 9 quae licet] quibus ELW
q. 5, l. 41–43 per … ipso] *om.* ELW
l. 87–88 et … elicitur] *om.* ELW
l. 113–14 sicut … materiali] *om.* ELW
l. 122–23 quia … perfectionis] *om.* ELW
l. 145 quia … qualitatis] *om.* ELW
l. 179–82 exemplum … entia] *om.* ELW
l. 208–9 sicut … habitum] *om.* ELW
l. 242 et … habitu] *om.* ELW
l. 253 immediationis … mediationis] immediationis M; *om.* ELW
l. 320–22 igitur … receptionem] *om.* ELW
l. 353–54 et … rosam] *om.* ELW
l. 369–70 et … istas] *om.* ELW
l. 371–72 et … voluntatis] *ante* vel (*l. 371*) QR; *om.* ELW
l. 391–97 et[1] … propositum] *om.* ELW
l. 495–96 ab … recipere] *om.* (*hom.*) ELW
l. 548–50 nec[1] … agente] *om.* ELW
l. 686 nisi] sed ELW
l. 748 cognitionem] receptionem ELW
Dist. 4–5, q. un., l. 46 pro[1] … inesse] *om.* ELW
l. 81–83 secundum … appetunt] *om.* ELW

		l. 146–47	rationis … conclusione] *om.* ELW
		l. 195–98	sicut … cognitioni] *om.* ELW
		l. 241	vel[1] … actus[2]] *om.* ELW
		l. 306	volitionem … effectam] volitionem effectam R; *om.* ELW
Dist. 12,	q. 1,	l. 43	separata … materia[2]] separatur a materia et remanet materia BMNP; separatur a materia ELW
Dist. 13,	q. 2,	l. 5	super … 65] comm. 65 super 2 Q; super 2 comm. 65 R; comm. 65 ELW
		l. 103	quo] qua ELW
Dist. 14,	q. un.,	l. 27	activi … actio] activi (subiective *add.* Q) in eodem est actio QR (*in marg.* Q); *om.* (*hom.*) ELW
		l. 57	illud] aliud ELW
		l. 135–36	item … agente] *om.* ELW
		l. 301	actio[1] … sint] passio non sit ELW
		l. 304	si] cum ELW
		l. 621–30	quia … inhaerentiam] *post l. 659* ELW

EQR:

Dist. 1,	q. 6,	l. 142	constituitur] distinguitur EQR
		l. 227	substantia[1]] forma EQR (*sed corr. in marg.* Q); substantiae W
		l. 242	incarnationis] *om.* EQR (*sed add. in marg.* EQ)
		l. 425	maioris] *om.* EQR
		l. 515–16	item … modo] *om.* EQR (*sed add. in marg.* Q)
		l. 618–20	tunc … aliud] *om.* EQR (*sed add. in marg. inf.* QR)
Dist. 2,	q. 1,	l. 176	adest] *rep.* EQR; aliud est BMNP
		l. 371	earum] eorum EQR
		l. 385–86	Physicorum] *om.* EQR
		l. 728	non] nec EQR (*sed corr.* Q)
		l. 767	idem] eadem EQR
		l. 241	quod] *om.* EQR
	q. 3,	l. 67	aevorum] respondent *add.* EQR
		l. 165	nullus eorum] nullum illorum EQR
		l. 208	in genere] aevi EQR; *om.* LW
		l. 231	Deus] *om.* EQR
	q. 4,	l. 182	argumentum] argumenta EQR
	q. 5,	l. 141	primo quia] item quinto EQR, *praemittentes:* quattuor prima principalia ad quaestionem hanc in quaterno (quantum non E) super secundum (tertium E) dicta Richemendi (ric- inde E) et fiant (terminant E) cum (in E) solutionibus (finibus E) ibidem et non (nota E) plura de illis ibidem
		l. 179	ad] quattuor prima solvuntur ubi fiunt *praem.* EQR (*ante* item, *l. 168* Q)

		q. 6,	l. 2–127	et … definitive] *om.* EQR, *indicantes*: rationes pro et contra apud quaternum super secundum et ibi (ubi *pro* et ibi E) recitatur opinio (ille recitat opinionem *pro* ibi recitatur opinio R) Thomae cum improbatione secundo opinio (opinionem R) Richardi cum improbatione ideo solvitur quaestio hic infra (solvuntur haec infra quaestio (*del.*) *pro* solvitur … infra Q) argumenta autem principalia (et *add.* E, et opiniones *add. in marg.* Q) solvuntur ubi supra, *sed omnia add. al. m. in folio postea inserto* R, *rationes pro et contra* E
			l. 195–250	ad … obiecta] hoc viso ad rationes principales et opiones respondeas sicut ubi fiunt E; hoc viso ad primum principale sicut in alio quaterno QR (*sed* ad … obiecta *add. al. m. in folio postea inserto* R)
		q. 7,	l. 99	condemnatum … recitatum] superius condemnatum recitatum EQR; condemnatum L
			l. 283	simul^2] sic EQR; *om.* W
			l. 340	quia anima] W; quod anima L; anima EQR; *om.* BMNP
Dist.	3,	q. 5,	l. 440	et expedite] *om.* EQR
			l. 471–73	et … augeri] *om.* EQR
Dist.	4–5,	q. un.,	l. 28	primum] *om.* EQR
			l. 89–90	pro … primo] pro instanti EQR (primo *add. in marg.* Q); *om.* LW
			l. 281–82	esset … quod] *om.* (*hom.*) EQR
Dist.	7,	q. un.,	l. 128	ista … coassumpta] cum opinione illa assumpta EQR; *om.* BMNP
Dist.	9,	q. un.,	l. 248	dicitur] videtur EQR
Dist.	12,	q. 1	l. 1	post haec] post hoc NP; postea haec EQR; nunc W; haec L
Dist.	13,	q. 2,	l. 76	ideo … est] non enim est EQR; non est W; non erit L
			l. 208	oculum] obiectum EQR; obiectum *add.* W
			l. 255	determinatus] determinatur EQR
			l. 281	loquitur] primo *add.* EQR (*sed del.* Q)
		q. 3,	l. 1–10	tertio … propositum] *om.* EQR
Dist.	14,	q. un.,	l. 640–52	ad … talia] *post l. 657* QR; *post l. 659* E (*interserens verba a ll. 621–30 transposita*)
			l. 666–69	actio … rationis] *om.* EQR

3.3.2.2 BMNP

Viele gemeinsame Fehler deuten auf eine gemeinsame Vorlage von BMNP:

Dist.	1,	q. 6,	l. 325	genus] illud BMNP
				in quali] in quale W; in qualibet E; de quolibet quod BMNP; *om.* L
			l. 361	substantia] dependentia BMNP
			l. 363–67	item … participatione] *om.* BMNP
			l. 368–70	item … extendit] *om.* BMNP

l. 374 sint] licet BMNP
l. 399 isti] non *add.* BMNP
l. 409 inest] *om.* BMNP
l. 416 inesse] esse BMNP
l. 475 et … est[1]] *om.* BMNP
l. 476 qui] aliquid quod BMNP; quod (*post corr.*) E
aliquid[1]] aliud BMNP
l. 496–97 vide] in Deo BMNP; *om.* L
l. 611–12 surgentem … relationem] *om.* (*hom.*) BMNP
l. 661 participat] *om.* BMNP
l. 668 ad[3]] aliud LW; *om.* BMNP
l. 703 quando] arguitur *add.* BMNP

Dist. 2, q. 1, l. 41 92] 43 BMNP
l. 108 non] et *praem.* EW; et ideo BMNP
l. 167 secundum] *om.* BMNP (*sed add. sup. lin.* M, *in marg.* P)
l. 169 praetereundi] *om.* BMNP
l. 176 adest] *rep.* EQR; aliud est BMNP
l. 179 in singulis] visibilis BMNP
l. 197 autem] enim BMNP; *om.* E
l. 217 intellectu] respectu BMNP; *om.* L
l. 233 medio continuante] *om.* BMNP
l. 244 an] aliquando BMNP
l. 267 futuri] *om.* BMNP
l. 273–74 respectu … continuantis] respectu instantis W; *om.* BMNP
l. 398–99 completa … entia] *om.* (*hom.*) BMNP
l. 401 et[2]] *om.* BMNP (*sed add. sup. lin.* M)
l. 453 multiplicationem] multitudinem BMNP
multiplicatio] multitudo BMNP
l. 455 multiplicationem] multitudinem BMNP
multiplicatio] multitudo BMNP
l. 469–70 dicit … simul] *om.* (*hom.*) BMNP
l. 481 fine] 1 BMNP
l. 501 intra] necessarii BMN; necessario P
l. 506 simul[1]]] et *add.* BMNP
l. 535 non] *om.* BMNP
l. 536 secundum] *om.* BMNP (*sed add. sup. lin.* P)
l. 569 longitudinem] latitudinem BMNP
l. 576 ubi] et *add.* BMNP (*sed del.* P)
l. 598 hic] *om.* BMNP
l. 602 ratio] positio BMNP
l. 684 substantia] *om.* BMNP

l. 692 extensibilis] extensibili BMNP
l. 735 in] *om.* BMNP
l. 777 non] cum BMNP
l. 832 omnibus] motibus BMNP
l. 835 unde bene] unum unde BMNP

q. 2, l. 27 sic] in *add.* BMNP; ita LW
l. 62 sic … genus] sic (sicut Q) genus QR; res igitur BMNP
l. 87 perfectioris] perfectionis BMNP (*sed corr.* P)
l. 95–96 secundum … mensura] *om.* BMNP
l. 109 motu] mobili BMNP
l. 123 Philosophus] *om.* BMNP
l. 137 eadem] eodem BMNP
l. 145 nihil] nec BMNP (*sed corr.* P)
l. 169 aestas] aetas BMNP
l. 173 ut] *om.* BMNP

q. 3, l. 43 eadem ratione] eodem modo W; eiusdem rei BMNP (*sed corr.* P)
l. 94 a substantia] *om.* BMNP
l. 158 ideo] item BMNP
l. 213–14 differentiam … secundum] differentiam angelorum est unum genus subalternum aevorum sicut angelorum secundum QR; *om. (hom.)* BMNP
l. 216 perfectissimi] perfectissimum BMNP
l. 228 pono] posito BMNP
l. 298 sicut] quia BMNP
l. 347–49 erit … transcendentibus] *om.* BMNP
l. 360 a passione] ab actione MN; ab accidente BP

q. 4, l. 9 unitas] bonitas BMNP
ab unitate] a bonitate BMNP
l. 85 posita] *om.* BMNP (*sed add. in marg.* M, *sup. lin.* B)
l. 132 ipsum] iterum BMNP
l. 161 uniformiter] unitas BMNP
l. 176 nec[1]] *om.* BMNP (*sed add. sup. lin.* M)
l. 228 addetur] igitur *add.* BMNP
l. 341 puro … potentiae] potentia impermixto L; potentiae permixtae (permixto P) BMNP
l. 346 nisi] et BMNP (*sed del.* P)
l. 356 positive] angelum potissime BMNP
l. 365 positive] ponere BMNP
l. 370 vere] nec BMNP
l. 385–86 principale] *om.* BMNP
l. 402–3 sic … conservari] *om.* BMNP

l. 409 ipsum] tempore BMNP
l. 470 desinente] desinere BMNP
l. 474 et … esse[2]] *om.* (*hom.*) BMNP
l. 553 sic] sicut BMNP (*sed corr.* M)
q. 5, l. 69 accipere] acquirere BMNP
l. 192 stantem] stante BMNP
succedentes] successiones BMNP
l. 237 intellecti] intelligentis BMNP
l. 310 operationis] operationem BMNP
q. 6, l. 81 Deus] non *add.* BMNP (*sed del.* P)
l. 114 praesens] *om.* BMNP
l. 151 ab] in BMNP
l. 154 loco definitive] loco definitione E; definitione BMNP
l. 164 hoc accommodatius] haec autem commodatius BMNP
l. 175 ex … determinato] *om.* BMNP
q. 7, l. 10 si … se[1]] *om.* BMNP
l. 114 non] nec R; ideo BMNP
l. 165 quorum] quarum BMNP
l. 166 definitionem] distinctionem BMNP
l. 216 extrinseco] intrinseco BMNP
l. 233 novitatem] necessitatem BMNP
l. 254 fugibilis … resilit] fugit BMNP
l. 344 exsequendo] exercendo BMNP
l. 353 carentiam … formae[2]] *om.* (*hom.*) BMNP
l. 370 quam … motu[2]] *om.* (*hom.*) BMNP
Dist. 3, q. 1, l. 6 in re] inter rem BMNP; *om.* L
q. 5, l. 5 Commentatorem] Philosophum BMNP
l. 16 posterior illa] posterior ipsa L; posterius ipsa BMNP
l. 117 sed] exsistens *add.* BMNP
l. 211–12 uno principio] unum BMNP
l. 258 utendo specie] utendo (utente L) ipso LW; intelligendo specie BMNP; intendendo speciem E
l. 312 singularis] singulari BMNP
l. 571 et ponentis] ponentes BMNP
l. 606 usitate] universalitate BMNP; visibilitate R
l. 630 posset] se *add.* BMNP; possit EQR
Dist. 4–5, q. un., l. 32 angelus potuit] similiter angelus BMNP; similiter angelus potuit R
l. 193 secundum] tertium BMNP; aliud LW
l. 244 vides] nec sequitur quidquid pacifice possides pacifice emisti hunc agnum pacifice possides igitur pacifice emisti *add.* BMNP
l. 366 peccet] peccare BMNP (*corr. in* peccaret P)

Dist. 7, q. un., l. 146–47 desistere … aliud] *om.* BMNP
l. 255 et … paenitentiam] *om.* BMNP
l. 304 Damascenus] tamen BMNP
l. 341 adiutorium] ad intellectum BMNP
Dist. 8, q. un., l. 18 non] *om.* BMNP
l. 64 divideret] dividens BMNP
Dist. 9, q. un., l. 1 de novo] *post* aliquid (*ll. 1–2*) LW; *om.* BMNP
l. 45 superiorem] perfectiorem BMNP
l. 52 subtiliora … potentiora] subtiliora et superiora L; subtilissimum BMNP
l. 90 calorem] vel claritatem eius *add.* BMNP
l. 110 formae] *om.* BMNP
l. 112 inferior] *om.* BMNP
l. 211 intellectualiter loquitur] intelligitur loqui BMNP (cum *add.* N, cum tamen *add.* B)
l. 228 latentis] ut *add.* BMNP (*sed del.* MP)
dicitur[2]] duplex BMNP (*sed corr.* M*?*); *om.* E
l. 301 et[1] … scientia] et veritate et scientia BMNP; et virtute W; *om.* L
Dist. 12, q. 1, l. 78 tum] *om.* BMNP
l. 99 ut] tamen *add.* BMNP
l. 167 privatio] principiatio BMNP (*sed corr.* P)
l. 168 privatio] principiatio BMNP (*sed corr.* P)
l. 185 illa] in BMNP (*sed del.* P)
l. 204 non[2]] *om.* BMNP
l. 223 habetur] habet BMNP
l. 256 nec quid] *om.* BMNP
l. 270 naturaliter] essentialiter BMNP
l. 302 arguis] arguit BMNP
l. 307 causam] *om.* BMNP (*sed add. sup. lin.* P)
l. 308 subiectum] in subiecto BMNP
q. 2, l. 17–18 haberet … exsistentiae] *om.* BMNP
l. 29 substantia … esse] subiecto BMNP
l. 39 actum[1]] actu BMNP
actum[2]] actu BMNP
l. 52 lib. 1] *om.* BMNP
l. 81 forma] causa BMNP
l. 93 capit] partem *add.* BMNP
l. 94 participat] participatur BMNP
l. 119 comm. 2] comm. L; Commentator (*om.* P) d BMNP; *om.* W
l. 280 Commentatorem] quem BMNP
l. 281 actualitatis … est] *om.* BMNP

	l. 358	intrinsecam] extrinsecam BMNP
	l. 392	propositionis] propositis BMNP
	l. 429	qualitas] *post corr.* Q; quanta BMNP
	l. 460	1. Posteriorum] *om.* BMNP
	l. 467	lineae] *post corr.* Q; lineam BMNP; linea L
Dist. 13, q. 1,	l. 31	reale] materiale BMNP
	l. 78	utrisque] utitur quae BMNP
	l. 84–85	cum . . . sit] ut intentio distinguitur contra rem sicut BMNP
	l. 167–68	informantem] informantis BMNP
	l. 170–71	videntur] *om.* BMNP
	l. 178	superpositum] suppositum BMNP
	l. 188	causet] esset BMNP (*sed corr. sup. lin.* P)
	l. 211	soli] sibi BMNP
q. 2,	l. 17	motivus] motus BMNP
	l. 64	aliquis aliorum] aliquorum colorum MNP; aliorum colorum B; aliquis color L
Dist. 14, q. un.,	l. 23	si] fieri et BMNP
	l. 50	9] 4 BMNP
	l. 74	de] *om.* BMNP
	l. 76	post] prius BMNP
	l. 110	36] 63 BMN; 62 (*corr. ex* 19) P; 16 W
	l. 135	quare] igitur R; quia BMNP (*sed corr.* P)
	l. 171	si] *om.* BMNP (*sed add. sup. lin.* P)
	l. 215	motus^2] *om.* BMNP
	l. 280	firmabitur] fundabatur BMN; fundabitur P
	l. 443	8] 18 W; similiter BMNP
	l. 454	subiectum] substantia BMNP (*sed corr.* P)
	l. 474	in] *om.* BMNP
	l. 482	per] *om.* BMNP (*sed add. sup. lin.* N)
	l. 608	vero] etiam vere BMNP
	l. 719	si] est *add.* BMNP
	l. 785	ad secundum] ad aliud LW; de (in B) secundo BMNP
	l. 844	ad] per BMNP

Auch gibt es gemeinsame Fehler, die auf eine Vorlage von BMNP deuten, aber nicht in allen Handschriften erhalten sind:

BMN:

Dist. 1, q. 6,	l. 304	inseparabiliter] in separatis BMN
	l. 305	sicut] *om.* BMN
Dist. 2, q. 1,	l. 431	particularia] participata BMN

		l. 464	positionem] potentiam BMN
	q. 3,	l. 255	proprium] aevum *add.* LW; propositum BMN
		l. 326	naturae] mensurae BMN
	q. 4,	l. 330	Posteriorum] Priorum BMN
	q. 6,	l. 135	limitatum] limitati BMN
Dist. 3,	q. 5,	l. 5	51] 15 BMN
		l. 486	istorum] istarum BMN
		l. 544	ipsum] ipsam BMN (*sed corr.* B*?*)
Dist. 7,	q. un.,	l. 105	18] 28 BMN
Dist. 9,	q. un.,	l. 110–11	disponens] quae disponit W; dispositioni BMN; *om.* P
		l. 119	lumen] lumine BMN
Dist. 12,	q. 1,	l. 316	est composita] componitur PW; componit BMN
	q. 2,	l. 246	postea] post PR; prius BMN (*sed corr. in* post BM)
Dist. 13,	q. 1,	l. 97	opacum] *post corr. in marg.* P; op[a]tum BMN
Dist. 14,	q. un.,	l. 88	actio] *post corr.* P; esse BMN

BMP:

Dist. 2,	q. 1,	l. 153	et est] etc. BMP
		l. 385	in[1]] *om.* BMP
		l. 680	arguitur] arguis QR; *om.* BMP
	q. 3,	l. 59	hoc] aliquid L; *om.* BMP (*sed add. sup. lin.* P)
		l. 85	interveniente] *om.* BMP
	q. 4,	l. 46	sic] sicut BMP (*sed corr.* P)
		l. 396	causato est] causatione BMP
		l. 472	non[1]] est *add.* BMP (*sed del.* P)
	q. 5,	l. 75	item . . . sequitur] in ista eadem conclusione sequitur idem BMP
		l. 245	speciei] non *add.* BMP
	q. 6,	l. 15–16	indivisibili] divisibili BMP
	q. 7,	l. 145	contra] *post* tunc N; *om.* BMP
		l. 243	grave] *om.* BMP (*sed add. sup. lin.* P)
		l. 300	essentiali] *ante* scilicet N; scientiali (*ante* scilicet) BMP
Dist. 3,	q. 4,	l. 1	virtutem] veritatem BMP
	q. 5,	l. 678	loquitur] *om.* BMP
Dist. 4–5,	q. un.,	l. 299	et iustitiae] *om.* BMP
Dist. 7,	q. un.,	l. 85	in speculativis] speculationis BMP
		l. 93	dicens] dans N; *om.* BMP
		l. 189	actum] actu BMP; *om.* QR
		l. 198	eadem] re *add.* BMP
Dist. 9,	q. un.,	l. 139	patientis] participantis BMP
		l. 246	naturalem] *om.* BMP
Dist. 12,	q. 1,	l. 31	si valet] non valet BMP (nisi *add. sup. lin.* MP)

		l. 306	concludere] excludere BMP
	q. 2,	l. 61	indivisio] divisio BMP (*sed corr.* P)
Dist. 13,	q. 2,	l. 103	potentia] forma BMP
		l. 202–3	apprehendi] apprehendendi BMP
Dist. 14,	q. un.,	l. 242	vadat] cadat BMP; agat L
		l. 568	denominatione] denominatio BMP (*corr. ex* denominatione M)
		l. 667	operatione] comparatione BMP
		l. 729	sui … ratione^{3}] *om.* (*hom.*) BMP

BNP:

Dist. 1,	q. 6,	l. 376	quasi] *post* bonum EMQR; *om.* BNP
		l. 637	sicut ubi] sicut ibi R; sic ubi BNP
Dist. 2,	q. 1,	l. 148	aliquid] *post corr.* M; aliud BNP
		l. 800	non] enim BNP; *om.* EM (*spat. vac.* M)
	q. 3,	l. 235	pono] potest BNP
	q. 4,	l. 268	filiationis] filius BNP
		l. 433	nisi] *post corr.* M; nec BNP
	q. 5,	l. 283	donum] domum BNP
Dist. 3,	q. 5,	l. 29	repraesentative] repraesentantem BNP; *om.* QR
		l. 131	argumento] articulo BNP
		l. 197–98	potentia essentiali] *post corr.* M; potentiali BNP
		l. 509	singularis] *post corr.* M; singulare BNP
Dist. 4–5,	q. un.,	l. 448	in] etiam N; et BP (*deest* M)
Dist. 9,	q. un.,	l. 165	communem] *post corr.* Q; omnem BNP
Dist. 12,	q. 1,	l. 21	in] non est BNP
	q. 2,	l. 195	illi^{2}] *post corr.* M; illud BNP; *om.* LW
Dist. 14,	q. un.,	l. 145	praedicamento] in *praem.* BNP (*sup. lin.* P); praedicamentali LW
		l. 420	situm esse] si tamen BNP (*sed corr. in* situm P); situm est EM; *om.* L
		l. 583–84	si … etc.] si etc. L; se inextiterit actus et cui W; inexsistit actus etc. BNP

MNP:

Dist. 1,	q. 6,	l. 293	purus] primus MNP
		l. 392	ponitur] probatur maior quia *praem.* MNP; autem *add.* EW
		l. 392	non] *om.* MNP
Dist. 2,	q. 2,	l. 69–70	album … albius] albius et album B; albus et album MNP
	q. 4,	l. 186	unum^{2}] *om.* MNP
	q. 5,	l. 274–75	rationis] speciei B; *om.* MNP
		l. 313–14	operationem] comparationem MNP
	q. 7,	l. 7–8	successivam] successionem MNP

Dist. 13, q. 1, l. 71 quod] est *add.* MNP
q. 2, l. 240 in[2]] *om.* MNP
Dist. 14, q. un., l. 125 motoris] movens MNP

Innerhalb der Gruppe BMNP teilen M und N Fehler, wie schon in *distinctio* 1:

Dist. 1, q. 6, l. 200–1 si … aliud] *om.* (*hom.*) MN
l. 515 substantia] creatura W; ecce MN
Dist. 2, q. 1, l. 254 habet[2]] *om.* MN
l. 342 in] et MN
l. 480 rectus] rationis MN
l. 534 indivisionis] divisionis MN
l. 543 indivisionis] divisionis MN
l. 573 abstractae] subtractae MN
l. 580 quam] quamvis MN
l. 679 numerus[2]] *om.* MN
q. 2, l. 159 quod est] quod BPW; *om.* MN
l. 246 corrumpentis] corruptibilitatis MN
q. 3, l. 242–43 tempore[1]] *om.* MN
l. 267 quod] quae MN; qui BP; ita quod LW
l. 360 a passione] ab actione MN; ab accidente BP
q. 4, l. 307 satis] *rep. post* innuunt MN; *om.* EQR
l. 346 non] ideo MN; tamen (*post corr.*) P
l. 499 haberet] haberent MN
l. 540 aptitudine] habitudine MN
q. 5, l. 10–11 antecedens] aliud MN
l. 48 et] est MN
l. 159 tempora] *om.* MN
l. 285 qualitate[2]] quantitate MN; ratione LW
l. 300 item sunt] sunt etiam LW; item MN
q. 6, l. 186 possibile] impossibile MN (*corr. ex* possibile N); *om.* L
l. 213 universi] *om.* MN
q. 7, l. 10 se[2]] *rep.* QR; a *add.* MN
l. 133 actus virtualis] virtus actualis MN
l. 167 movetur] modo MN
l. 195 qui hoc] quae haec MN
l. 471 quod[2]] quam MN; quia L
motu] motum MN
Dist. 3, q. 5, l. 15 ponitur] ponantur MN; ponatur L
l. 22 inde] *post corr.* Q; in esse MN; mei ELW; *om.* R
l. 90 superfluunt] superfluit MN
l. 142 quod] quae MN

l. 143 ea] *om.* MN
l. 162 distincte omnes] distincti generis MN
l. 265 cognoscit] *om.* MN (*sed add. in marg. post* quidditates M)
l. 276 fuerit] fiunt MN
l. 304 eius] est MN (*sed del.* M)
l. 311–12 repraesentat hominem] repraesentat B; *om.* MN
l. 424 res limitatae] res immutabilitate MN; realitate E
l. 600–1 illud] *om.* MN

Dist. 4–5, q. un., l. 197 statuendo] stabiliendo MN
l. 310 velit] velint MN

Dist. 7, q. un., l. 104 retundatur] redundatur MN
l. 105 cum] *om.* MN
l. 209 quo … vel] primo instanti vel MN; instanti vel pro B; qua L
l. 216 sicut] in *add.* MN
l. 232 deordinatum] deordinantem MN
l. 286 adiutorium] ad intellectum MN

Dist. 9, q. un., l. 59–60 complementum … perfectio[1]] completum et perfectio MN; perfectio prima completa L
l. 149 alio] ipso MN
l. 234 angelus] ante MN

Dist. 12, q. 1, l. 3–4 primo] *post* quaeritur (*l. 4*) BP; *om.* MN
l. 50 est] illud quod *add.* MN (quod *del.* M)
l. 268 est] esset QR; *om.* MN (*sed add. in marg.* M)

q. 2, l. 22 et] *om.* MN
l. 72 cap.] comm. MN; *om.* L
l. 80 esse] *om.* MN

Dist. 13, q. 1, l. 58 principium] principii MN (*sed del.* M)
l. 203 primam] primarum MN

q. 2, l. 256 corpore] colore MN

Dist. 14, q. un., l. 155 nota] non MN; ita (*post corr.*) P
l. 174 loquitur igitur] ideo non loquitur ibi MN
l. 217 ita] aliqua MN; ideo W
l. 310 rei significatae] termini significati MN; significati L
l. 385 est aliqua] alia est B; est eadem Q; *om.* MN
l. 487 scilicet] sicut MN
l. 737 de] sub MN
l. 749 aliud] cum dicitur *add.* MN; quartum decimum BEPR; duodecimum Q

Viele gemeinsame Fehler von B und P weisen auf eine gemeinsame Vorlage hin:

Dist.	1,	q. 6,	l. 306	dicit] extra *add.* BP
			l. 384	manente] mediante BP
Dist.	2,	q. 1,	l. 186	essendi] *om.* BP
			l. 198	dicit] *om.* BP
			l. 246	loquitur] Philosophus *add.* BP
			l. 261–62	consideratio] distinctio BP
			l. 299	quasi[1]] quod BP
				quasi[2]] quod BP
			l. 375	numeratur] mensuratur BP
			l. 415	est[2]] in *add.* LW; sub *add.* BP
			l. 446	percipitur] participatur BP
			l. 701	aliud[1]] alius MN; alio BP (*sed corr.* P)
		q. 2,	l. 210	rerum] *om.* BP
			l. 227	creatam] *om.* BP
		q. 3,	l. 267	quod] quae MN; qui BP; ita quod LW
			l. 290	non] *om.* BP
			l. 292	non] *om.* BP (*sed add. sup. lin.* P)
			l. 360	a passione] ab actione MN; ab accidente BP
		q. 4,	l. 39	divisio] dispositio BP
			l. 88	fit] *om.* BP
			l. 220	continuitas] *post corr.* M; partibilitas BP
			l. 365	albior] in *add.* BP
			l. 445	quo] qua BP
			l. 463	subiecto] *om.* BP
		q. 5,	l. 135	operationes] variationes BP
			l. 137	se sequuntur] sese continuantur BP
			l. 262	temporis] *om.* BP
		q. 6,	l. 138	minoris] maioris BP
			l. 191	mathematicus] metaphysicus BP
		q. 7,	l. 218	ratio] *om.* BP
			l. 339	super[2]] *om.* BP
			l. 435	ferret] faceret BP
Dist.	3,	q. 5,	l. 154	in repraesentante] *om.* BP
			l. 201	in intellectu] intellectui BP
			l. 395	coniecturalem] coniecturaliter BP
			l. 435	plurimum] planum BP
			l. 608	genere] grave BP
			l. 664	Ethicorum] *om.* BP
			l. 739	tunc] non *add.* BP (*sed del.* P)
Dist.	4–5, q. un.,		l. 182	liberam] voluntatem *add.* BP
			l. 240	salvando] saltando BP; solvendo W

		l. 421	sufficeret] sufficienter BP
		l. 430	privationi] privatim BP
Dist. 7,	q. un.,	l. 339	dilectio] cognitio BP
Dist. 9,		l. 78	luminis] hominis BP
		l. 205	transiens … naturalis] naturalis est transiens BP
		l. 260	infinitum] in mediis quod non est verum *add., sed del.* BP
Dist. 12,	q. 1,	l. 95	actus purus] *inv.* QRW; actus *add.* BP
		l. 283	quod^2] confirmatur *add.* BP
		l. 326–27	sic … multas] si sic multas enim BP
		l. 333	cognoscibilis] cognitio substantialis BP
	q. 2,	l. 304	postea] practica BP
		l. 314	in] potentia *add.* BP (*sed del.* P)
		l. 427	pro … quod] eo quod QR; quia W; pro quo BP
Dist. 13,	q. 2,	l. 5	haec est] homo est risibilis BP
		l. 146	coloris] corporis BP
Dist. 14,	q. un.,	l. 242	subiectum] obiectum BP
		l. 471	in] et BP
		l. 755	sicut] *om.* BP
		l. 761	concomitatur^2] concomitanter BP

Ergebnis: Ab d. 1, q. 6, l. 97 ändern sich die Handschriftenverhältnisse. Nun stehen sich ELQRW und BMNP gegenüber. Innerhalb ELQRW lassen sich die Untergruppen QR und LW erkennen; E teilt manchmal Fehler mit QR, manchmal mit LW. Innerhalb BMNP zeichnen sich die Untergruppen MN und BP ab.

Wegen der unklaren Verhältnisse innerhalb der Gruppen und weil stets mit Korrekturen und Kontamination zu rechnen ist, habe ich auf die Erstellung eines Stemmas verzichtet.

3.4 Abweichungen

Die Schreiber der Handschriften (oder von deren Vorlagen) haben nicht nur vermutete Fehler korrigiert, sondern den Text auch ganz selbstständig bearbeitet, indem sie teils einzelne Wörter ausgelassen oder verändert, teils tiefergreifend umformuliert, gekürzt oder erweitert haben. Einige Beispiele:[15]

D. 1, q. 1, ll. 10–12	S
Probo simili medio primo de voluntate, quia si voluntas sit ista potentia, aut voluntas sub ratione qua voluntas absolute, et tunc omnis voluntas posset creare; quod supponitur falsum esse. Nec voluntas inquantum divi-	Probo simili medio primo de voluntate, quia si voluntas sit ista potentia, haec est aut inquantum voluntas absolute aut inquantum divina. Non primo modo, quia tunc omnis voluntas posset creare, quod supponitur falsum

[15] Für den exakten Text jeder einzelnen Handschrift siehe den kritischen Apparat der Edition.

na, quia si inquantum divina esset principium proximum creaturae, tunc omne illud cuius esset principium esset creabile, sicut omne illud cuius intellectus est principium cognitivum est cognoscibile …

esse. Nec secundo modo, quia tunc omne illud cuius esset principium esset creabile, sicut omne illud cuius intellectus est principium cognitivum est cognoscibile …

D. 1, q. 1, ll. 133–136

… duplex est operatio, una manens in agente et alia transiens in materiam exteriorem. Ista quae manet in agente, cuiusmodi est videre in visu et intelligere in intellectu et velle in voluntate, ut exemplificat Commentator, non habet aliquid ultra operationem derelictum ex operatione; sed operatio transiens habet aliquid derelictum.

ELW

… duplex est operatio, una manens in agente, cuiusmodi est videre in visu et intelligere in intellectu et velle in voluntate, ut exemplificat Commentator; et haec non habet aliquid ultra operationem derelictum ex operatione. Alia est operatio transiens; quae habet aliquid derelictum.

S

… duplex est operatio, una manens in agente, ut videre in visu et intelligere in intellectu et velle in voluntate, alia transiens in exteriorem materiam. Prima ultra operationem non habet aliquid derelictum ex operatione secunda. Sic secundum Commentatorem ibidem.

D. 1, q. 1, ll. 253–266

Item istud idem declaratur sic: non potest negari quin in nobis, ubi potentia motiva ordinata coniungitur indistanter ipsi voluntati, voluntas posset facere aliquam immutationem in ipsa potentia motiva et exsecutiva imperii voluntatis. Aliter non magis exsequeretur uno tempore quam alio, nisi voluntas imperio suo posset eam movere ad exsecutionem; et hoc immediate, quia si mediante alia potentia hoc faceret, procederetur necessario in infinitum in potentiis. Qua igitur ratione hoc potest voluntas respectu potentiae indistantis ei, eadem ratione, si voluntas haberet in se virtualiter totum ens et esset formaliter et virtualiter infinita, cum tunc nulla res ab ea distaret, posset immediate rem omnem suo imperio immutare, scilicet ad esse simpliciter de non esse et ab esse naturae ad esse gratiae. Cum igitur huiusmodi sit voluntas divina secundum omnes, omnino superfluum et otiosum est ponere potentiam aliquam mediantem necessario inter voluntatem volentem rem esse et ipsum esse rei. Hoc enim esset arguere imperfectionem voluntatis.

LW

Item istud idem declaratur sic: non potest negari quin in nobis voluntas nostra, quia indistanter se habet ad omnes potentias, ideo suo imperio immediate movet omnes potentias et non per aliquam potentiam mediam. Igitur si voluntas nostra esset virtutis infinitae indistanter se habens ad omnia, immediate sine aliqua potentia media omnia moveret. Sed voluntas Dei est infinitae virtutis indistanter se habens ad omnia; immediate igitur sine aliqua potentia media potest omnia extra se producere ex solo imperio suo; igitur non est necesse talem potentiam ponere.

D. 1, q. 1, ll. 313–317

Et quando dicis quod tunc omne illud cuius esset principium esset creabile, sicut omne illud cuius intellectus est principium est cognoscibile, dico quod consequentia non valet nisi cum hoc intellectu quod omne illud cuius est principium creativum est creabile; et hoc concedo, quia voluntas est ad plus per actum suum quam ad creabile.

LW

Et quando dicis “igitur quidquid Deus attingit mediante ipsa voluntate, est creabile, sicut omne illud cuius est intellectus principium immediatum, est cognoscibile”, dico quod non sequitur. Et ratio est quia voluntas, ut divina est, ad plus se extendit quam ad creabile tantum, quia se extendit etiam ad increabile, ut patet in productione Spiritus Sancti.

S

Et quando dicis quod tunc omne illud cuius esset principium esset creabile, sicut omne illud cuius intellectus est principium est cognoscibile, nego consequentiam, quia voluntas divina inquantum divina per actum suum in plus potest quam in creabile tantum et ad plura se extendit. Si tamen in consequente adderetur ‘creativum’, sic teneret consequentia dicendo “igitur omne illud cuius est principium creativum est creabile”. Et tunc nullum sequitur inconveniens.

D. 1, q. 1, ll. 331–332

Ad secundum argumentum, quando dicit Philosophus quod Deus nihil intelligit extra se, quia si sic, vilesceret eius intellectus, dico …

S

Ad secundum argumentum dico …

D. 1, q. 1, ll. 541–554

Respondeo. Ad cuius intellectum praemitto unum verbum, quod sicut intellectus in Deo et est potentia apprehensiva et talis potentia apprehensiva – et tamen a parte intellectus non sunt duae potentiae distinctae potentia apprehensiva et talis potentia apprehensiva, sed tantum una potentia, et distinguuntur solum sicut superius et inferius; et sicut superius et inferius non connumerantur secundum supposita, sed habent idem suppositum, sic haec apprehensiva et apprehensiva non connumerantur secundum distinctam rationem potentiarum numero, specie vel genere, sed sunt una potentia numero, tamen bene est alia ratio et consideratio huius potentiae ut haec apprehensiva et ut apprehensiva – sicut, inquam, est a parte intellectus, sic est a parte voluntatis, quod voluntas et est haec potentia appetitiva seu motiva et est potentia.

S

… dico quod, licet eadem potentia sit potentia et sit talis potentia, tamen alia est consideratio eius ut est potentia et ut est talis potentia, et diversis nominibus nominatur, scilicet communi et proprio.

Et tamen haec potentia et potentia sunt una potentia numero, quamvis sit alia consideratio. Unde haec potentia et potentia eandem potentiam nominat diversis nominibus, communi et proprio.

D. 1, q. 2, ll. 183–185

Huic autem relationi oportet aliquid subicere vel erit tota fictio; quod non est ponendum. Igitur et essentia subiecta ei fuit aliquid positivum ab aeterno extra Deum.

ELW

Haec autem relatio fuit in aliquo subiective. Igitur quod subicitur isti respectui fuit aliquid reale ab aeterno. Huic dicitur quod illud quod subicitur huic relationi non fuit aliquid reale, sed tantum habuit esse cognitum et ita ab aeterno non fuit nisi ens rationis tantum. Sed contra: si ab aeterno non fuit nisi ens rationis tantum, cum ens rationis non sit creabile, sed illud quod est creabile est aliquid reale, igitur ab aeterno nihil fuit creabile.

D. 1, q. 2, ll. 674–681

Ad secundum, cum arguitur quod Deus ab aeterno intelligit essentias creabiles, quae non fuerunt ab aeterno ipsa divina essentia, quia tunc non intellexisset aliud a se, sed non intellexit alia a se ut sunt in se, quia sic sunt idem quod ipse, igitur intellexit aliud extra se, patet ex iam dictis quod intellexit aliud et essentias et exsistentias alias. Sed quod fuerunt aliud, potest intelligi dupliciter, vel actu vel potentia; et potentia dupliciter, intrinseca vel extrinseca. Et tunc dico quod intellexit aliud a se; aliud, dico, in potentia extrinseca creatoris et aliud extra se in tali potentia, non aliud extra se in actu distincto.

S

Ad secundum patet ex dictis. Dico enim quod intellexit aliud et essentias et exsistentias; aliud quidem a se non in actu distincto, sed aliud a se in potentia extrinseca creatoris.

4. Gestaltung von Text und Apparaten

Stimmen die Handschriften nicht alle überein, aber eine Lesart ist in beiden Hauptgruppen vertreten, so lässt diese sich als die ursprüngliche vermuten; falls es eine solche Überschneidung nicht gibt, ist die ursprüngliche Lesung unsicherer. Passt der rekonstruierte Text des Archetyps inhaltlich nicht, so bin ich der (mutmaßlichen) Korrektur einzelner Handschriften gefolgt oder habe selbst den Text korrigiert[16]. War auch dies nicht möglich, ist die Korruptel mit † markiert[17]. Offensichtlichen Textausfall zeigt *** an[18].

Der kritische Apparat verzeichnet die Abweichungen vom gedruckten Text: er ist grundsätzlich negativ. Weichen drei oder mehr Handschriften ab, sind deren Lesungen stets angeführt, weichen zwei ab, nur wenn sie dieselbe Lesung bieten und in irgendeiner Hinsicht von Interesse sind[19]; weicht nur eine Handschrift ab, findet dies nur ausnahmsweise Erwähnung. Der Apparat wäre sonst zu unübersichtlich geworden.

Gemäß dem Usus der Reihe „Veröffentlichungen der Kommission für die Herausgabe ungedruckter Texte aus der mittelalterlichen Geisteswelt“ ist die Orthographie normalisiert, die Interpunktion nach den heutigen Regeln vorgenommen.[20] Alle Abkürzungen sind aufgelöst (ausser ‚lib.‘, ‚dist.‘, ‚cap.‘, ‚comm.‘ usw. in Quellenangaben). Buch- und Kapitelzahlen werden durchweg arabisch wiedergegeben. Der Text ist in Abschnitte eingeteilt (wie es sie manchmal schon in den Handschriften gibt), die nummeriert und denen Überschriften vorangestellt sind. Die Argumente *quod sic* und *quod non* und die Argumente der *opiniones* sind ebenfalls nummeriert, um Rückverweise Cowtons leichter nachvollziehbar zu machen. Folioangaben erschienen verzichtbar.

Der Quellenapparat berücksichtigt sowohl Quellen, die Cowton ausdrücklich benennt, als auch solche, die er mit *aliqui* bzw. *alii* oder ohne Kennzeichnung

---

[16] Für beides siehe 2.2.

[17] Siehe d. 1, q. 4, ll. 254–257; d. 1, q. 6, ll. 494–496; d. 2, q. 4, ll. 79–82; d. 12, q. 1, ll. 376–377.

[18] Siehe d. 2, q. 3, l. 237; d. 2, q. 4, l. 328; d. 14, q. un., l. 175. In d. 1, q. 1, l. 155 fehlen einige Wörter im Augustinus-Zitat. Da möglicherweise schon Cowton selbst sie ausgelassen hat (sie fehlen bereits in seiner Quelle Heinrich von Gent), werden sie nicht aus Augustin ergänzt, sondern die Lücke lediglich durch ‚. . . ‘ angedeutet.

[19] Unberücksichtigt bleiben also orthographische Varianten oder Inversionen oder die Variationen *nam/quia/eo quod*, *quemadmodum/sicut/ut*, *cuiuslibet/cuiuscumque*, *absque/sine*, *quamvis/quamquam*, *videlicet/scilicet*, *respondeo/dico*, *sive/seu* usw.

[20] Es stehen also ‚definitio‘ und ‚imago‘ statt ‚diffinitio‘ und ‚ymago‘ oder die Diphtonge ‚ae‘ und ‚oe‘ statt ‚e‘. Die Buchstaben ‚u‘ und ‚v‘ sind, entgegen den Handschriften, unterschieden. Argumente für eine solche normalisierte Orthographie finden sich bei R.J. Long, „Scholastic Texts and Orthography: A Response to Roland Hissette“, in: *Bulletin de philosophie médiévale* 41 (1999), S. 149–51.

zitiert (sofern sie sich identifizieren ließen).[21] Querverweise innerhalb der Edition verwenden die Absatznummern.

[21] Bei Verweisen auf Aristoteles oder Averroes ist auch die entsprechende Stelle in den *Auctoritates Aristotelis* angegeben (ediert in J. Hamesse, *Les auctoritates Aristotelis. Un florilège médiéval. Étude historique et édition critique*, Löwen/Paris 1974). Verweise auf Guillelmus de Ware folgen dem Quaestionenverzeichnis in A. Daniels, „Zu den Beziehungen zwischen Wilhelm von Ware und Johannes Duns Scotus“, in: *Franziskanische Studien* 4 (1917), S. 221–38.

IN SECUNDUM LIBRUM SENTENTIARUM

DIST. 1–14

⌈DISTINCTIO 1

Quaestio 1:

Utrum sit ponere in Deo aliquam potentiam in ordine ad rem extra creandam, quae immediatius attingat rem factam extra se quam intellectus vel voluntas⌉

Circa distinctionem primam secundi libri quaeritur primo utrum sit ponere 1
in Deo aliquam potentiam in ordine ad rem extra creandam, quae immediatius attingat rem factam extra se quam intellectus vel voluntas.

Quod sic, arguitur: 2

1. Haec est vera: 'Deus potest creare rem extra se'; igitur aliqua potentia creativa potest creare. Consequentia patet, quia sequitur 'si Deus potest intelligere, aliqua potentia intellectiva potest intelligere'. Quaero quae sit illa potentia qua immediate attingit creabile, aut voluntas aut intellectus aut aliqua tertia. Non voluntas nec intellectus. Probo simili medio primo de voluntate, quia si voluntas sit ista potentia, aut voluntas sub ratione qua voluntas absolute, et tunc omnis voluntas posset creare; quod supponitur falsum esse. Nec voluntas inquantum divina, quia si inquantum divina esset principium proximum creaturae, tunc omne illud cuius esset principium esset creabile, sicut omne illud cuius intellectus est principium cognitivum est cognoscibile; sed voluntas est principium emanationis Spiritus Sancti; igitur Spiritus Sanctus esset creabilis; hoc falsum, igitur illud ex quo sequitur. Simili modo potest argui de intellectu quod non est principium creationis proximum, quia tunc Verbum esset creabile.

2. Item secundum Philosophum 12. *Metaphysicae* Deus nihil intelligit extra se, 3
quia cum omne aliud extra se sit vilius eo, si intelligeret alia extra se, vilesceret eius intellectus; igitur non vult aliquid extra se. Consequentia patet, quia nihil vult nisi cognitum. Sed si nihil vult extra se, nihil per voluntatem ponit extra se; igitur voluntas non est principium proximum productivum, immo non est aliquod principium. Et idem sequitur de intellectu, quod si nihil intelligit extra se, nihil

---

1 circa … primo] circa secundum librum primo quaeritur LW; *om.* EPQRSV 3 se] *om.* LS 5 rem] *om.* LV 6 intelligere] igitur *add.* LSV 7 quaero] igitur *add.* LSW ‖ qua] quae LW; per quam E 10–12 aut … creaturae] haec est aut inquantum voluntas absolute aut inquantum divina non primo modo quia tunc omnis voluntas posset creare quod supponitur falsum esse nec secundo modo quia S 11 nec] aut LV 12 creaturae] illius P; etc. ELQ RV; *om.* W 14 est[1]] *om.* EQR 15 hoc falsum] hoc est falsum QRS; quod est falsum LW; hoc autem (*sup. lin.*) falsum E; haec autem falsa (*post corr.*) P; sed falsum M 23–24 quod … se] *om.* LW

18–20 Cf. Arist., *Metaph.* 12, c. 9 (1074b 23–35); *Auct. Arist.*, n. 275 (ed. Hamesse, 138)

per intellectum ponit extra se. Igitur praeter intellectum et voluntatem oportet ponere aliam potentiam productivam et creativam rerum extra.

4 Sed diceres quod intentio Philosophi est quod nihil intelligit extra se sicut obiectum primum, bene tamen intelligit alia extra se sicut obiectum secundarium.

5 Contra: Commentator eius expresse dicit oppositum comm. 51 super illud "sententia autem patrum" sic per talem rationem: "nobilitas et perfectio principii consistit in operatione sua. Si igitur primum principium intelligit vilia, sequitur quod sua perfectio et nobilitas consistit in intelligendo vilia. Quapropter", dicit ipse, "et sua actio est vilissima actio operationum". Et quod haec sit intentio sua patet, quia obicit sibi ipsi sic: "ex hoc sequitur quod primum principium ignoraret plura". Et respondet quod ignorare vilia, cuiusmodi sunt omnia extra Deum, est melius quam scire. Et ideo concludit quod, cum impossibile sit ipsum intelligere vilius se aut nobilius, cum non sit aliquid tale, et tamen intelligit, necesse est quod tantum intelligit se.

6 Contra:

1. Quod intellectus sit immediatum principium producendi rem extra arguitur (et ita praeter intellectum et voluntatem non est ponenda potentia alia immediatior), quia illud est immediatum principium alicuius effectus producibilis, ad quod directe et per se pertinet ratio formalis producendi, ut si species intelligibilis sit principium formale intelligendi, intellectus erit principium proximum sive potentia proxima eliciendi actum intelligendi; sed ratio formalis producendi rem extra pertinet ad intellectum divinum; igitur etc. Minor patet, quia huiusmodi ratio est idea practica, quae per se respicit intellectum practicum. Igitur intellectus practicus est principium proximum etc.

7 2. Item quod non sit dare aliquam potentiam in Deo praeter intellectum et voluntatem, quae immediatius se habeat in productione rerum ad rem producendam, arguitur sic: omnis potentia in Deo est potentia immaterialis pure fundata in natura pure immateriali. Tunc sic: omnis potentia immaterialis pure fundata in natura

---

26–27 sicut … se] nisi E 27–28 bene … secundarium] *om.* LW 27 bene] *om.* QR 29 expresse … oppositum] ostendit oppositum LW (*post* patrum, *l. 30*) 30 per … rationem] *om.* LW ‖ perfectio] primi *add.* BNPV 33 est] esset LPW 34 patet quia] *om.* BE MNPQRV ‖ ignoraret] ignoret EPQRV 36–37 cum … tale] *om.* ELPW 38 intelligit] intelligat BLPSV; diligat MN 39 contra] ad oppositum LW 44 formale] *om.* BV 44–45 sive … proxima] *om.* LR 47 practicum] *om.* LVW 49–50 quod … producendam] idem L 50 in … producendam] in productione ad rem producendam EQRW; ad productionem rei P; ad productionem extrinsecam S 51 pure] quia *praem. in marg.* E; quia BMNSV 52–53 tunc … immateriali] sed omnis talis (potentia *add.* PW) LPSW; sed huiusmodi E (tunc … immateriali *add. in marg.*)

29–38 Cf. Averr., *In Metaph.* 12, comm. 51 (ed. Iuntina, 8:335L–336A)

immateriali est reflexiva sui super se et super actum suum. Haec enim est ratio secundum Avicennam 6. *Naturalium* parte 5 cap. 2, quare intellectus reflectitur super se, quia est virtus immaterialis, non utens organo; et ideo secundum eum nulla virtus sensitiva reflectitur supra se. Si igitur in Deo esset una potentia productiva rerum alia ab intellectu et voluntate, cum sit in natura pure immateriali et non utens organo corporali, reflecteretur per actum suum supra se. Et ita, cum sit potentia factiva, faceret se et crearet se, sicut intellectus intelligit se et voluntas vult se, eo quod reflectuntur supra se, quia sunt virtutes immateriales. Hoc est impossibile, cum potentia ista, si poneretur, esset Deus.

⌈SOLUTIO

OPINIO PRIMA⌉

Ad quaestionem istam dicunt aliqui quod necesse est ponere in Deo unam potentiam differentem ab intellectu et voluntate in ordine ad rem factibilem extra, per quam Deus immediate producit rem extra quam per intellectum et voluntatem facere disponit. Quae ab eis nominatur potentia exsecutiva, quae actu suo exsequitur illud quod Deus intelligendo et volendo facere ordinavit. 8

⌈RATIONES PRO OPINIONE⌉

Et hoc ipsi declarant rationibus et auctoritatibus. Rationibus sic: 9

1. Primo a simili sic: substantia intelligibilis, scilicet angelus, non producit exteriorem effectum nisi mediante huiusmodi potentia exsecutiva quae in genere potentiae differt ab intellectu et voluntate; igitur nec Deus. Consequentia patet ex hoc, quia si aliquid esset quare huiusmodi potentia deberet negari a Deo, hoc est immaterialitas Dei, quae non permittit aliam potentiam ab intellectu et voluntate; sed hoc non valet, quia angelus est immaterialis et tamen in eo est talis potentia. Antecedens probatur, quod in angelo sit talis potentia per quam immediate attingit effectum exteriorem, quia articulus excommunicatus est Parisius, qui dixit quod intelligentia sola voluntate movet caelum (et tamen sic dicentes non intendebant excludere intellectum nec generalem influentiam primae causae).

53–54 haec … 2] quia secundum Avicennam 6. Naturalium parte 5 cap. 2 haec est ratio LW 53 haec … ratio] haec est enim ratio MNV; haec enim ratio est B; *om.* S 58 reflecteretur] reflectitur BEMV ‖ per … suum] *om.* LS 59 et[1] … se[2]] *om.* LW 60 eo … immateriales] *om.* LSW ‖ hoc est] sed hoc est RS; et hoc est (*sup. lin.*) Q; hoc BEP; quod est LW 61 cum … Deus] igitur etc. LW 62 in Deo] *om.* BMN 67 rationibus[1] … auctoritatibus] per rationes LW; rationibus E ‖ rationibus sic] *om.* ELSW 71 esset … Deo] esset quod impediret quare ista potentia in Deo non ponitur W; impediret quare illa potentia non ponitur in Deo L ‖ est] esset LSVW; *om.* N 73 hoc] haec ratio LW 74–75 quod … exteriorem] *om.* S 74 quod] scilicet quod LW; quia PN 76 intendebant] intelligebant MNW

54–56 Cf. Avic., *De an.* 5, c. 2 (ed. Van Riet, 93–94) 75–76 Cf. *Chart. Univ. Par.*, n. 473 (ed. Denifle-Chatelain, 1:555)

10 2. Item Deus non semper producit mundum; et tamen semper intelligit et vult mundum; igitur non fecit mundum intelligendo et volendo solum, sed aliquo alio actu correspondente alii potentiae.

11 3. Item ex doctrina Philosophi 2. *De anima* ex distincta formali ratione obiectorum arguimus formalem distinctionem actuum et potentiarum. Cum igitur intelligibile, volubile et operabile habeant distinctam rationem formalem obiectivam, necesse est quod istis tribus correspondeant in Deo distincti actus et potentiae, intellectus respectu intelligibilis, voluntas respectu volubilis et potentia operativa respectu operabilis.

12 Sed ad istam rationem dicunt aliqui quod non est alia potentia respectu boni seu volubilis in Deo et respectu operabilis, quia operabile continetur sub volubili seu bono, quod est formale obiectum voluntatis, sicut obiectum materiale sub formali.

13 Sed contra: ex ista responsione sequitur inconveniens tam in Deo quam in nobis. In Deo sequitur quod, cum verum continetur sub bono sicut materiale obiectum voluntatis, quod non esset in Deo alia potentia respectu veri et alia respectu boni. Et ita e converso, cum bonum continetur sub vero sicut materiale obiectum intellectus (quia bonum non est formale obiectum intellectus secundum istos, et tamen constat quod est aliquo modo obiectum eius, non igitur nisi materiale), sequitur quod non est alia potentia in Deo respectu veri et respectu boni. Et ita in Deo vel nulla est potentia vel tantum una, scilicet intellectus tantum vel voluntas tantum. Ulterius etiam in nobis sequeretur quod non esset nisi una potentia, cum omnia entia continentur materialiter sub vero et omnia possunt materialiter apprehendi ab intellectu.

14 Sed forte diceret aliquis quod verum est quod bonum continetur materialiter sub vero respectu intellectus. Quia tamen bonum consideratum sub propria ratione habet formalem rationem propriam, quae non continetur sub formali ratione veri, ideo requirit sub propria ratione sua aliam potentiam ab intellectu. Sed operabile sic continetur sub volubili materialiter quod non habet propriam rationem formalem distinctam contra propriam rationem formalem boni seu volubilis.

---

79 aliquo alio] alio (aliquo B) modo BP; in aliquo R; alio W 81 ex[1] … Philosophi] secundum doctrinam Philosophi S; in doctrina Philosophi E; per Philosophum L; ex Philosopho R 82 arguimus … distinctionem] arguitur formalis distinctio LW 82–83 intelligibile volubile] intelligibile et volubile BELM; volubile et intelligibile V 84 distincti … potentiae] actus et potentiae distinctae ELW (ut *add.* LW) 88 continetur] *post* voluntatis (*l. 89*) LW 94 ita] similiter BMNS 96 eius] *ante* obiectum EQR; *om.* BMNPS 98 scilicet] ut LW; *om.* BMN 98–99 tantum[2] … tantum] vel voluntas LW; vel (*sup. lin.*) tantum voluntas (tantum *add.*, *sed del.*) E 99 ulterius … sequeretur] in nobis autem sequitur ulterius LW ‖ etiam] autem QR; igitur P; *om.* B 100 continentur … vero] sub vero materialiter continentur LW ‖ possunt] possint LSW 103 consideratum] ut consistit ELW ‖ sub[2]] *om.* MN

81–82 Cf. Arist., *De an.* 2, c. 4 (415a 14–22)

Contra: primo petis in responsione dicendo quod verum et bonum formaliter distinguuntur, volubile et operabile non, et sine aliqua probatione; igitur parum valet. 15

Item si volubile et operabile non distinguuntur formaliter in ratione obiecti, numquam ex eorum distinctione possemus arguere in aliqua natura divina, angelica vel humana distinctas potentias correspondentes. Et ita in angelo non esset aliqua potentia respectu operabilis extra alia ab intellectu et voluntate, nec etiam in homine. Et ita, quidquid agerent extra se, solo intellectu et voluntate facerent; quod est impossibile et excommunicatum. 16

Item quod dicitur, quod volubile continet factibile, sicut obiectum formale materiale solum, et non distinguitur formaliter a volubili, contra: quaero an Deus ponendo rem extra se attingat ipsam primo sub ratione qua volubile aut primo sub ratione qua factibile. Si sub ratione qua volubile attingat ipsam primo, quod oportet dicere, si factibile continetur sub volubili sicut materiale obiectum sub formali (exemplum de albedine et colore), tunc sequitur quod omne volubile est factibile, sicut sequitur quod visus attingit albedinem primo sub ratione coloris, ideo omnis color est visibilis; et tunc, cum essentia divina sit volubile, erit quoddam factibile extra. Et multa absurda alia sequuntur, si attingat rem extra primo sub ratione qua factibile est. Igitur ratio factibilis distinguitur formaliter contra rationem volubilis et habent distinctas rationes formales primas. Cum igitur ex distinctis rationibus formalibus primis concludatur ratio distincta potentiarum, sequitur quod alia est potentia in Deo respectu factibilis et alia respectu volubilis. Et haec est conclusio argumenti quod solvere nitebantur. Stat igitur ratio. 17

4. Item quod sit ponere huiusmodi potentiam exsecutivam arguitur, quia secundum Philosophum et Commentatorem suum 9. *Metaphysicae* comm. 16 duplex 18

112–113 divina … humana] *om.* LW 113 ita] ideo BMN 115 et[1] … facerent] *om.* LW 116 est] *post* impossibile EPQ; *post* excommunicatum BMN 117–130 item … nitebantur] *om.* S 117 quod[1]] contra hoc *praem.* LW; *om.* QR 117–118 sicut … solum] materialiter solum LW 117 formale] *om.* PV 117–118 materiale solum] *inv.* BMN 118 et non] non quod BNPQRV; quod non M ‖ formaliter … volubili] ab eo formaliter LW ‖ contra] arguo sic LW 119 ponendo] volendo LW ‖ attingat] attingit ELPVW ‖ aut] vel LW; an EQR 120 attingat] attingit EPQRVW 121 si] quod (*del.*) si E; quod LW 123 quod] quia *add.* PW; quia L ‖ attingit] attingat BMNP 124 est] *om.* EPQRW (*sed add. sup. lin.* P) ‖ volubile] quoddam *add.* EPQR ‖ erit] esset BMN 125 extra[1] … sequuntur] quod est absurdum LW ‖ attingat] attingit ELQVW; attingeret P 128 concludatur] concluditur BLR ‖ ratio distincta] distinctio ELW 130 et … nitebantur] *om.* L ‖ quod … nitebantur] *om.* P ‖ nitebantur] videbantur BMQRV 131–132 item … suum] praeterea ad principale Philosophus S 131 quod … quia] arguitur idem sic L ‖ huiusmodi potentiam] potentiam EQRW; aliquam P ‖ arguitur] sic *add.* W; *om.* PQRV 132 suum] *om.* LVW

132–136 Cf. Arist., *Metaph.* 9, c. 8 (1050a 24–29); *Auct. Arist.*, n. 226 (ed. Hamesse, 134); Averr., *In Metaph.* 9, comm. 16 (ed. Iuntina, 8:242H)

est operatio, una manens in agente et alia transiens in materiam exteriorem. Ista quae manet in agente, cuiusmodi est videre in visu et intelligere in intellectu et velle in voluntate, ut exemplificat Commentator, non habet aliquid ultra operationem derelictum ex operatione; sed operatio transiens habet aliquid derelictum. Cum igitur Deus habet operationem derelinquentem rem in effectu, oportet quod hoc sit alia operatione quam per intelligere vel per velle. Et ita erit alia potentia ad extra quam intellectus et voluntas.

⌈AUCTORITATES PRO OPINIONE⌉

19 Item quod sit ponere huiusmodi potentiam exsecutivam quae immediate attingit rem extra probatur per auctoritates. Dicit enim Hugo *De sacramentis* lib. 1 parte 2 cap. ultimo: "cum sint tria in Deo, sapientia, voluntas et potentia, primordiales causae a voluntate quidem divina quasi proficiscuntur, per sapientiam diriguntur, per potentiam producuntur; voluntas enim movet, sapientia disponit, potentia explicat". Ecce expresse distinguit potentiam contra voluntatem et ponit potentiam immediate explicare res extra.

20 Item supra, eodem libro et parte cap. 6: "voluntas movet, sapientia disponit, potestas operatur. Et si horum discretionem proponas, non est posse illud quod scire neque scire illud quod velle. Et discernit illa ratio et natura non dividit".

21 Item adhuc eodem libro et parte cap. 5 habet sic: "divina etenim voluntas sola bonitate perfecta non fuisset, nisi pariter affuisset potestas, quoniam illud, quod voluntate praeeunte voluit, potestate subsequente adimplevit". Ecce quam expresse vult quod potentia mediat inter voluntatem et rem factam.

22 Sed ad istas auctoritates audivi dici quod Hugo per potentiam quam hic nominat non intelligit aliam potentiam a voluntate, sed per potentiam intelligit quan-

133–136 et … derelictum[2]] cuiusmodi est videre in visu et intelligere in intellectu et velle in voluntate ut exemplificat Commentator et haec (huiusmodi E) non habet aliquid ultra operationem derelictum ex operatione alia est operatio transiens quae (sed operatio transiens *pro* alia … quae E) habet aliquid derelictum ELW; ut videre in visu et intelligere in intellectu et velle in voluntate alia transiens in exteriorem materiam prima ultra operationem non habet aliquid derelictum ex operatione secunda sic secundum Commentatorem ibidem S 137 habet] habeat LSW 138 erit] in Deo *add.* LW ‖ alia[2]] et alia *add.* BN; et alia voluntas *add.*, *sed del.* M 139 ad … voluntas] ab intellectu et voluntate LW 140–141 item … auctoritates] item hoc idem patet per auctoritates W; haec opinio confirmatur auctoritatibus S; item sic L 141 extra] *om.* QR 142 2] 3 ELPW; 1 B; 6 (*sup. lin.*) M ‖ et] *om.* PQR 143 quidem divina] *inv.* BMNS ‖ quasi] *om.* ELPQRW 145 expresse] ponit et *add.* LW 146 res] rem LPW 147 supra] S; *om.* V; infra *cett.* ‖ eodem … parte] lib. eodem 2. parte V; *om.* S 148 potestas] potentia LPQRW 150 item … parte] et S ‖ adhuc] ad hoc BMN; *om.* LW ‖ habet] habetur E; dicit LW; *om.* V 154 istas auctoritates] ista LW ‖ audivi dici] audivi (quosdam *add. in marg.* Q) dicere QR; dicitur LW

141–145 Hugo de S. Victore, *De sacr.* 1, pars 2, c. 22 (ed. Berndt, 72; PL 176, 216B) 147–149 Ibid. c. 6 (62–63; 208B–C) 150–152 Ibid. c. 5 (62; 208A)

dam vim explicativam rerum extra. Sed sine dubio, quamvis isti vellent negare potentiam exsecutivam, ex tamen proprio dicto concedunt eam. Sicut enim illud quo aliquis potest aliquid facere est sibi potentia, ita illud quod habet vim explicandi est sibi virtus agendi. Sed potentia agendi et virtus agendi quomodo differunt nisi sola voce? Ponere igitur ibi esse vim explicativam distinctam ratione a voluntate et tamen negare potentiam distinctam, hoc est idem concedere et negare. Opinio enim non quaerit plus nisi vim aliquam distinctam a voluntate secundum rationem solam, quae immediate exsequitur imperium voluntatis.

Dicunt igitur isti quod necesse est ponere in Deo tres potentias, intellectum 23
concipientem res factibiles, voluntatem complacentem et imperantem rem fieri et tertio potentiam exsecutivam exsequentem.

⌈CONTRA OPINIONEM⌉

Haec opinio est multum probabilis; verumtamen quia secundum Philosophum 24
1. *Physicorum* pluralitas non est ponenda sine necessitate (et loquitur ibi de finitate principiorum), quia regula quaedam erat apud philosophos omnes quod semper est melius ponere pauciora quam plura, si per pauciora possunt omnia aeque salvari sicut per plura, et videntur posse salvari omnia ad extra per intellectum et voluntatem tantum, ideo pono aliquas rationes contra ipsam potentiam exsecutivam.

Primo aliquas deducentes ad impossibile sic, quia si tales tres potentiae po- 25
nerentur in Deo, scilicet intellectus et voluntas et illa tertia exsecutiva, haberent necessario aliquem ordinem naturae secundum prius et posterius inter se. Quod concedunt, ut scilicet, sicut prius natura Deus intelligit res factibiles quam velit

156 sine dubio] certe LW 158 aliquis] aliquid MN; *om.* BEP ‖ potentia] illud faciendi *add.* LW ‖ ita] sic ELW ‖ illud quod] *in marg.* E ‖ illud] *om.* MNV 159 sed … agendi[3]] quae EW ‖ quomodo] nullo modo BMN; non ELW 160 voce] ratione PW (a voluntate *add.* W); (nisi sola ratione *in marg.*) a voluntate E; ratione vel nomine L 161–163 hoc … voluntatis] a voluntate secundum rationem solam quae immediate exsequitur imperium voluntatis hoc est idem concedere et negare P 161 hoc] *om.* LSW 162 opinio] quaestio QR ‖ vim … distinctam] quod sit aliqua potentia distincta LW; utrum intellectus (*in marg.*) sit potentia distincta E 163 solam] solum LW 164–167 dicunt … probabilis] *om.* L 164 potentias] scilicet *add.* PSW 167 haec] et EPQRW 168 1. Physicorum] *om.* ELPW 168–169 finitate] pluralitate LW; simplicitate BMN 169 quaedam] *om.* LRS 170–171 si … omnia] sed per pauciora possunt omnia produci L; (et cum *in marg.*) possint omnia produci W 171 salvari[2]] in Deo *add.* BMN 172 ipsam] illam PQR; istam ES; dictam LW 172–173 potentiam exsecutivam] rationem exsecutivam V; potentiam tertiam S; opinionem LW 174 aliquas … impossibile] *om.* LW ‖ quia] quod ERV; *om.* LSW 175 scilicet … exsecutiva] *om.* LSW ‖ et[1]] *om.* BQR ‖ haberent] habentes LW 176 necessario] *om.* LPQRW ‖ inter se] *et ante* haberent (*l. 175*) *et hic* QR; *ante* ordinem LW 177 velit] vult LS

167–168 Cf. Arist., *Phys.* 1, c. 4 (188a 17–18); *Auct. Arist.*, n. 26 (ed. Hamesse, 141); Arist., *Phys.* 1, c. 5 (189a 15–16)

eas, ita prius velit eas esse quam potentia ista tertia exsequatur. Tunc quaero: in illo priori naturae, in quo voluntas divina vult animam Petri esse, est ipsa in effectu aut non, sed solum est in tertio signo naturae, quando potentia ista tertia exsequitur productionem illius? Si primum detur, igitur prius natura est anima in effectu quam potentia exsecutiva aliquid operetur; igitur frustra ponitur distincta potentia a voluntate propter positionem rei extra. Si non est in illo priori, cum in illo voluntas divina velit ipsam esse, Deus aliquid vult esse pro aliqua mensura, quod tamen pro illa mensura non est, et ita sequitur quod eius voluntas est infirma et non omnipotens; quod est falsum. Igitur falsum est illud ex quo sequitur, scilicet ex positione talis potentiae exsecutivae.

26 Sed diceret aliquis quod tu male ponis signa naturae, sed iste est ordo, quod primo intellectus divinus intelligit animam esse creandam, secundo voluntas vult potentiam exsecutivam exsequi et tertio exsequitur et in tertio signo est. Et ita non sequitur illud inconveniens conclusum, quod voluntas in aliquo signo velit animam esse et tamen quod in illo non sit.

27 Contra: aliud est a parte voluntatis divinae velle animam esse in *a* et velle potentiam exsecutivam habere operationem circa animam. Ex quo voluntas est libera et non necessitatur ad volendum aliud a se, potest libertate contradictionis prius velle rem esse pro *a* quam velle potentiam exsecutivam exsequi pro *a*, sicut voluntas nostra, quia non necessitatur ad primo volendum potentiam exsequi quam velit rem esse. Et tunc de isto priori quaeritur ut prius. Tunc quaero quis istorum actuum est prior a parte voluntatis divinae. Si velle rem esse sit actus prior, tunc quaero: in illo priori, in quo vult rem esse, est aut non? Si est, igitur res est in effectu prius natura quam potentia exsecutiva aliquid operetur. Si non est res in illo priori, igitur in aliquo signo naturae vult voluntas rem esse et tamen res pro illo non est, et sequitur inconveniens prius conclusum. Si velle rem esse non est prior actus voluntatis, sed velle potentiam exsecutivam exsequi est prior, cum quando potentia exsequitur, tunc res est, prius esset res extra quam voluntas divina vellet ipsam esse; quod est magnum inconveniens.

28 Item omne activum habens potentiam operativam, quae non est semper in actu suo secundo, si operetur secundum eam, necessario mutatur, quia duratione praecedit operationem illius potentiae et fit de non operante actu operans actu. Haec

178 eas[1]] esse *add.* LVW ‖ velit] vult LRS ‖ esse] *om.* BV ‖ potentia … tertia] illa tertia EPQR; potentia ista exsecutiva S; illa W; ea L 179 esse] aut *add.* ELP 180 est] erit QR; *om.* SV 181 illius] istius BMN; eius LPW; animae S 184 esse[2]] *om.* BLMNSW 185 pro … mensura] pro illa BMN; *om.* S ‖ sequitur quod] *om.* LSW 186 falsum est] et SW; *om.* L 191 conclusum] concludens EPQR; scilicet W; praedictum L; *om.* S 194 operationem] actum ELW; potentiam P ‖ circa animam] exsecutiva in a P (*al. m.*, *quae idem rep. in marg.*) 198 et … prius] *om.* EL PW ‖ et] *om.* QRV 200 esse] aut *add.* ELPW 203 conclusum] concludens EQR 206 divina] *om.* LW 207 operativam] semper *add.* BMNSV ‖ quae] per quam QR 208 si operetur] cum operatur LW 209 illius] istius BMNSV

maior est manifesta de actibus notionalibus (etiam in divinis); nam dicit Ambrosius lib. 1 *De Trinitate* cap. 6 volens ostendere coaeternitatem Filii ad Patrem in divinis: "si enim Deus ante esset Deus quam Pater, et postea Pater fit, utique generationis accessione mutatus est". Sed si ponitur talis potentia exsecutiva in Deo, fuisset in Deo ab aeterno. Igitur vel ab aeterno fuisset in actu secundo exsequendi productionem rei in effectu, et ita creatura fuisset ab aeterno, vel si non, sequitur necessario quod mutaretur exsecutionis accessione, quod est iterum impossibile. Nec valet ista ratio de voluntate, si illa sola ponitur causa immediata rerum, quia ipsa semper fuisset in actu secundo, quia eadem volitione elicita, qua Deus ab aeterno voluit mundum esse in *a*, mundus est in *a*, et est mutatio a parte facti, non a parte voluntatis. Sed si huiusmodi potentia exsecutiva esset in Deo, non est fingendum quam operationem habuisset ab aeterno circa creaturam, nisi creatura esset coaeterna Deo, quia sua operatio non est nisi exsecutio imperii voluntatis secundum te. Et ideo, quandocumque et pro quocumque signo durationis ipsa potentia habet exsecutionem circa creaturam imperatam esse a voluntate, creatura est. Et ideo, si exsequebatur ab aeterno, ab aeterno fuit creatura; si ex tempore solum, mutatus est Deus exsecutionis accessione.

Item cum secundum Philosophum 10. *Ethicorum* et Commentatorem super 7. *Metaphysicae* comm. 16 et super 12. comm. 51 et *De caelo et mundo* completa perfectio potentiae consistit in propria eius operatione, oportet dicere vel quod ipsa potentia ab aeterno exsequebatur factionem rei extra et ita ab aeterno res fuit, vel ab aeterno fuit potentia imperfecta quodam modo, cum nulla alia operatio ponitur esse eius propria, ut distinguitur contra intellectum et voluntatem, quam huiusmodi exsecutio rei in esse extrinseco alio a Deo. 29

210 actibus] actionibus ELQRW ‖ etiam] et BMN; *om.* LV 211–212 coaeternitatem … divinis] Filium Patri coaeternum LW 212 enim] inquit S; *om.* LW ‖ fit] fuit BPQV 214 fuisset[1] … Deo[2]] fuisse VW 214–215 in[3] … aeterno] res producta LW 217 ista ratio] instare LW ‖ illa] ista QV; ipsa ELSW ‖ sola] voluntas *add.* QR ‖ ponitur] ponatur LMN; poneretur VP (*al. m.*, *quae idem rep. in marg.* P) 220 non] autem *add.* LSW ‖ voluntatis] divinae *add.* LW 221 fingendum] signandum BMN; dandum V 221–222 nisi creatura] nisi QRVW; *om.* EL 223 quandocumque … pro] in ELW; *om.* P 224 potentia] exsecutiva *add.* LPW ‖ exsecutionem] operationem LW; operationem (*sup. lin.*) exsecutivam E; *om.* P ‖ esse] *om.* BMNRS 225 exsequebatur] exsequitur ELQRW ‖ ab aeterno[2]] *post* creatura[2] ELPW 226 tempore] te MN ‖ solum] *om.* LPW 227 cum] *om.* LMNSW 228 super … et[2]] *om.* (*hom.*) LW ‖ 12] 13 EP; 2 QR ‖ 51] 251 EPQR 228–229 completa] completiva PQR; cum plena BM NS; tota et plena L; *om.* W 229 consistit] consistat BMNS ‖ operatione] et tunc *add.* QR; igitur *add.* ELPW (*sup. lin.* P) ‖ vel] *post* quod BMN; *post* potentia (*l. 230*) S; *om.* LW 230 ipsa] ista PQS; illa ER 231 fuit] *om.* BM 233 rei … Deo] *om.* S ‖ extrinseco … Deo] extra LW ‖ alio] *om.* EP

210–213 Ambr., *De fide* 1, c. 9, n. 59 (CSEL 78, 26; PL 16, 542B) 227–229 Cf. Arist., *Eth. Nic.* 10, cc. 7–8 (1177a 11 – 1179a 32); Averr., *In Metaph.* 12, comm. 51 (ed. Iuntina, 8:335L–M); Arist., *De caelo* 2, c. 3 (286a 8–9)

30 Item quod aliqua operatio esset in Deo alicuius potentiae, quae immediate transiret super rem extra et non haberet primum obiectum intra, cum operatio perficitur et specificatur a primo obiecto, sequitur quod potentia illa specificaretur et perficeretur ab aliquo obiecto extra et ita vilesceret eius operatio, quia viliori se perficeretur, sicut arguit Philosophus et Commentator de intellectu.

31 Item videmus universaliter quod perfectiones, quae sparsim et multipliciter inveniuntur in istis inferioribus creaturis, unitive sunt in Deo. Sicut igitur omnes potentiae apprehensivae, quae sunt potentiae passivae quodam modo in nobis, reducuntur ad unam potentiam apprehensivam in Deo, quae una est secundum numerum, ita omnes potentiae motivae in nobis reducuntur ad unam potentiam motivam in Deo, quae est ipsa voluntas Dei.

32 Et confirmatur ratio, quia cum in universo non sunt nisi duo modi operandi primi, scilicet modo naturae et modo voluntatis liberae, sufficit ad perfectam causalitatem rerum ponere in Deo unam potentiam qua ex naturali perfectione cognoscit res et modos rerum, et aliam liberam qua ex bonitate et libertate sua velit res esse et suam bonitatem participare. Et ideo ponere tertiam potentiam distinctam ab istis omnino superfluum est propter causalitatem rerum. Secus autem est de omni creatura, cum a parte creaturae non sit idem rem ponere in effectu quod est velle eam poni, quia nullius creaturae voluntas est omnipotens.

33 Item istud idem declaratur sic: non potest negari quin in nobis, ubi potentia motiva ordinata coniungitur indistanter ipsi voluntati, voluntas posset facere aliquam immutationem in ipsa potentia motiva et exsecutiva imperii voluntatis. Aliter non magis exsequeretur uno tempore quam alio, nisi voluntas imperio suo posset eam movere ad exsecutionem; et hoc immediate, quia si mediante alia potentia hoc faceret, procederetur necessario in infinitum in potentiis. Qua igitur ratione hoc potest voluntas respectu potentiae indistantis ei, eadem ratione, si vo-

234 quod] si *add. in marg.* W; si P; sequitur quod S ‖ esset … Deo] *post* potentiae S; *post* extra (*l. 235*) LW 235 primum] proprium BMN 236–237 sequitur … obiecto] *om.* (*hom.*) BMNSVW 237 et ita] *om.* LSW 238 perficeretur] perficitur EPQ ‖ arguit] dicit QR; arguunt B 239 item] hoc *add.* EPQRV 245 et] *om.* LRSW ‖ sunt] sint LSW 246 primi] primo QR; *om.* LPVW 247 qua] quae LMQRV 248 cognoscit] cognoscat EPQR ‖ qua] quae EMVW ‖ bonitate] voluntate BPVW; nobilitate L 250 omnino … rerum] propter rerum causalitatem (*ante* rerum S) est omnino superfluum LSW 251 idem] LP (*post corr.* P); hic BNW; haec SV; hoc EMQR 253–266 ubi … voluntatis] voluntas nostra quia indifferenter (indistanter W) se habet ad omnes potentias ideo suo imperio immediate movet omnes potentias et non per aliquam potentiam mediam igitur si voluntas nostra esset virtutis infinitae modo differenti (indistanter *pro* modo differenti W) se habens ad omnia immediate sine aliqua potentia media ex suo imperio posset omnia movere (omnia moveret *pro* ex … movere W) sed voluntas Dei est infinitae virtutis indifferenter (indistanter W) se habens ad omnia (immediate *add.* W) igitur sine aliqua potentia media potest omnia extra se producere ex solo imperio suo igitur non est tertiam (necesse talem potentiam W) ponere LW 254 posset facere] posset (*in marg.*) facere E; possit facere PQRS; facit B 259 potentiae] obiecti *add.* BMNSV ‖ indistantis] distinctis BM; distantis N

luntas haberet in se virtualiter totum ens et esset formaliter et virtualiter infinita, cum tunc nulla res ab ea distaret, posset immediate rem omnem suo imperio immutare, scilicet ad esse simpliciter de non esse et ab esse naturae ad esse gratiae. Cum igitur huiusmodi sit voluntas divina secundum omnes, omnino superfluum et otiosum est ponere potentiam aliquam mediantem necessario inter voluntatem volentem rem esse et ipsum esse rei. Hoc enim esset arguere imperfectionem voluntatis.

Istud confirmatur auctoritatibus; omnes enim hoc clamant. Tamen propter pro- 34
lixitatem vitandam adduco duas breves, unam Hugonis, quia ipsi se muniunt cum Hugone. Dicit enim Hugo *De sacramentis* lib. 1 parte 4 cap. 1 loquens de voluntate Dei: "haec igitur sola est unde ortum est quidquid est". Haec dictio exclusiva 'solum' non excludit intellectum in Deo; certum est, quia nihil potest Deus velle esse nisi cognitum, et ideo scientia Dei concurrit in ratione causae respectu esse rerum. Nec exludit omnem causam creatam secundam, quia tunc falsum diceret; non enim omne quod ortum est ex sola voluntate Dei, ortum est excludendo causam secundam, quia multa cum hoc quod sunt a Deo sunt etiam a causis secundis. Igitur oportet quod excludat omnem potentiam mediantem inter voluntatem Dei et illud quod ortum est. Et ita ex intentione Hugonis excluditur illa potentia executiva quam tu ponis mediare, quia quamvis creatura concurrat cum voluntate Dei in causando, voluntas tamen immediate causat effectum attingendo.

Item Augustinus 3. *De Trinitate* cap. 6: "voluntas Dei est prima et summa 35
causa omnium rerum". Quaero a te quomodo intelligitur hic li 'prima', cum dicit "est prima causa". Si intelligitur sic: prima, hoc est remotissima, manifestum est quod hoc est falsum, quia intellectus divinus est remotior, quia prior est intellectus in cognoscendo rem ipsa voluntate in volendo eam esse. Igitur oportet quod

261 omnem] omni BEMNP (*sed corr.* E) 262 de … esse[3]] bonum P ‖ esse[2]] ente QR; *om.* EV (*sed add. sup. lin.* E) ‖ naturae] et *add. sup. lin.* P ‖ gratiae] in genere ENP 264 voluntatem] *om.* EMP 265 esse[1]] *om.* BMN 268 vitandam] videndam MN; *om.* L ‖ breves] *om.* ELPQRW (*sed add. in marg.* E) ‖ Hugonis] talis *add.* EQ (*sed del.* Q); quae talis est *add.* R; de Hugone LW 268–269 quia … Hugone] quam ipsi pro se adducunt LW; quo se muniunt S 268 cum] etiam BN; est M 269 1[2]] *om.* BMN 271 solum] sola RW; *om.* LV 272 esse[1]] *om.* LPW ‖ concurrit] consistit BP; coincidit LW ‖ causae] esse BMN (productorum *add.* MN, praedictorum *add.* B) 273 rerum] eorum BMNS 274–275 non … secundam] *om.* L ‖ excludendo … secundam] *ante* ex (*l. 274*) QR 275 multa] naturalia EL; cum nonnulla P 277 illa] ista BM NSW; *om.* V 278 quia quamvis] quamvis enim S; quamvis EL 281–283 quaero … falsum] ubi prima non potest intelligi id est remota S 281 a te] igitur LW ‖ hic] ibi EP QRV 281–282 cum … causa] *om.* LW 282–283 si … quod] si dicas quod est causa primordialis LW 282 remotissima] *post corr.* M; remota BENPQRV 283 remotior] primordialior ELM (*sed corr.* E); prior SVW; p[i]remotior N 284 eam esse] *om.* LSW

269–270 Hugo de S. Victore, *De sacr.* 1, pars 4, c. 1 (ed. Berndt, 97; PL 176, 235A) 280–281 Aug., *De Trin.* 3, c. 4, n. 9 (CCL 50, 136; PL 42, 873)

intelligitur sic: est prima causa omnium, hoc est proxima; et hoc est propositum. Igitur nulla est in Deo potentia quae proximius se habet ad creaturam in causando eam quam ipsa voluntas.

⌈OPINIO PROPRIA⌉

36 Dico igitur ad quaestionem quod in Deo praeter intellectum et voluntatem non est ponere aliquam aliam potentiam ab intellectu et voluntate distinctam, quae sit immediatum principium producendi et causandi res extra se. Deus enim ab aeterno ex sui perfectione primo et principaliter tamquam primum obiectum et immediatum novit essentiam suam; secundario autem novit omnia alia a se tamquam obiectum secundarium. In productione itaque rerum talis est ordo: intellectus enim divinus cognoscendo essentiam suam simplici intuitu cognoscit omnia virtualiter contenta in ipsa essentia; haec autem omnia sic simplici intellectu cognita ostendit intellectus voluntati. Facta autem voluntatis complacentia tunc voluntas movet intellectum ad cognoscendum complexe quod prius noverat simplici intuitu. Illud igitur quod in primo signo cognoverat intellectus simplici intuitu, intelligit tunc complexe, intelligendo scilicet creaturam tali tempore et tali loco et secundum talem circumstantiam posse produci. Et haec sic intellecta ostendit ipse intellectus voluntati et tunc in isto ultimo signo voluntas determinat se ex mera libertate sui (libertate, inquam, contradictionis). Et tunc voluntatem sic determinatam dirigit intellectus in actione; non autem antequam determinet se. Et postquam sic ex sui libertate est determinata, habet res esse in effectu pro illo instanti pro quo voluntas determinat se ut res exsistat in effectu. Unde voluntas determinans se ut anima Christi sit in *a*, nihil aliud est quam animam ipsam Christi velle esse in *a*; sed eodem actu, quo Deus voluit animam Christi esse in *a*, fuit anima Christi in *a*; nulla igitur alia potentia distincta ab intellectu et voluntate requiritur, quae sit immediatum principium producendi res extra se.

285 hoc[1]] quae BMNVW; quod L; id S 285–286 et … propositum] *om.* MS 288–290 praeter … se] non est ponenda talis tertia potentia L 289 aliquam aliam] aliam BMNS; tertiam W ‖ intellectu … voluntate] eis SW 290 immediatum] immediatius BM NS 292 suam] *om.* BMN 293 tamquam … secundarium] *om.* LW ‖ itaque] igitur LW; illa quia BMN; utique V 295–296 essentia … intellectu] quae sic S 295 haec] huiusmodi QR ‖ sic] *om.* ELW 295–296 intellectu] intuitu BELW 297 quod] quae LQR; quia B 298–299 illud … creaturam] id est ad intelligendum rem S ‖ illud … intuitu] *om.* (*hom.*) B 298 cognoverat] cognovit EW; cognoscit L 300 tali] *om.* LSW 301 ipse] *om.* LSW 302 ex mera] extrema BEM (*sed corr.* E) 305 exsistat] sit LW 306–307 animam … velle] ipsam animam Christi velle RS; velle animam Christi LPW; animam Christi velle ipsam B; animam Christi velle V 307 a] et non alio actu vult ipsa voluntas animam Christi esse in a et producitur anima Christi in a *add.* EP (et producitur … a *om.* E) 307–308 sed … a[2]] et non alio actu vult ipsa voluntas animam Christi esse in a quam fuit anima Christi in a QR 308 fuit … a[2]] *om.* (*hom.*) VW

293–305 Pendet ex Rich. Conington, *In Sent.* (opere deperdito), unde idem fere affert Petrus Thomae, *Quodl.*, pars 2, q. 2 (ed. Hooper-Buytaert, 167)

[AD ARGUMENTA PRINCIPALIA]

His visis ad primum principale primo, ordine quo facta sunt. Cum quaeris "si voluntas est proximum principium ponendi rem extra, aut inquantum voluntas aut inquantum divina?", dico quod inquantum divina. 37

Et quando dicis quod tunc omne illud cuius esset principium esset creabile, sicut omne illud cuius intellectus est principium est cognoscibile, dico quod consequentia non valet nisi cum hoc intellectu quod omne illud cuius est principium creativum est creabile; et hoc concedo, quia voluntas est ad plus per actum suum quam ad creabile. 38

Aliter respondeo: non est immediata divisio, sed voluntas quae est divina, non tamen inquantum divina. 39

Aliter potest dici, cum dicitur "aut inquantum est divina est principium creandi proximum aut inquantum voluntas", quod inquantum divina, sed li 'inquantum' potest teneri reduplicative vel specificative. Si tenetur reduplicative sub hoc sensu quod inquantum divina, id est sub omni ratione divinitatis suae, esset principium creandi, tunc sequitur consequens illatum quod omne illud cuius esset principium esset creabile vel creatum et ita Spiritus Sanctus. Sed sic non tenetur li 'inquantum'. Aliter potest intelligi specificative ad excludendum omnem aliam potentiam 40

---

310 ad … quaeris] restat respondere ad argumenta in oppositum eo ordine quo fiebant ad primum quando quaeritur W; ad argumenta ad primum quando quaeritur L 310–312 primo … quod] concedo quod voluntas est principium proximum ponendi rem extra in effectu S 310–311 si … aut] utrum voluntas L 311 voluntas[1] … extra] proximum principium ponendi rem extra sit voluntas P ‖ est] erit QR; sit V 313 dicis] dicitur LSW 313–317 quod … creabile] igitur quidquid Deus attingit mediante (immediate W) ipsa voluntate est creabile sicut omne illud cuius est intellectus principium immediatum est cognoscibile (sicut … cognoscibile *om.* L) dico quod non sequitur et ratio est quia voluntas ut divina est ad plus se extendit quam ad (*in marg.* L) creabile tantum quia se extendit etiam ad increabile (intelligibile L) ut patet in productione Spiritus Sancti (rerum *pro* Spiritus Sancti L) LW 314–317 dico … creabile] nego consequentiam quia voluntas divina inquantum divina per actum suum in plus potest quam in creabile tantum et ad plura se extendit si tamen in consequente adderetur creativum sic teneret consequentia dicendo igitur omne illud cuius est principium creativum est creabile et tunc nullum sequitur inconveniens S 316 est[2] … plus] prius est V ‖ est[2]] ut divina est ad (*del.*) se extendit E ‖ ad] *sup. lin.* EQ; in (*sup. lin.*) R; *om.* MNP 317 ad] *in marg.* Q; *del.* E; *om.* MNPRV (principium *add. in marg. et* creabile *corr. in* creabilis P) ‖ creabile] quia ad Spiritum Sanctum *add.* E 318–319 aliter … divina] aliter potest dici quod nec voluntas inquantum voluntas nec voluntas (*om.* L) inquantum divina sed voluntas quae est divina et ita arguit (arguitur L) ab (ex L) insufficienti LW; *om.* NS 320–330 aliter … creabile[2]] *om.* S 320–321 cum … voluntas] *om.* LW 320 est[1]] *om.* EPQR 321 inquantum[3]] divina *add.* BMN 322–323 reduplicative[1] … est] specificative vel reduplicative si secundo modo scilicet quod voluntas LW 322 si … reduplicative[2]] *om.* QR 323 id est] scilicet EPQR ‖ divinitatis] deitatis PQR 324 consequens illatum] *om.* LW 325 et … Sanctus] quod est falsum LW 325–326 sed … inquantum] *om.* L 325 sed] si MP; unde W ‖ tenetur] intelligitur MNP 326 aliter … specificative] si intelligitur (teneatur L) specificative LW

proximiorem in respectu operis creationis. Et sic tenetur in proposito nec sic sequitur consequens illatum. Non enim sequitur, si voluntas Dei est proximum principium creandi, ita quod nullum sit proximius, quod ideo omne illud cuius est principium sit creabile, quia ad plus se extendit eius virtus quam ad creabile.

41 Ad secundum argumentum, quando dicit Philosophus quod Deus nihil intelligit extra se, quia si sic, vilesceret eius intellectus, dico, sicut dictum est, quod nihil intelligit extra se sicut obiectum primum a quo informetur eius intellectus, quia cum omne aliud extra se sit vilius eo, si intelligeret ab extra per receptionem informationis intellectus ab intelligibili, tunc vilesceret eius intellectus. Et ideo per nihil extra se intelligit, sed essentia sua est sibi ratio intelligendi omnia et volendi.

42 Ad rationem Commentatoris contra hoc, cum dicit quod nobilitas et perfectio primi principii consistit in operatione propria, conceditur primo respectu sui intelligendo se et secundario in intellectione aliorum.

43 Et quando infert "igitur si intelligeret vilia, sua perfectio consisteret in intelligendo vilia et erit sua actio vilissima actionum", istud non sequitur, nisi intelligeret vilia per receptionem alicuius ab eis; quod non facit nec intelligit ea primo. Sed imperfectionis esset, si intelligendo se non posset aliud intelligere.

44 Et quando dicit ultra quod melius est ignorare vilia quam scire, respondeo quod scire vile non est vile nisi propter modum sciendi, sicut nec scire malum est malum. Tunc dico quod melius est primo principio ignorare vilia quam scire ea per informationem ab eis. Et si haec sit mens Commentatoris, nihil mali est. Loquitur igitur de ignorare secundum quod opponitur modo sciendi per receptionem a

327 proximiorem] proximam LW ‖ in[1]] *om.* LQRW ‖ operis] operationis EV; *om.* LW ‖ nec] non MN 328–329 consequens … proximius] *om.* LW 328 Dei] *om.* BMN 329 ideo] *om.* LW 331–332 argumentum … intellectus] Deus nihil intellegit extra se etc. L; *om.* S 331 dicit Philosophus] dicitur RW 332 si] *om.* EQRV 334–335 cum … intellectus[2]] tunc vilesceret si per informationem intelligeret aliquid extra se cum omne tale sit vilius eo S 334 ab] aliquid LVW 335 intellectus[1] … intelligibili] intellectus a re intrinseca P; intellectus ab intellecto E; intellectus ab extra W; *om.* L 335–336 et … intelligit] *om.* LSW 336 per] consequens *add.* V; *om.* BMN 338 contra hoc] *om.* LRS ‖ nobilitas et] voluntas et EQRW; *om.* L 339 conceditur] concedo quod W; concedo quia L; concedo et S ‖ respectu sui] *om.* LW 341 et] sed LW; *om.* EP ‖ igitur] quod S; *om.* QR ‖ intelligeret vilia] intelligit LW 341–343 sua … vilia] *in marg.* E 341 consisteret] consistit LQRVW 342 erit] esset BMNS ‖ sua … actionum] eius actus vilissimus LW ‖ istud] dico quod S; *om.* LW 344 aliud] alia LPS ‖ intelligere] potentia enim non est nata perfici (nec perficitur *add.* W) nisi respectu obiecti quod natum est eam perficere sed ista inferiora non sunt nata perficere intellectum divinum sed magis perfici ab eo *add.* LW 345–348 melius … eis] vilius est talia scire quam ignorare verum est per informationem L 346–347 est malum] *om.* EMPQR 348 informationem … eis] informationes ab eis receptas BMN 349 ignorare] non *add.* MV 349–350 secundum … cognita] *om.* B

332–333 Cf. supra, n. 4

re cognita, non secundum quod opponitur omni cognitioni, ut sic velit Deum simpliciter et universaliter ignorare alia. Et ideo non cognoscit res extra se per medium extrinsecum, sed per medium quod est ipsemet Deus.

Si autem velit aliquis dicere quod mens eius est quod Deus nihil scit aliud a se quocumque modo, tunc auctoritas est pure erronea. Multos enim errores ponit in illo libro, quia comm. 19 dicit expresse quod ex nihilo fieri aliquid, sicut ponimus nos, est impossibile. Et comm. 39 eiusdem libri negat trinitatem in divinis. Verumtamen quod non sit mens eius quod nihil aliud a se intelligat, probo ex dictis suis, quia comm. 51, ubi primo est allegatus, dicit ipse expresse sic, quod hoc nomen 'scientia' aequivoce dicitur de scientia sua et nostra; sua enim scientia est causa entis, ens autem est causa nostrae scientiae. Hic habetur quod sua scientia est causa entis. Certum est quod non est causa ignorantis, quia scientia non est causa aliquorum nisi scientis; igitur Deus causando res per scientiam res novit. Sed Commentator solum negat Deum habere scientiam de rebus, qualem nos habemus, ubi res est mensura scientiae nostrae. Propter quod dicit in fine illius commenti: "ille igitur primus non disponitur per scientiam quae est in nobis neque per ignorantiam quae est ei opposita". Solum igitur negat scientiam rerum aliarum a Deo per modum quo nos habemus scientiam illorum. Et bene et vere negat.

[AD ARGUMENTA IN OPPOSITUM]

Ad primum in oppositum, quod concludit quod intellectus practicus sit proximum principium producendi res et non voluntas, cum dicit quod illud est principium proximum productionis, ad quod pertinet directe ratio formalis producendi, sed huiusmodi est intellectus practicus, ad quem pertinet idea sive scientia practica, quae est factiva. Hic dicunt aliqui quod in Deo non est intellectus practicus

350 non] loquitur de ignorare *add.* LW; tamen PQR; sed MV 350–351 omni … alia] cognitioni obiecti simpliciter LW 351 alia] non habet veritatem *add.* PQR ‖ et ideo] ideo QR; unde vult quod Deus LW; sed vult quod S ‖ non] *post* se LW ‖ cognoscit] cognosceret MN; ignoret B ‖ extra se] alias S; *om.* BM 354 pure] plane P; *om.* LW 355 ponit] dicit BMNS ‖ 19] 91 BMNSV; 29 LW 356 nos] *ante* ponimus BL PW; *om.* SV 357 quod[2]] Deus *add.* LSW 358 ubi … allegatus] *post* expresse MN; *om.* L ‖ primo] prius PSW ‖ ipse] *om.* LSW 359 sic] *om.* LMNW ‖ et] scientia *add.* LPW 360 ens autem] sed ens LW; ens enim QR 360–361 hic … entis] *om.* S ‖ hic … quod[1]] si igitur LW 361 ignorantis] ignotorum LW; ignorabilis B 363 sed … solum] sed solum EPQRV; Commentator igitur solum LW; solum igitur S 364 ubi] quia LW 365 illius] istius BMPS; *om.* W 366–368 solum … negat] et vere dicit S; *om.* LW 366 solum] *om.* BM 368 et vere] vere EQ; et verum BMN; *om.* PR 369–370 quod[1] … voluntas] *om.* L 370 et] *om.* BMN 370–373 cum … factiva] *om.* S 370 cum … quod] quando (*corr. in marg. ex* tunc) dicit quod E; quando arguitur L; quia VW 372–373 sive … factiva] etc. LW 373 hic] hoc B; ad hoc E; *om.* LSW

355–356 Cf. Averr., *In Metaph.* 12, comm. 18 (ed. Iuntina, 8:305F–G) 356–357 Cf. ibid. comm. 39 (322I–323D) 358–360 Ibid. comm. 51 (337B) 365–366 Ibid. (337C)

nec scientia practica proprie dicta. Quod probant, quia impossibile est ponere scientiam in aliquo sine proprio et per se fine scientiae, cum a proprio fine habeat denominari scientia practica vel speculativa; modo finis scientiae practicae nullo modo cadit in Deo, quia proprius finis eius a quo dicitur practica est quod habens scientiam practicam aliquorum sic dirigat se in agendis per eam ut commodum consequatur et vitet incommodum; sed quia Deus non consequitur aliquod commodum de rebus scitis nec per scientiam de eis vitat incommodum, ideo scientia sua de rebus non est practica. An scientia practica sit in Deo, non disputo, sed illud quod dicitur videtur irrationale, quia alius est finis scientiae et alius finis scientis. Quamvis autem accidit quod habens scientiam practicam intendit per eam vitare incommodum et consequi commodum, tamen hoc omnino accidentale est scientiae, sed stante habitu scientiae in aliquo essentiali ordine ad obiectum practicum, puta ad contingens operabile, stat vera et per se ratio scientiae practicae.

47 Ad argumentum dico quod maior est vera. Sed ad minorem, quando dicit quod idea practica est ratio formalis proxima a parte producentis et pertinet ad intellectum practicum, nego, sed voluntas est ratio proxima et intellectus practicus, esto quod ibi sit, principium remotum directivum et regulativum, voluntas tamen proximum et productionis elicitivum, sicut etiam in nobis intellectus practicus dirigit et regulat aliam potentiam quae proximius se habet ad opus.

48 Aliter dicitur quod ratio supponit falsum, quod in Deo sint ideae practicae, quia omnis cognitio praecedens determinationem voluntatis de operabili est pure speculativa nihil dictans de operabili (patet dist. 35 primi libri art. 3 in pede).

49 Ad aliud, quando arguit quod non sit ponenda potentia exsecutiva tertia a voluntate et intellectu, quia cum sit immaterialis, reflecteretur supra se et ita faceret

374 quod probant] *om.* LW 375–376 cum … modo] sed LW 375 habeat] habet EPQR 378 aliquorum] aliorum ELQR 379 consequatur] consequitur EQR; consequatur (*post corr.* W; exsequatur L) de rebus scitis LW || et … aliquod] *in marg.* E 379–380 sed … incommodum] *om.* (*hom.*) L 379 sed quia] et quia PVW; quia E; sed QRS 382 alius[2]] est *add.* PV; *om.* LW || finis[2]] *om.* BMNS 383 quamvis autem] licet enim LSW || intendit] intendat MNV; possit intendere S 384 consequi] sequi BMN 385 est] *ante* omnino (*l. 384*) LSW || aliquo] in *add.* BPSVW; et in *add.* E 388 ad[1] … dico] ad argumentum igitur dico LW; dico igitur ad argumentum S; ad argumentum aliud dico E 388–390 sed … intellectus] sed minor falsa quae dicit quod idea practica est ratio formalis proxima a parte producentis et pertinet ad intellectum practicum quia ratio formalis proxima est voluntas intellectus autem S 390–391 et … sit] sed si intellectus practicus sit ibi tunc est LW 391 tamen] autem LW; vero S; *om.* EQRV 393 et regulat] *om.* LW 396 operabili] ut *add.* ELPW 397 aliud] secundum argumentum L; secundum S 397–401 quando … se[1]] quia idem concluderet in angelo scilicet quod potentia exsecutiva cum sit immaterialis reflecteretur supra se et sic faceret se sicut intellectus intelligit se dico quod ad reflexionem supra se non sufficit sola immaterialitas potentiae S 398 reflecteretur] reflecteret se LW

396 Cf. Rob. Cowton, *In Sent.* 1, d. 35, q. un. (cod. Oxford, Merton College 117, f. 88ra)

se, sicut intellectus intelligit se, hic habeo respondere quod idem concludit in angelo. Ideo dico quod immaterialitas potentiae non sufficit ad hoc quod potentia aliqua sit reflexiva super se, sed cum hoc requiritur quod in ipsa se reflectente salvetur ratio obiecti talis potentiae; et quia obiectum potentiae exsecutivae est contingens operabile, qualis non est huiusmodi potentia, cum sit Deus, ideo huiusmodi potentia non super se reflectitur; potentia autem volitiva et intellectiva reflectuntur super se, tum quia immateriales, tum quia in eis salvatur ratio sui obiecti.

⌈AD ARGUMENTA OPINIONIS PRIMAE⌉

Ad primum opinionis primae, quando arguitur quod in Deo est ponenda potentia motiva alia a voluntate et intellectu, quia in angelo ponitur, nego consequentiam. 50

Et quando probas quod nihil est quare negatur a Deo huiusmodi potentia, nisi esset immaterialitas Dei, et angelus est immaterialis: esto quod immaterialitas Dei esset causa, non est similis immaterialitas in Deo et in angelo; propter quod posset poni in angelo, non in Deo. Sed tamen dico aliam causam unam, quia non sunt ponenda plura sine necessitate; nulla autem necessitas ponendi eam est in Deo, pro eo quod sola voluntate potest facere extra quidquid vult, cum sit formaliter et virtualiter infinita. Non sic autem angelus sola voluntate potest facere quod vult; ideo oportet ponere talem potentiam, quia voluntas angeli est limitatae virtutis. 51

Ad secundum, quando dicitur quod Deus non semper producit mundum et tamen semper vult et intelligit mundum, igitur alia potentia produxit quam intellectu vel voluntate, respondeo quod eodem velle quo vult mundum produxit mundum. Nec est aliqua differentia nisi ex parte connotati, quia producere mundum a parte Dei est velle mundum esse, sed ex parte connotati connotat nunc primo esse. Eodem enim velle non variato, quo voluit mundum pro *a* tempore, 52

399 sicut … hic] *om.* LW 402 obiectum] talis *add.* LW 405 reflectuntur] *vel* reflectitur L; reflectitur BEMNQRV ‖ tum[1] … tum[2]] *om.* LW ‖ sui] *om.* ELPW 410 quod] quia QRS; *om.* LW ‖ est … potentia] impedit L ‖ a] in BQR 411 esset] sit LW; *om.* S 412 non] tamen *add.* BMNS 412–413 propter … Deo] *om.* ES 413 non] licet non ponatur LW 413–418 dico … virtutis] est alia causa scilicet infinitas virtualis voluntatis divinae qua potest sola voluntate facere quidquid vult non sic autem voluntas angeli et cum non sit ponenda pluralitas sine necessitate ideo in Deo non ponitur et in angelo sic S 413 unam] *om.* LW ‖ quia] quod QRV 415 est] *ante* necessitas (*l. 414*) ELW; *post* Deo P ‖ pro … quod] eo quod LW; quia BMN ‖ voluntate] LW; voluntas BEMNPQRV 416 non … angelus] sed angelus non LW ‖ potest] *ante* sola LW 417–418 ideo … virtutis] quia voluntas angeli (sua L) est limitatae virtutis et ideo oportet in eo ponere (*ante* eo L) talem potentiam LW 417 ponere] in eo *add.* PV 419 quando dicitur] quod dicitur MN; cum dicitur S; *om.* B 419–420 et … mundum] *om.* (*hom.*) LW 420–421 igitur … voluntate] *om.* S 420 produxit] mundum *add.* PRW 421 respondeo] dico LSW 423 connotat] est P; *om.* LV 424–425 tempore … est] creatus est mundus LW

mundus est. Et quamvis semper voluit mundum esse, non tamen voluit mundum esse semper, sed in tempore. Nec est differentia inter velle mundum et velle mundum esse nisi ex parte mundi. Et ideo nulla alia potentia produxit quam voluntate, quae media sit inter voluntatem et rem, immo, si esset talis, cum modo non producat mundum, esset illa potentia in Deo sine actu secundo vel saltem foret post iudicium, cum Deus cessabit a productione, et sic secundum Philosophum esset otiosa potentia.

53 Ad aliud argumentum, quando arguitur quod volubile et operabile sunt obiecta formaliter distincta, hic dico unum verbum: primo quod intelligibile non est primum obiectum intellectus nec volubile voluntatis (et ideo improprie loquitur), sed res quae est intelligibilis et res quae est volubilis, quia intelligibilitas est quaedam relatio sive passio rei et facit unum per accidens cum re cuius est. Et ideo si intelligibile esset primum obiectum, obiectum primum esset ens per accidens, quia haec 'color est visibilis' est per se secundo modo, quia praedicatur passio de subiecto, secundum Commentatorem super 2. *De anima* comm. 66; et eodem modo haec est per se secundo modo 'lapis est intelligibilis et lapis est volubilis'. Unde illud est primum obiectum quod primo apprehenditur; hoc autem non est visibile, cum sit ens per accidens, sed color vel lux.

54 Item si visibile esset primum obiectum visus et audibile auditus et sic de aliis, facile esset distinguere obiecta potentiarum et dare cuilibet potentiae proprium obiectum. Sed quando quaerimus obiectum potentiae, quaerimus naturam rei quae percipitur a potentia, si apprehensiva est, vel quae appetitur, si appetitiva. Modo magna quaestio est an lux sit primum obiectum visus vel color, sed nulla esset, si visibile esset obiectum primum et per se, quia si quaereres "quid est primum obiectum visus?", dicerem "visibile".

55 Sed ad argumentum, cum dicitur quod distinguuntur formaliter, igitur requirunt distinctas potentias, verum est, vel unam quae est virtualiter multae potentiae.

425–426 et … tempore] *om.* LW 427 ideo] *om.* LRW 428 esset] sit ELPQRW; poneretur S 428–431 cum … potentia] esset nunc otiosa vel saltem post iudicium S 430 secundum Philosophum] *om.* LW 432–433 quando … primo] dico S 433 hic … verbum] dico LW 437 obiectum[1]] intellectus *add.* LW ‖ obiectum primum] primum eius obiectum LW; primum obiectum intellectus S 438 est[2]] *om.* ELMN 439 super] *om.* EL SVW 441 hoc autem] sed hoc LW; hoc vero P; hoc EQRV 443 item … aliis] praeterea tunc S ‖ auditus] auris EPQRV 444–445 potentiarum … obiectum[1]] potentiis propria S 444 potentiae] *om.* LW 445 quaerimus[1] … naturam] quaeritur obiectum potentiae quaeritur natura LW ‖ obiectum[2] … quaerimus[2]] *om.* (*hom.*) MV ‖ naturam] potentiam BM 446 si[2]] est *add.* ESV ‖ modo] nam L; *om.* BMNPQRV 447 nulla] quaestio de hoc *add.* LW 448 esset] eius *add.* LSW 448–449 et … visibile] *om.* S 448 si quaereres] si quaeritur P; cum quaeritur LW 449 dicerem] diceret MPQRW (*corr. in* dicerent P); diceretur EL 450–451 cum … est[1]] igitur concedo quod formaliter distincta requirunt potentias distinctas S 450 cum … quod] cum dicitur B; quando dicitur LW; quia PR; quod Q; quae V ‖ igitur] *om.* RV

438–439 Cf. Averr., *In De an.* 2, comm. 66 (ed. Crawford, 230)

Voluntas autem divina, quamvis sit una potentia formaliter, est tamen totum ens et continet in se per modum unius potentiae formaliter totam perfectionem omnium potentiarum motivarum in creaturis. Et ideo, quamvis contingens operabile et res sub ratione qua nata est appeti varient potentias in creaturis, non tamen in Deo, quia voluntas in creaturis non continet in se sub ratione unius potentiae perfectionem potentiae motivae.

Contra: si quia voluntas Dei est totius entis, non est alia potentia in Deo entis 56
appetibilis et entis operabilis, igitur non est alia potentia in Deo entis appetibilis et entis intelligibilis, et tunc voluntas non esset alia potentia ab intellectu.

Hic respondeo quod nec in Deo nec in nobis potest concludi ex distinctione 57
formali obiecti aliam esse potentiam intellectivam et volitivam vel e converso, quia respectu cuiuscumque obiecti et sub quacumque ratione a parte rei intellectus potest habere operationem, potest voluntas habere aliquam operationem diligendo vel odiendo, ita quod si intellectus intelligat rem sub ratione veri a parte rei, voluntas potest diligere rem sub ratione veri a parte rei. Et si voluntas vult rem a parte rei sub ratione boni, intellectus necessario intelligit rem a parte rei sub ratione boni. Probo, quia si voluntas ferretur in rem sub aliqua ratione a parte rei sub qua non esset res illa prius cognita, voluntas ferretur in incognitum. Quamvis enim res illa prius intelligitur, tamen sub illa ratione qua appetitur esset incognita, si sub aliqua ratione a parte rei appetitur sub qua non cognosceretur, et esset voluntati appetenti vel odienti sub ratione qua appetit incognitum; quod est impossibile. Unde dicit Augustinus 9. *De Trinitate* cap. 6: "quomodo autem amat quod nescit?" Et ideo 10. *De Trinitate* cap. 11 et 10 probat Augustinus ex intentione aequalitatem in tribus potentiis animae in quibus consistit imago ex

452–453 est … totam] continet tamen totam E; tamen virtualiter (*ante* tamen L) continet LW 452 tamen] virtualiter *add.* S ‖ ens] virtualiter *add.* P 453 per … formaliter] virtualiter P ‖ totam] *om.* V 454 motivarum] *om.* LW 456 in[3]] sub LW 456–457 sub … motivae] omnes virtutes sub ratione primae motivae P; rationem potentiae motivae ELW 456 unius] *om.* QR 458 quia] *ante* si V; *om.* BMNS 459 appetibilis[1]] QR; *om. cett.* 460 tunc] ita ipsa LW 461 hic respondeo] ad istud dico LW 462 aliam … volitivam] quod alia est potentia intellectiva et alia volitiva LW ‖ vel … converso] nec e converso EPQR; *om.* LSW 465 ita quod] et ita quod BMN; unde S ‖ intelligat] intelligit LSW 465–466 a … rei[1]] *om.* LW 466 rei[1]] et *add.* MSV ‖ voluntas[1] … rei[2]] *om.* (*hom.*) BPQR 467 a[1] … rei] *post* boni PS; *om.* LW ‖ intellectus] prius *add.* EP QRV 468–469 probo … incognitum] alias voluntas ferretur in incognitum vel saltem sub ratione incognita S 469 prius cognita] cognita ab intellectu LW 470–472 quamvis … incognitum] *om.* LSW 471 a … sub[2]] *om.* M ‖ a parte] *om.* EP 471–472 qua … sub] *om.* (*hom.*) E 472 et … incognitum] *om.* V 473 dicit] *om.* LSW 474 10[1] … Augustinus] Augustinus ibidem probat W ‖ et 10] *om.* EPQR

473–474 Aug., *De Trin.* 9, c. 3, n. 3 (CCL 50, 296; PL 42, 962) 474–476 Cf. ibid. 10, c. 11, nn. 17–18 (329–31; 982–83)

hoc quod perfecte capiunt se in obiectis; quod non esset verum, si una potentia caperet obiectum sub ratione sub qua alia capere non posset.

58 Item si ratio sub qua sit relatio, ita quod alia sit ratio qua et sub qua, contra: cum possim intelligere illam relationem ut obiectum movens ad actum simplicem, quaero utrum idem sit in ea ratio qua movet et sub qua. Si eadem ratio formalis sit qua et sub qua, igitur eadem ratione et in qualibet re, cum quaelibet res comparetur uniformiter ad intellectum, scilicet ut illud quod natum est sub propria ratione movere, ut non sit instantia de materia, ut ipsa est perfectibilis forma tamquam alio a se, et tamen forma non est formabilis, quia non est nata formari. Sed quaelibet res est nata intelligi obiective secundum formalem rationem sui. Et ideo, si in una aliqua re potest esse eadem ratio formalis qua movet et sub qua, nulla est necessitas quaerendi in alia re duas rationes distinctas. Si alia et alia, necessario proceditur in infinitum in relationibus realibus in re.

59 Item si veritas sit ratio manifestiva sub qua movet, cum eo formaliter se manifestet quo formaliter est (aliter non se manifestaret vere ipsi intellectui sicut est), sequitur quod, si ratio veri sit manifestiva ratio et sub qua res movet, quod eadem est ratio formalis qua movet et sub qua movet. Unde quamvis voluntas et intellectus non distinguuntur penes obiecta formalia, sic quod non sit aliqua ratio quae respicitur ab una potentia quin possit respici ab alia, tamen aliqua differentia est a parte obiecti in hoc quod illud idem, quod sub eadem ratione rei natum est movere utramque potentiam, prius movet intellectum quam voluntatem, quia non potest movere utramque potentiam aeque primo, quia non sunt natae aeque primo moveri. Similiter a parte potentiarum est differentia in tendendo in idem obiectum quantum ad agere et pati, quia voluntas facit se in rem; res autem facit se in intellectum (et quantum etiam ad naturaliter ferri et libere). Et ita differunt potentiae ex tali diversa aptitudine ferendi se diversimode in idem obiectum. Sed

476 perfecte] mutuo LW 477 sub[2]] *om.* NQR ‖ alia] illud *praem.* L, *add.* W 478 et] alia *add.* LS 482 uniformiter] *vel* universaliter LQR; universaliter PW; univoce E; *om.* B 484 forma[1]] per formam LW ‖ alio] aliud BMN; per aliud LW ‖ forma[2]] formaliter BMN; *om.* L 485 est] *om.* ELPW 487 quaerendi] quaerenda BM NW ‖ duas] *post corr.* PQR; secundas ESV; secundum W; secundum aliquas BMN; *om.* L 488 relationibus] rationibus BMNS ‖ in re] *om.* LW 489–490 manifestet] manifestaret EPR 490–491 quo … manifestiva] *om.* EW (*sed add. in marg.* E) ‖ aliter … est] *om.* L 490 aliter] enim *add.* QR ‖ se] *om.* QR 491 si … quod[2]] *om.* LS ‖ movet] sequitur *add.* EW 492 movet[2]] *om.* ELPQVW 492–493 unde … intellectus] unde licet intellectus et voluntas LW; licet autem intellectus et voluntas S 493 distinguuntur] distinguantur SVW ‖ non[2]] *om.* BMPQRSV (*sed add. sup. lin.* Q) 494 respicitur] recipitur (*post corr.*) Q; recipi (*post corr.*) R ‖ potentia … respici] et S ‖ respici] recipi (*post corr.*) QR 494–495 differentia est] *inv.* BLMNW 498 in tendendo] intelligendo BMN 500 intellectum] QR (*post corr.* Q); intellectu *cett.* 500–501 et[1] … ex] *in marg.* QR 500 et[1] … libere] similiter differunt quantum ad ferri naturaliter et libere in idem obiectum LW; similiter quantum ad ferri naturaliter et libere S ‖ ferri] fieri BM; sunt N 500–501 et[3] … obiectum] *om.* LSW 501 tali] *om.* QRV ‖ aptitudine] apprehensione MN; applicatione seu apprehensione B

quid? Nonne dicit Philosophus quod potentiae distinguuntur per obiecta et docet hoc 2. *De anima*? Verum est; hoc docet de potentiis apprehensivis, quia potentiae apprehensivae partis sensitivae, eo quod sunt materiales et utuntur organis, limitantur ad certum et determinatum genus entis, ut visus ad colorem ratione dispositionis organi, auditus ad sonum et sic de aliis. Et quod dat unam generalem differentiam apprehensivae superioris, scilicet ab apprehensivis inferioribus, dicendo quod sensus est particularium, intellectus universalium, potest uno modo sic intelligi quod sensus est particularium tantum, sed intellectus, quamvis sit particularium, non tamen tantum, sed cum hoc universalium, ita quod intellectus semper sit totius entis. Philosophus loquitur de apprehensivis partibus non subordinatis, non autem de potentiis ordinatis, quia sensus communis apprehendit album et dulce sub propriis rationibus; aliter non distingueret inter illa. Vel si quis vellet cavillare quod intellectus non est particularis, ita quod apprehendat particularitatem rei, certe dicam sibi quod nec sensus, sed naturam quae est cum particularitate solum sentit. Visus enim videt colorem, non significationem vel haecceitatem coloris, quia sensus non videt universale, quod est unum in multis et de multis; quod facit intellectus. Sed numquam Philosophus distinxit apprehensivam contra propriam appetitivam correspondentem penes obiecta, et ideo apprehensiva et appetitiva habent idem pro obiecto a parte rei (aliter appetitiva ferretur in non cognitum), differunt tamen in modo tendendi in obiectum, sicut dictum est. Quamvis autem omne illud et sub ea ratione qua apprehenditur possit appeti, tamen bonum vel delectabile est obiectum maxime conveniens voluntati et appetitui. Et propter hoc quod sic maxime convenit voluntati, tamquam illud

505 ad[1] … et] et determinantur ad LVW 505–506 ratione … organi] *om.* LW 506–522 et[1] … autem] sed sensus communis quia ordinatur super illas apprehendit obiecta inferiorum sensuum sub propriis rationibus aliter non distingueret inter illa similiter intellectus secundum Philosophum 2. De anima distinguitur ab aliis potentiis apprehensivis quia est universalium sensus vero particularium quod potest intelligi quod sensus sit particularium tantum sed intellectus universalium et cum hoc etiam particularium ita quod intellectus semper sit totius entis et similiter appetitiva correspondens sibi licet autem voluntas sit totius entis et S 506 quod] quia BMN; *om.* LW 507 differentiam] regulam BMNPV (*sed corr.* P) ‖ scilicet … inferioribus] ad apprehensivas inferiores W; ad apprehensivas superiores L 508–509 intellectus … particularium] *om.* (*hom.*) ELW 511 semper] *om.* BLW ‖ Philosophus loquitur] loquitur igitur Philosophus ELW; Philosophus loquitur ibi (*sup. lin.*) P ‖ partibus] particularibus QRV (*corr. ex* partibus Q) 514 quod[1]] non *add.* QR; *om.* E ‖ particularis] particulare BE; particularium PQR 516 solum sentit] *ante* naturam (*l. 515*) ELW (*hic quoque* E, *sed del.*) ‖ visus enim] visus QRV; sicut (*sup. lin.*) visus P; ut visus ELW 516–518 non … intellectus] *om.* W 517 quia] cum EP; tamen LQRV 518 distinxit] distinguit QRW 520 appetitiva[1]] propria *add.* BMNV ‖ habent idem] idem possunt habere LW 521 tendendi] tenendi M; ferendi LW; intelligendi E 522 possit] posset MN QR 524 et[1] … voluntati] *om.* (*hom.*) LW ‖ et[2] … voluntati] *om.* S ‖ quod sic] *inv.* MN; sic quia B; quia sic P

502–503 Cf. Arist., *De an.* 2, c. 4 (415a 16–22); *Auct. Arist.*, n. 56 (ed. Hamesse, 179)

in quo maxime quietatur, ideo dico quod bonum est quod omnia appetunt. Et communiter dicitur quod est obiectum voluntatis, quia potissimum et perfectissimum obiectum eius est. Certum est tamen quod voluntas potest habere actum circa aliquid quod non habet rationem boni, sed mali, ut malum culpae fugiendo; nec illud malum culpae movet sub ratione boni, quia nullam rationem boni habet ut sic.

60 Ad quartum principale, cum arguitur per Philosophum et Commentatorem quod velle est operatio manens intra, non habens aliquid derelictum per operationem, respondeo quod omnis operatio divina et potentiae exsecutivae, si poneretur, esset operatio manens intra; quaelibet enim est essentia divina.

61 Sed quando dicit quod huiusmodi operatio, sicut velle, nihil habet derelictum extra se, verum est ubi voluntas per modum unius potentiae formaliter non includit in se potentiam factivam, sicut est in nobis; in Deo autem includitur in voluntate; ideo voluntas potest habere opus operatum derelictum extra.

[AD AUCTORITATES PRO OPINIONE]

62 Ad auctoritates Hugonis, ubi distinguit potentiam contra voluntatem et dicit quod illud, quod Deus voluntate praeeunte voluit, potentia subsequente adimplevit, et quod potentia explicat, respondeo. Ad cuius intellectum praemitto unum verbum, quod sicut intellectus in Deo et est potentia apprehensiva et talis potentia apprehensiva – et tamen a parte intellectus non sunt duae potentiae distinctae potentia apprehensiva et talis potentia apprehensiva, sed tantum una potentia, et distinguuntur solum sicut superius et inferius; et sicut superius et inferius non connumerantur secundum supposita, sed habent idem suppositum, sic haec apprehensiva et apprehensiva non connumerantur secundum distinctam rationem potentiarum numero, specie vel genere, sed sunt una potentia numero, tamen

526–527 quia … est[1]] *om.* L 527 obiectum … est[1]] *om.* W ‖ eius] *om.* P ‖ est[1]] *ante* potissimum (*l. 526*) R; *om.* QSV ‖ tamen] LW; enim *cett.* 528–529 fugiendo … culpae] quod non ELW 529 nec illud] *inv.* PQRS; nec V 530 ut sic] ut sit BMN; *om.* E 531–533 cum … operationem] *om.* LW 533 respondeo] dico LRS VW ‖ et] etiam LSV; vel W 534 operatio] potentia V; *om.* LW ‖ manens intra] manens intra (*in marg.*) E; manens V; immanens LPQRS (*corr. ex* manens PS) 535 dicit] dicitur LSW 536–538 se … extra] *om.* (*hom.*) N 537 in se] *del.* Q; *om.* BM SV 537–538 in[3] … voluntas] non autem in Deo ideo voluntas Dei LW; sed in Deo ubi voluntas includit illam voluntas S 539 auctoritates] auctoritatem BMN 539–541 ubi … explicat] *om.* LW 540 quod illud] *om.* BMN 541 et] *om.* BMNQRV 541–554 respondeo … proprio] dico quod licet eadem potentia sit potentia et sit talis potentia tamen alia est consideratio eius ut est potentia et ut est talis potentia et diversis nominibus nominatur scilicet communi et proprio S 542 et[1]] *om.* LQRW 542–543 et[2] … apprehensiva] *om.* (*hom.*) EP, *sed* et est potentia *add. in marg. ante* et[1] (*l. 542*) E ‖ potentia] *om.* QR (*sed add. in marg.* Q) 544 potentia[3]] *om.* LW 545 sicut[2] … inferius[2]] *om.* ELW 546–551 sic … potentia[2]] sic haec potentia appetitiva sive motiva voluntas et est potentia appetitiva et haec potentia appetitiva LW 548 sed] *om.* BN 548–552 tamen … numero] *om.* (*hom.*) B

bene est alia ratio et consideratio huius potentiae ut haec apprehensiva et ut apprehensiva – sicut, inquam, est a parte intellectus, sic est a parte voluntatis, quod voluntas et est haec potentia appetitiva seu motiva et est potentia. Et tamen haec potentia et potentia sunt una potentia numero, quamvis sit alia consideratio. Unde haec potentia et potentia eandem potentiam nominat diversis nominibus, communi et proprio. Et quod voluntas immediate ponat res in esse, hoc non convenit secundum generalem rationem voluntatis repertam in aliis, sed hoc convenit sibi secundum modum voluntatis talis, scilicet divinae, secundum quem continet in se virtutem cuiuscumque potentiae motivae vel factivae. Et ideo potius, ut ponit res, nominat eam potentiam quam voluntatem.

Ex hoc ad auctoritates breviter, quod eandem potentiam numero primo nominat voluntatem et secundo potentiam secundum ordinem, quia primo, ut dixi, intellectus apprehendit res factibiles et sequitur voluntas complacens, secundo intellectus dictat eas esse faciendas et sequitur potentia explicans, hoc est: eadem voluntas, quae prius complacuit eorum simplici intellectui voluntate praeeunte dictamen de factione illarum, postea sequitur dictamen illas in effectu explicando. Et signanter dicit Hugo quod ratio illa discernit, secundum quod alia ratio est eiusdem potentiae ut potentia et ut haec potentia, et natura, scilicet potentiae, non dividitur. Et attribuit Hugo voluntati explicare extra ut potentia est magis quam ut haec potentia est seu voluntas, quia facere rem est in plus quam velle rem esse, quia quamvis aliquando reperiantur in eodem et sint idem velle rem esse et rem facere, ut in Deo, tamen bene distinguuntur in creatura, ubi non est idem facere rem et velle rem esse. 63

549–550 et[2] … apprehensiva] *in marg.* QR; et apprehensiva *in marg.* P; et (*in marg.*) ut appetitiva M; *om.* EN 552 quamvis] illius *add.* PQR || consideratio] eius ut est potentia et ut est haec potentia *add.* LW 552–554 unde … proprio] ut habent diversa nomina scilicet generale et proprium L 552 unde] ut EPQR 553 nominibus] scilicet *add.* EW 553–554 communi] sibi P; sibi *add.* QR; generali EW 554 in esse] extra *add.* EQR; in essentia MN; extra in essentia P 556 secundum[1]] quia per EPQR; per LVW || secundum quem] secundum quod N; secundum quam V; quae LW; *om.* EP 557 cuiuscumque] cuiuslibet LMNW 557–558 potius … res] in esse *add.* E; ut ponit res in esse potius LW; ut ponit res extra in esse potius S 558–559 quam … potentiam] *om.* (*hom.*) B 559 ex … breviter] ex hoc ad auctoritates dico LW; unde dico breviter S 563 complacuit] complacere dicitur BMNS || praeeunte] praecedente LVW 564 dictamen[2]] intellectus *praem.* QR, *add.* P; intellectum dictantem ELW 566 et[2] … scilicet] et natura EP; in natura tamen BMN 568 rem esse] *om.* BMNSV

560–562 Cf. supra, n. 36

⌈Quaestio 2:

Utrum aliqua essentia alia ab essentia prima sit ab aeterno aliquid secundum aliquam differentiam esse vel entis extra intellectum Dei⌉

1 Secundo quaeritur utrum aliqua essentia alia ab essentia prima sit ab aeterno aliquid secundum aliquam differentiam esse vel entis extra intellectum Dei.

2 Quod sic:

1. Omnis essentia quae secundum propriam rationem essentiae suae abstrahit a loco et a tempore et ab esse in intellectu et ab esse in effectu, est supra omne tempus et locum et excedit utrumque, ita quod non clauditur a tempore vel loco; aliter illa non excederet nec ab illis abstraheret. Sed talis est omnis essentia secundum se et propriam rationem sui per Avicennam 5. *Metaphysicae* cap. 1 et 2. Sed nihil excedit totum tempus nisi aeternitas; quare omnis essentia, secundum quod essentia est, aeterna est.

3 2. Item quamvis actus simpliciter prior sit potentia in diversis, in eodem tamen in quo distinguitur actus a potentia, est potentia simpliciter prior actu (ex 9. *Metaphysicae* et secundum beatum Augustinum *Super Genesim* post medium: "omni formato prius est informe origine vel natura"). Cum igitur omnis essentia creata sit formata et in ipsa sit distinguere potentiam ab actu, simpliciter ipsa prius fuit in potentia quam habuit actum exsistentiae et prius origine et natura informis quam formata. Sed prius simpliciter et prius natura est aliud a priori secundum intellectum seu rationem (ex 5. *Metaphysicae*); et est aliud a priori secundum tempus vel extra ordinem temporis. Igitur omnis essentia creata inquantum essentia est prius secundum naturam et simpliciter secundum aliquid extra totum

Abhinc deest V

2 Dei] primi ELPQR; *om.* SW 3 quod] probo *praem.* BMN; et arguitur *praem.* LW 6 clauditur] exceditur ELW 7 aliter … abstraheret] et accidit sibi esse in intellectu vel in effectu LW 8 et[1]] secundum *add.* LSW 9 totum] *om.* ELW ‖ quare] igitur LQRSW 10 est[2]] *om.* LSW 11 sit] est BMN 12 prior] *ante* est BMN; *post* actu QR 13 et … Augustinum] secundum Augustinum S; beatus Augustinus P; Augustinus LW 15 simpliciter] *om.* LW 16 in] *om.* EQRS ‖ et[2]] fuit (*post corr.*) P ‖ natura] fuit *add.* LSW 19 vel … temporis] vel extra totum ordinem temporis QR; vel secundum totum ordinem temporis B; in ordine temporis W; *om.* L 20–21 secundum[2] … temporis[1]] et (*post corr.*) aliquid extra totum ordinem temporis P; secundum reale (*in marg.*) aliquid extra totum ordinem temporis E; secundum aliquid reale sua actuali exsistentia QR; secundum aliquid B; et aliquid M; aliquid extra intellectum extra ordinem temporis S

8 Cf. Avic., *Prima phil.* 5, cc. 1–2 (ed. Van Riet, 227–45) 12–14 Cf. Arist., *Metaph.* 9, c. 8 (1049b 18–29); Aug., *De Gen. ad litt.* 5, c. 5 (CSEL 28.1, 146–47; PL 34, 326); 7, c. 27 (225; 369–70); 8, c. 20 (259; 388) 17–18 Cf. Arist., *Metaph.* 5, c. 11 (1018b 9 – 1019a 14)

ordinem temporis. Sed extra totum ordinem temporis nihil est nisi aeternitas. Quare sequitur illud quod prius.

3. Item quod nihil est, sciri non potest a quocumque intellectu, quia 1. *Posteriorum* dicitur: "quod non est, non contingit scire"; et Augustinus 4. *Super Genesim* cap. 6: "praecedit cognitionem quidquid cognosci potest". Tunc sic: Deus ab aeterno habuit scientiam realem, non tantum rationalem seu logicam, sed et metaphysicam de essentiis creabilibus. Scientia autem non dicitur realis a realitate rei scientis, sed a realitate rei scitae vel scibilis; alioquin non distinguitur scientia rationalis et realis, cum una sit realitas scientis. Igitur essentiae creabiles ab aeterno fuerunt nec ipse Deus vel in Deo, cum nec ipse Deus nec aliquid quod est in eo sit creabile. 4

Contra: 5

Si sic, hoc fuisset secundum esse possibile proprium, quia secundum esse actualis exsistentiae non fuit aliqua alia res a Deo ab aeterno secundum omnes. Sed esse possibile non habuit ab aeterno potentia alia quam potentia Dei efficientis secundum Anselmum *De casu Diaboli* cap. 13: "quia Deus prius potuit facere mundum quam fieret, ideo est mundus, non quia ipse mundus potuit prius esse". Et dicit expresse quod mundus, antequam fieret a Deo, omnino nihil erat et impossibile esse potentia aliqua propria et fuit possibile sola potentia facientis.

Item omne ens reale vel est actu ens vel ens in potentia; actus enim et potentia sunt differentiae entis realis. Sed essentiae non fuerunt entia in actu exsistentiae reali secundum omnes. Igitur si fuerunt in aliquo esse reali, hoc fuit secundum esse reale in potentia. Sed ens in potentia secundum illud quod est radicatur in ente in actu et non est aliquid in se circumscripto omni actu. Sed essentiae rerum non fuerunt potentia in aliquo ente creato quod ab aeterno fuit actu ens; igitur solum fuerunt possibiles potentia facientis; et ita nihil aliud a Deo fuit ab aeterno. 6

21 sed … temporis[2]] sed tale ELW; et hoc P ‖ sed] aliquid *add.* QR 22 quare … prius] igitur etc. LW; igitur ut prius S 23 sciri … intellectu] a nullo intellectu sciri potest LW 23–24 1. … scire] quod non est non contingit scire ex 1. Posteriorum LW (est non *om.* L) 24 scire] sciri BMN 25 sic] arguo LW 27 et] *om.* LSW ‖ metaphysicam] quia *add.* BMNS 28 rei[1]] *om.* LSW ‖ distinguitur] distingueretur SW; distinguetur L 29 rationalis … realis] rationalis a reali W; realis a rationali L 30 nec[1] … Deo] *om.* LW ‖ vel] nec BPR ‖ ipse[2]] *om.* EPS 30–31 quod est] *om.* LS 32 contra] ad oppositum LW 35 habuit] habuerunt P; habent LW 37 ideo … mundus[1]] ideo fuit mundus possibilis LW; mundus enim est S ‖ ipse] *om.* LSW 39 aliqua] autem BMN; *om.* LPSW 40 ens in] in BP; *om.* S ‖ actus enim] sed actus ELPQRW (sed *corr. in* quia *sup. lin.* P) 41 fuerunt] firmiter *add.* BMNS; *add. in marg.* formaliter W ‖ exsistentiae] essentiae BMN; exsistentia ELW (*corr. in* vel ex materia W) 43 illud] *om.* PQR 44 essentiae rerum] *om.* ELPQRSW 45 fuit] fuerit BMNS 46 nihil … fuit] non fuerunt aliud a Deo LW

23–24 Arist., *Anal. post.* 1, c. 2 (71b 25–26); *Auct. Arist.*, n. 13 (ed. Hamesse, 312) 24–25 Aug., *De Gen. at litt.* 4, c. 32 (CSEL 28.1, 130; PL 34, 317) 36–38 Ans. Cant., *De casu diab.*, c. 12 (ed. Schmitt, 1:253; PL 158, 342D)

7 Si dicas quod ens in potentia potest habere esse proprium, quamvis non fundetur in aliquo ente in actu, quia ens in potentia est differentia entis divisa contra ens in actu, contra: quod est simpliciter non intelligibile, est simpliciter non ens et impossibile; sed ens in potentia, inquantum in potentia tantum, sine omni actualitate vel actu, est simpliciter non intelligibile, cum omne quod intelligitur, intelligitur ut ens actu aliquo modo; igitur ens in potentia absque hoc quod fundetur in ente in actu, simpliciter est non ens et impossibile. Et ideo ponentes materiam primam puram potentiam, quamvis habeat essentiam aliquam, ponunt consequenter, et bene, quod contradictio est quod aliquod esse habeat extra animam sine forma et etiam actu essendi addito.

8 Sed dices ad argumentum quod ens in potentia est intelligibile de se sine omni actualitate in qua radicatur, quia possum concipere ens in potentia, non concipiendo ens in actu. Verum dicis formaliter, sed tunc est coniunctum alicui actui, scilicet actui intelligendi, et ut sic non habet aliquod esse reale extra cognoscentem, immo contradictio est quod haberet, nisi radicaretur in aliquo ente in actu.

9 Similiter nec valet quod dicis, quod ens in potentia est differentia entis, ideo potest habere aliquod esse non radicatum in ente in actu, quia similiter bonum et malum sunt differentiae entis et tamen malum non habet esse in aliquo nisi in bono. Et similis videtur esse divisio entis in bonum et malum et in ens in potentia et in ens in actu; nam bonum naturae est ipse actus et malum naturae potentia seu defectus ab actu. Unde sicut malum non dicitur simpliciter et positive, sed tantum secundum quid, inquantum est in bono, ita et de esse in potentia, quod non dicitur esse nec potest esse in se, sed tantum in ente in actu, maxime si est tale ens in potentia quod nec est in ente in actu nec habet actualitatem essendi formaliter, cuiusmodi essent essentiae secundum te.

---

50 tantum] *om.* BLMN 55 et … quod[1]] et bene quia (*corr. ex* quod) E; et bene (contradictoria *add.*, *sed del.*) quod QR; contradictoria quia P; unde LW 56 etiam] *om.* LSW 58 qua] LS; quo *cett.* ‖ possum] *in marg.* R; possunt BMNQ (*sed corr.* Q) 59 dicis] dicit EMN ‖ formaliter] forte BMNSW (*post corr.* W) 60 scilicet actui] *om.* MW 60–61 cognoscentem] *corr. ex* contingentem E; cognoscibilitatem MN 61 radicaretur] radicatur ELPQR 63–64 quod[1] … actu] argumentum tuum S 63 dicis] dicit BELMNW 65 habet] aliquod *add.* MNS ‖ in[1] … in[2]] nisi in aliquo LPQR; in aliquo E 66 entis] *om.* ELPW 67 naturae[1]] *om.* LW (*sed add. in marg.* W) ‖ est] etiam *add.* EQR ‖ naturae[2]] *om.* LW (*sed add. sup. lin.* W) 69 et] est LW; *om.* QR 70 dicitur … nec] *om.* LW

⌈SOLUTIO

OPINIO HENRICI⌉

Ad istam quaestionem dicunt aliqui quod Deus, quantum ad propositum facit, se habet ad creaturam in ratione duplicis causae, scilicet causae formalis exemplaris et in ratione causae efficientis. Causa autem exemplaris formalis quidditatum rerum est ipse Deus per ideas in mente eius. Et quia ab aeterno fuerunt in Deo distinctae formae exemplares de quarum ratione est repraesentare res in esse quidditativo, ideo dicunt quod omnes res habuerunt ab aeterno veras quidditates reales et esse essentiae, quod habet respectum realem ad causam exemplarem in Deo; postea autem in tempore divina voluntate habuerunt et habent res esse in esse reali exsistentiae. Quamvis autem iste doctor sic ponat quidditates reales ab aeterno in esse essentiae reali, numquam tamen, quod ego potui videre de eo, ponit eas nisi coniunctas intellectui cognoscenti, sed habuerunt esse in intellectu divino sicut cognitum in cognoscente; tamen bene ponit quod fuerunt in esse reali essentiae aliud a cognoscente Deo. 10

⌈MODUS DICENDI ALIORUM⌉

Alii autem volentes sequi hunc magistrum et doctrinam eius in hac parte plus explicant opinionem secundum hunc modum distinguendo primo de quadruplici esse. Est enim quoddam esse absolutissimae intentionis, quod nominat quid nominis tantum, et istud est commune entibus veris et figmentis; est aliud esse reale ratum et positivum, scilicet esse quidditativum rei, quod indicat ipsa definitio; et tertio est esse in effectu, scilicet esse exsistentiae vel subsistentiae; quarto est esse abstractum vel abstractionis et est ratio abstrahentis essentiam a supposito exsistente. Hanc quadruplicem acceptionem esse declarant in terminis. Dicunt quod humanitas seu equinitas seu quaecumque alia formalitas signata nomine 11

73 aliqui] opinio Henrici ad quaestionem *annot. in marg.* M 73–74 facit] est LW; spectat S; *om.* E 74 se] habuit et *add.* BMNS ‖ creaturam] creaturas LW ‖ duplicis] triplicis ELW 74–75 causae² … efficientis] efficientis formalis et finalis (et exemplaris *add.*, *sed del.*) W; efficientis finalis formalis exemplaris L 74 causae²] *om.* ER ‖ formalis] formae BEMNP 75 causae] *om.* BMNS 75–76 quidditatum] *om.* LW 77 repraesentare] praesentare BMN 78 ab … veras] suas LW 79 quod habet] ab aeterno et quod habuerunt LW 80 et … res] *om.* LW (*sed add. in marg.* W) 80–81 in² … exsistentiae] realis (reale L) exsistentiae LW 81 ponat] ponit EPQR 83 ponit] posuit EPQ RW ‖ sed] quod *add.* BMNS 86 hunc … eius] istum doctorem LW ‖ plus] *om.* BMN 88 nominat] nominant PQR 89 commune] omnibus *add.* QR ‖ figmentis] signatis BMN 91 esse²] *om.* EPQR 93 exsistente] *om.* PQR ‖ hanc] autem *add.* LW ‖ esse] *om.* BLW 93–94 dicunt quod] dicunt enim quod E; nam dicunt ipsi LW 94 humanitas seu] *om.* LW 94–95 seu² … positivo] *om.* LW (*sed add. in marg.* W) 94 formalitas] natura EP (*sup. lin.* P); *om.* QRW; essentia S

73–85 Cf. Henr. Gand., *Quodl.* 5, q. 2 (ed. Parisiis 1518, 154D); 7, qq. 1–2, ad 2 (ed. Wilson, 22–35); *Summa*, a. 21, q. 4 (ed. Parisiis 1520, 1:127N–Q); a. 24, q. 3 (138O); a. 28, q. 4 (167T–168V); a. 34, q. 2 (212R–T)

positivo ex hoc quod equinitas absolute non est aliquid ratum vel reale habens ratitudinem vel realitatem aliquam, sed est tantum quid nominis seu intentio conceptibilis ab intellectu. Et ideo de tali non praedicatur essentia aliqua vel esse aliquod reale, quia ex tali acceptione absolutissima non determinatur ad aliquod esse reale, sed contingit sibi quod sit res ex quadam extrinseca denominatione ab esse sui principii secundum commentatorem Boethii super illud Boethii *De hebdomadibus* "diversum est esse et illud quod est". Sed participare esse a Deo potest humanitas dupliciter: uno modo secundum quod exemplatum participat esse sui exemplaris; alio modo ut effectus participat esse suae causae, sicut aliquid factum per actionem efficientis. Ex prima participatione contingit humanitati quod sit essentia et res rata, quam indicat definitio; ex secunda quod exsistat in effectu. Quartus modus essendi, quantum scilicet ad esse abstractum naturae a suppositis, est satis notus; sed modus quo humanitas participat esse sui exemplaris et ex hoc dicitur res rata et essentia realis est iste, quod essentiae creatae, ut homo et equus et huiusmodi, non tantum secundum esse quod habent in intellectu divino, sed etiam secundum esse essentiae, quod est esse ratum et positivum reale extra divinum intellectum, fuerunt in esse essentiae constitutae, antequam crearentur, aeternae aeternitate propria mensurante, et sic habentes veram et realem ratitudinem positivam in se ipsis ab aeterno extra Deum, et quod fuerunt ab aeterno effectae in dicto esse et in dicta ratitudine non efficientia creationis, sed alia efficientia praecedente, ut distinguitur contra efficientiam creationis. Et illa efficientia, ut distinguitur contra creationem, potest appellari nomine communi causatio, ut ipsae essentiae dicantur potius causatae quam effectae. Et essentiae sic causatae fuerunt in genere vero reali, habentes etiam propriam potentiam ad esse in effectu aliam a potentia efficientis; nam essentia divina secundum eos

95 aliquid] aliquod BMNS 96 ratitudinem] ratificationem MN 99 extrinseca] intrinseca BELM 100 Boethii[2]] *om.* LW 102 potest] equinitas vel *add.* LW 104 contingit] convenit PQR 105 exsistat] exemplificat BMN 107 modus] ponendi *add.* BMNSW 108 et[1]] *om.* MNQ (*sed add. sup. lin.* Q) 110 esse[2]] extra L; *om.* MP 111–112 constitutae … mensurante] *om.* ELW (*sed* constitutae antequam crearentur aeternae aeternitate propria *add. in marg.* W) 112 mensurante] mensuratae PQRS ‖ habentes] consequentes ELP; habuerunt S 112–113 veram … ratitudinem] veram et realem ratificationem MN; veram et realem relationem QR; veram et realem rationem EL; naturam realem W; naturam realem ratitudinem B 113 in … Deum] extra Deum ab aeterno in se ipsis LW 114 dicto] Deo BM ‖ ratitudine] ratificatione MN 115 alia] absoluta QR 115–116 praecedente … creationem] quae LW (*sed del. et* praecedente … creationem *add. in marg.* W); praecedente creationem quae ut dividitur contra creationem S ‖ et … distinguitur] *in marg.* E 115 et] ita *add.* BMN 116 ut distinguitur] quae dividitur BMN 116–117 communi causatio] creationis LW 117 et essentiae] vel essentiae BMN; quae essentiae S; *om.* E 118 vero … habentes] vere reali habentes MPS; vero (*post corr.* Q) reali convenientes QR (habentes *add. in marg.* Q); reali (*in marg.*) habentes W; convenientis E; *om.* L 119 effectu] habentes *add.* ELW (*sed del.* E)

100–101 Cf. Gilb. Porr., *In Boethii De hebd.* (ed. Häring, 193; PL 64, 1318A)

secundum absolutam rationem essentiae considerata ex infinitate et immensitate entitatis suae continet in se unite et indistincte omnes modos et gradus quibus ipsa est imitabilis et participabilis a creaturis quocumque modo entibus vel possibilibus esse. Istas autem imitabilitates seu participationes sic indistincte contentas in ipsa essentia divina intellectus divinus distinguit et in ipsis sic distinctis distincte et proprie creaturas ipsas imitantes huiusmodi gradus seu imitabilitates actu intuetur. Imitabilitates autem dicto modo distinctae sortiuntur nomen et rationem ideae in quibus resplendent ipsae essentiae creatae seu creabiles, sicut sunt obiecta correlativa distincte secundum modum distinctionis suarum idearum. Et ita eadem efficientia, qua ipsa idea fit de ipsa essentia divina in actu, sequitur suum proprium correlativum resultando fieri in actu tali, scilicet correlationis, et esse huiusmodi correlativi. Hoc autem esse resultantis non potuit esse ipsius ideae, cum idem ad se ipsum non referatur tali correlatione. Est igitur esse aliud non nisi extra Deum et esse non fictum, quia nullius fictionis est idea, ut hircocervi vel chimaerae, nec est negatio vel privatio eadem ratione nec est ratio sola seu intentio secunda, quia sic non esset aliud ab intellectu divino. Ostensum est autem et ostenditur illud esse aliud esse reale ab esse intellectus divini, quod non exsistit in supposito aliquo, sed est quoddam esse realiter obiectum ipsi intellectui et causatum causatione qua causatur sua idea. Quomodo autem huiusmodi essentiae reales sic constitutae habuerunt esse extra Deum, declarant, quia cum 'extra' dicat negationem continentiae et aliquid contineri in alio est dupliciter, vel in eius essentiae integritate vel in eius potentiae amplitudine, cum igitur dicitur essentias quae non sunt Deus habere esse positivum ratum seu reale extra Deum, intelligitur: extra Deum, hoc est extra integritatem essentiae divinae, non extra ambitum potentiae. Haec est opinio fideliter quantum ad substantiam dicti.

[ARGUMENTA PRO OPINIONE]

Haec opinio multipliciter roboratur: 12

120 ex] sua *add.* LW; in P ‖ et] in *add.* P; ex MN 121 entitatis suae] aeternitatis suae MN; *om.* LW ‖ unite] unitate ER; unitive LPW 122 est] *post* imitabilis P; *post* participabilis BMNQ; *rep. al. m. post* participabilis W 123 imitabilitates] imitationes BMN PW 125–126 creaturas … intuetur] intelligit creaturas ipsas imitantes BMN 126 imitabilitates autem] istae (ipsae N) autem imitabilitates seu participationes BN; imitabilitates seu participationes M ‖ dicto] a Deo MN 127 sunt] *om.* EPS (*exstat ras. unius litt. in* P) 128 distincte] distinctum M; distincta LSW 129 fit] sit QR 130 fieri] *om.* LW (*sed add. in marg.* W) 131 hoc … resultantis] secundum resultantis S ‖ esse resultantis] esse huiusmodi resultantis BMN; esse resultans EW; resultans L ‖ potuit] potest LW; poterit PQR 132 referatur] refertur LQR; referretur P; referetur E ‖ tali] *om.* BM NS ‖ aliud] ab esse ideae et *add.* BMN 135–136 ostensum … autem] manifestum est BMN 136 quod] quia ELW; tamen (*post corr.*) P 139 constitutae] consideratae LQR 143 extra Deum] *om.* ELPW 144 fideliter] recitata *praem. al. m. in marg.* E, *add.* S

1. Primo sic: omne actu exemplatum iuxta exemplar reale habet aliquod esse reale extra suum exemplar (quod probatur per hoc quod exemplatum participat exemplar suum; participans autem exemplar non est ipsum exemplar vel in ipso ut ipsum quod participat. Et hoc maxime est verum de exemplari divino; quidquid autem est in ipsa essentia divina, non est participans ipsam, sed est ipsa essentia divina essentialiter); sed omnis essentia creabilis est actu exemplata ab aeterno; igitur etc. Minor probatur per Philosophum 2. *Physicorum* et 5. *Metaphysicae*, ubi vult quod in omni genere causae, si causa est in actu, causatum correspondens est in actu; igitur in genere causae formalis exemplaris sic est; sed ab aeterno essentia divina fuit causa formalis exemplaris; igitur ab aeterno fuit res creabilis exemplata actu participans esse exemplaris causae. Igitur habuit ab aeterno esse reale aliud ab esse exemplaris causae.

13 2. Item Deus ab aeterno intellexit essentias rerum creabiles. Et istae essentiae intellectae ab aeterno non fuerunt ab aeterno ipsa essentia divina, quia si sic, tunc Deus ab aeterno non intellexisset eas ut sunt in se, quia quidquid est in eo, est idem quod ipse, omnino increabile; et ipse intellexit alias essentias creabiles. Igitur essentiae sic intellectae fuerunt aliquid extra ipsum, hoc est extra integritatem essentiae suae.

14 Confirmatur ratio, quia ab aeterno novit uniformiter omnia quae novit nunc secundum sanctos, quia secundum Augustinum 15. *De Trinitate* non aliter novit facta quam fienda; nunc autem novit res a se distinctas et distinctionem earum secundum se ipsas; igitur et ab aeterno similiter novit, sed non per exsistentias earum, quia nondum exsistebant, igitur per essentias. Igitur essentiae realiter fuerunt aeternae.

---

146 sic] *om.* PQR (*sed add. sup. lin.* Q) 147 quod[1] … hoc] cuius probatio est LW ‖ quod[2]] quia LNPW 148 autem] sed (*ante* participans) LW; *om.* EPQR 152 igitur etc.] *om.* LW ‖ minor probatur] *om.* LW (*sed add. in marg.* W) ‖ per Philosophum] quia secundum Philosophum LW; *om.* EQR 153 ubi … quod] *om.* LW ‖ actu] et *add.* ELW 153–154 correspondens est] correspondens (*in marg.*) erit W; erit EL; correspondet BMNP 154–155 sic … exemplaris] Deus fuit ab aeterno in actu causa (*in marg.*) essentiae creabilis E; Deus fuit ab aeterno (causa exemplaris *add. in marg.*) in actu W; Deus ab aeterno fuit in actu L 155 exemplaris] in actu essentiae creabilis *add.* PQR 156–157 igitur … causae] igitur etc. LW 157 reale … esse] *om.* (*hom.*) EQR 160 Deus] *post* aeterno EP QRW ‖ intellexisset eas] intellexit eas LW; intellexit alia a se sed alia a se non intellexit EQR; intellexit aliud a se sed si alia a se non intellexit non intellexit P ‖ quia] sed MN 161 quod ipse] sibi LW ‖ alias] *om.* BMN 162 ipsum … extra[2]] *om.* (*hom.*) LW 164–165 ab … sanctos] non aliter novit Deus res modo quam novit ab aeterno LW 165 Trinitate] cap. 33 *add.* ELQRW (*post* fienda, *l. 166* E) 166 nunc autem] sed nunc ELW; nunc QR 166–167 et … ipsas] *om.* L 167 se] *om.* PQR (*sed add. sup. lin.* Q) ‖ et] *om.* LMNR ‖ sed] *om.* ELPQRW 167–168 exsistentias] actus exsistentiae EPQRS; essentias B

---

152 Cf. Arist., *Phys.* 2, c. 3 (195b 17–20); *Metaph.* 5, c. 2 (1014a 21–23) 165–166 Cf. Aug., *De Trin.* 15, c. 13, n. 22 (CCL 50A, 495; PL 42, 1076)

3. Item nihil vel non ens dictum de implicantibus contradictionem magis est nihil quam dictum de essentiis creabilibus, eo quod ipsae essentiae habent rationes exemplares in Deo et sunt producibiles in esse, ipsa vero nullo modo. Nihil igitur dictum de essentiis creabilibus est minus non ens; igitur aliquo modo sunt ens, cum magis et minus sunt differentiae entis. 15

4. Item relativa sunt simul natura et intellectu; sed actus et potentia quae opponitur actui, scilicet potentia passiva, sunt relative opposita. Cum igitur actus fuit ab aeterno, ut ipse Deus, qui est actus purus, sequitur quod potentia passiva fuerit ab aeterno. Nec fuit in Deo, igitur in realitate propria. Quod non fuerit in Deo patet, quia potentia passiva dicitur respectu potentiae activae, quae est in Deo, ut producibile respectu productivi principii; nihil autem quod est in Deo, cum sit idem quod ipse, est producibile extra se; igitur etc. 16

5. Item ab aeterno fuit in Deo relatio rationis ad essentiam creabilem et ideabilem vel ideatam et e converso (saltem secundum rationem). Huic autem relationi oportet aliquid subicere vel erit tota fictio; quod non est ponendum. Igitur et essentia subiecta ei fuit aliquid positivum ab aeterno extra Deum. 17

6. Item beatus Augustinus in *Soliloquiis* et *De immortalitate animae* et *De libero arbitrio* et lib. 2. *De doctrina christiana* cap. 7 vult quod spectamina scientia- 18

170–171 nihil] non ens LW 171 habent] habuerunt EPQRS 172 ipsa … modo] et alia non LW ‖ ipsa] prima QR 174 sunt] sint LPSW 175–176 quae … passiva] *om.* LW, *sed* passiva *add. in marg.* W (*plura non leguntur margine corrupto*) 176–179 cum … patet] sed Deus ab aeterno fuit actus id est habuit potentiam activam igitur potentia passiva sibi correspondens fuit ab aeterno sed talis potentia non fuit in Deo subiective (obiective L) LW 176–177 actus … ut] ab aeterno sit E 176 fuit] fuerit S; fuerint BN; fuerunt M 177 purus] primus EQR; prius B; prius et primus P 178–179 igitur … patet] *om.* S 178 fuerit] fuit EPQR 180 autem] igitur BMN 181 idem … ipse] idem quod Deus (ipse *add.* P) LPW; Deus S ‖ etc.] fuerunt ab aeterno in realitate propria LW; fuit in realitate propria S 182–183 et … vel] *om.* W ‖ ideabilem] *vel* idealem BE; idealem QR (*sed corr.* Q) 183–185 huic … Deum] haec autem relatio fuit in aliquo subiective igitur quod subicitur isti respectui fuit aliquid reale (positivum E) ab aeterno (extra Deum *add.* E) huic (hic E) dicitur (dico E) quod illud quod (*om.* E) subicitur huic relationi non fuit aliquid reale sed tantum habuit esse cognitum et ita ab aeterno non fuit nisi ens rationis (relationis E) tantum sed (*om.* W) contra si (*om.* W) ab aeterno non fuit nisi (non W) ens rationis tantum cum ens rationis non sit (fuit W) creabile (tantum *add.* W) sed illud quod est creabile est aliquid reale igitur ab aeterno nihil (non W) fuit creabile (sed contra … creabile *om.* E) ELW 184 oportet … erit] si non aliquid subtractum esset esset P ‖ vel erit] aliter esset QR ‖ tota] sola PQRS ‖ et] *om.* MPS 186 beatus] *om.* LSW 186–187 et^2 … arbitrio] *om.* LQRW (*sed add. in marg.* W) 187 lib. 2] lib. 5 BP; lib. 1 N; *om.* L ‖ 7] 1 BMNS 187–189 spectamina … aeterna] huiusmodi propositiones necessariae sunt (sint L) aeternae (ab aeterno L) duo et tria sunt quinque et huiusmodi LW 187 spectamina] *post corr.* Q; spectabilia EP

186–190 Cf. Aug., *Soliloq.* 1, c. 15, n. 29 (CSEL 89, 42–44; PL 32, 884); 2, c. 11, n. 21 – c. 13, n. 24 (73–79; 895–97); *De immort. an.*, c. 1, n. 1 – c. 4, n. 6 (CSEL 89, 101–7; PL 32, 1021–24); *De lib. arb.* 2, c. 8, n. 20 – c. 10, n. 29 (CCL 29, 250–58; CSEL 74, 56–67; PL 32, 1251–57); *De doct. christ.* 1, c. 8, n. 8 – c. 9, n. 9 (CCL 32, 11; CSEL 80, 12–13; PL 34, 22–23)

rum, ut est ratio circuli et 'duo et tria sunt quinque' et ceterae propositiones necessariae, sunt aeterna; per quorum aeternitatem probat animae rationalis immortalitatem. Nec aeternitatem istorum ponit tantum in Deo, cum Dei aeternitatem ponat in *Soliloquiis* multo pulchriorem et puriorem huiusmodi veritatibus, quamvis huiusmodi veritates sint puriores veritatibus contingentium. Nec ponit huiusmodi veritates in intellectu nostro, cum intellectus noster non sit aeternus et immortalitatem intellectus nostri ostendat et probat per aeternitatem illarum; et veritatem istarum ponit immutabilem et esse istarum in intellectu nostro mutabile. Quare secundum eum habent, ut videtur, aeternitatem propriam et esse proprium extra Deum et extra intellectum nostrum; quod non poterit melius poni quam de essentiis creabilibus, ut dictum est.

19 7. Item si albedo, antequam actu exsistat, non sit aliquid secundum essentiam suam, ut vere possit dici 'albedo est albedo', cum eius oppositum possit esse conclusio in syllogismo ex oppositis, tunc conclusio in tali syllogismo ex oppositis potest esse vera; quod negat Philosophus. Ponatur tunc quod nulla sit albedo in actuali exsistentia. Et arguitur sic: nulla albedo est albedo in actu; omnis albedo est albedo in actu; igitur nulla albedo est albedo. Haec conclusio esset vera posito quod haec sit falsa: 'omnis albedo est albedo'.

20 8. Item si dicatur quod ante esse actualis exsistentiae non habuerit res creabilis nisi esse cognitum et sic non fuit nisi ens rationis et diminutum, non habens aliquod esse reale positivum extra Deum, sed solum in potentia agentis, et sic nihil fuit actu nisi ipsa essentia divina et non fuit aliquid realiter secundum se, tunc Deus diceretur creabilis.

21 9. Item diminuta entitas non fit vera et perfecta entitas, puta domus in anima, quae dicitur ipsa cognitio domus extra, sed verum obiectum reale et realiter distinctum ab hac sua cognitione. Igitur ita erit in proposito: igitur angelus, antequam esset creatus, quamvis non possit dici esse praedicando esse secundum adiacens, potest tamen dici essentia vera et obiectum reale aliud a Deo praedicando esse tertium adiacens.

22 Ista sunt quae plus movent pro ista opinione.

189 aeterna] aeternae BMNPS ‖ quorum] quarum LPSW 190 istorum] istarum LPSW 191 ponat] ponit BMN 192 sint] sunt BMN ‖ puriores] priores BMNSW 194 et probat] et probet PS (*post* illarum P); *om.* LW ‖ illarum] istarum BLQSW 195 istarum[1]] illarum LP; earum S; istorum EQ; illorum R; *om.* W ‖ istarum[2]] illarum EPQR; earum LW ‖ nostro] est *add.* LPW (*sup. lin.* P) 196 ut videtur] *om.* LW 197 extra[2]] *om.* EPQR ‖ poterit] *post corr.* Q; potuerit R; potest LP; potuit EW 202 ponatur] ponitur EPR 204 esset] est ELPQR 206 non … creabilis] non habuit res creabilis EP; res creabilis non habuit S; non habuerunt res creabiles L; non habuit res creabiles BMN 207 fuit] sit EPW ‖ ens] res LW 209 fuit[1]] sit EQR 210 diceretur] dicetur EPS 211 fit] f^{t} MN; fuit B; est (*corr. sup. lin. ex* sic) P; sit ELW; sic est QR 212 sed] domus extra est *add.* QR 213 ab … sua] ab hac PW; a sua L 217 ista[2]] illa BEQR; dicta L

190–191 Cf. Aug., *Soliloq.* 1, c. 8, n. 15 (CSEL 89, 23–24; PL 32, 877)

⌈MODUS PROCEDENDI⌉

In ista quaestione sic intendo procedere: primo arguam contra conclusionem in 23
qua omnes istius opinionis concordant; secundo specialiter contra modum dicendi
220 aliquorum explicantium opinionem et conclusionem aliter et alio modo quam
fecit ille qui eam adinvenit; tertio dicam ad quaestionem illud quod mihi videtur
rationabilius pro nunc.

⌈IMPROBATIO OPINIONIS⌉

In improbando autem conclusionem procedam sic, quia primo ostendam quod 24
sequitur ex opinione et dictis eorum alibi quod nihil sit novum in universo et
225 quod pereat creatio quam fide tenemus, et secundo quod nihil potest corrumpi in
entibus, et tertio arguam deducendo ad alia inconvenientia.

Supposito enim dicto illorum in aliis quaestionibus, quae erunt pro proposito 25
– quae sunt haec: unum est, quod dicunt esse actualis exsistentiae non differre
ab essentia rei realiter, sed intentione, et quod addit super essentiam tantum re-
230 lationem ad causam efficientem, et quod illa relatio, sicut nec quaecumque alia,
non est res alia a fundamento suo. Et aliud, quod relatio realis non potest alicui
advenire de novo sine sui mutatione in aliquo absoluto novo vel sine mutatio-
ne alterius extremi secundum aliquid novum absolutum, quia relatio secundum
eos non potest esse per se terminus alicuius mutationis. Similiter aliud dicunt,
235 quod supposito quod sit relatio dei ad creaturam, eadem relatione dicitur creati-
vus et actu creans, licet appellatio sit nova – de primo arguitur sic: secundum
Augustinum 15. *De Trinitate* (et accipiunt hoc pro se) Deus non aliter novit facta
quam fienda. Tunc sic: si propter hoc quod Deus ab aeterno habuit realem scien-

218–222 sic … nunc] *om.* L 220 et conclusionem] *om.* PW 220–221 conclusionem … ad] *om.* B 223–224 in … alibi] primo igitur ostendam (ostendo *pro* igitur ostendam L) quod (*om.* L) ex dictis eorum et ex ista opinione sequitur LW; in improbando conclusionem primo ostendam quod ex opinione ista et dictis eorum alibi sequitur S 223 improbando] probando EPQ (*sed corr.* Q) ‖ quia] *del.* Q; *om.* PR 225 potest corrumpi] corrumpetur W; corrumpitur L 226 et … inconvenientia] *om.* L ‖ et] *om.* BSW 227 supposito … illorum] *in marg.* W (enim *om.*); suppono enim dicta illorum EPQ (*post corr.* Q); supposito enim dicta illorum N; supponendo dicta eorum S; *om.* L 227–228 in … dicunt] isti enim (*om.* L) dicunt alibi quod LW 228 exsistentiae] essentiae MQR ‖ differre] differt LW 229 quod] esse *add.* ELNW 231 et aliud] aliud est S; et LRW 232 advenire] evenire EQR ‖ in … novo²] *om.* BMNS 234 similiter … dicunt] similiter dicunt P; dicunt etiam LW; tertium quod dicunt est S 235 supposito … dicitur] etiam suppono quod eadem est relatio Dei ad creaturam qua dicitur P; supposito (suppono *post corr.* Q) quod non est relatio nova Dei ad creaturam sed eadem (est *add. sup. lin.* Q) qua dicitur QR; supposito quod non est relatio nova Dei ad creaturam sed eadem qua ab aeterno dicitur BN; supposito quod est relatio Dei ad creaturam ab aeterno qua dicitur M ‖ relatione] relatio est qua ab aeterno S 236 sit] fit MN 237 accipiunt … se] etiam ipsi pro se accipiunt LW; accipiunt etiam pro se P ‖ Deus] dominus *praem.* QR (*sed del.* Q) 238 sic] arguo LW

237–238 Cf. Aug., *De Trin.* 15, c. 13, n. 22 (CCL 50A, 495; PL 42, 1076)

tiam per exemplar vel ideam de essentiis creaturarum, habuerunt creaturae reale esse quidditativum realiter et quidditative distinctum ab essentia Dei, cum non solum habuit scientiam et notitiam essentiarum ab aeterno, sed exsistentiarum earundem, sicut modo habet, et non aliter novit modo quam ab aeterno a parte sui, quia non aliter novit facta quam fienda, sequitur quod quaelibet creatura secundum esse suum reale exsistentiae fuerit in esse exsistentiae ab aeterno et per consequens nihil erit novum et perit creatio et generatio.

26 Nec valet dicere quod scire Dei praesupponit scitum in aliquo esse, et ideae non repraesentant nisi quidditates, non esse exsistentiae. Contra: quia Deus non habet notitiam aliorum nisi per ideas, ideae igitur repraesentant exsistentias sicut essentias.

27 Nec etiam valet dicere quod non sequitur 'si meum exsistere est cognitum vel obiectum divini intellectus ab aeterno, igitur est ab aeterno', sicut non sequitur 'essentia ab aeterno est obiectum divini intellectus, igitur est ab aeterno', quia sic non arguitur, sed sumendo secundum eos esse ut praedicat tertium adiacens, sic sequitur secundum eos 'Deus habuit realem scientiam et notitiam essentiarum rerum ab aeterno, igitur res habuerunt reale esse essentiae realiter a Deo distinctum'. Eodem modo sequitur 'Deus habuit realem scientiam exsistentiarum rerum, igitur habuerunt reale esse exsistentiae ab aeterno realiter distinctum ab exsistere Dei'. Et si valet unum, et aliud.

28 Item ad eandem conclusionem: quando esse praedicatur tertium adiacens, si illud tertium non dicat entitatem diminutam et secundum quid, potest inferri secundum adiacens; substantia autem sive essentia substantialis, quae est vera res rata praedicamentalis, non dicit ens diminutum; igitur si est essentia sive substantia, antequam creetur, est, antequam creetur; et si est, non creatur; quare nihil novum.

---

240 realiter] *om.* BMN 241 et notitiam] *om.* LW 242–243 sicut … quod] igitur LW ‖ modo² … novit] *om.* (*hom.*) E 242 modo²] *om.* PQR 244 fuerit] fuit BLQRW ‖ in … exsistentiae²] *om.* ELSW 245 nihil … et¹] *om.* LW 246 scire] scientia LSW 247 non¹ … nisi] repraesentant LW 247–249 non² … essentias] rerum et ideo ponitur res in esse essentiae (exsistentiae L) postquam (priusquam L) intelligitur et non (in *add.* L) esse exsistentiae quia ab aeterno novit actualiter exsistentias rerum sicut essentias sed non nisi per ideas igitur sicut ideae repraesentant (actualem *add.* L) essentiam sic et actualem exsistentiam et si propter talem (*om.* L) cognitionem fuerunt essentiae (res L) ab aeterno igitur (*om.* L) et (rerum *add.* L) exsistentiae LW 247 contra] *om.* BMN 248 aliorum] ab aeterno *add.* QR ‖ ideae] *om.* EPQR 250 etiam] *om.* LRW ‖ exsistere] exemplar QR 250–251 vel … intellectus] a Deo LW 251–252 sicut … aeterno²] *om.* (*hom.*) EMP (*sed add. in marg.* E) 252 aeterno²] contra *add.* QRW (*in marg.* W) 252–253 quia … arguitur] quia non sic arguitur EMP; quia non arguitur sic S; quia nec sic arguitur QR; sic enim non arguitur LW 254 scientiam et] *om.* LW 254–255 essentiarum] *om.* PW 256 eodem] eo MNP 257 rerum] ab aeterno *add.* LSW 258 unum] valet *add.* LW 259–264 item … novum] *om.* LW (*sed add. in marg. sup.* W) 260 tertium] adiacens *add.* SW ‖ et] *om.* EQR 262 non … igitur] cum non dicit ens diminutum QR

Item quandocumque aliquid habet esse reale, ipso esse manente non interrupto 29
impossibile est quod illud esse de novo ponatur vel causetur a quacumque causa, quia cum omnis causatio seu productio extrinseca sit de non esse tali in esse tale, illud esse quod causatur prius non fuit. Stat igitur maior. Sed creatura secundum te habuit esse reale essentiae ab aeterno; quod esse numquam fuit interruptum; igitur impossibile est quod creatura secundum illud esse de novo ponatur vel causetur. Cum igitur esse actualis exsistentiae super illud esse non dicat nisi respectum, creatura per creationem de non esse exsistentiae ad esse non est aliquid absolute novum, sed tantum secundum quid et secundum respectum, quia totum absolutum praefuit, circa quod nulla cadit innovatio.

Quia posset responderi quod illud, quod habet aliquod esse reale non inter- 30
ruptum per aliquam causalitatem, non potest secundum idem esse iterum poni secundum eandem causalitatem, potest tamen secundum aliam, et ita essentia, quae reale esse essentiae habet secundum genus causalitatis exemplaris formae (et hoc ab aeterno), potest iterum secundum illud totum esse non interruptum poni in esse exsistentiae secundum genus causalitatis efficientis, contra haec est maior rationis excludens hanc responsionem; ideo replicatur.

Item contra eandem responsionem, quod res secundum esse essentiae consti- 31
tuitur ab aeterno secundum causalitatem formae exemplaris et secundum esse exsistentiae secundum causalitatem causae efficientis ex tempore, quia quidquid habet entitatem realem ab aliquo exemplariter, habet etiam eandem entitatem ab illo simul effective necessario, licet non e converso. In hoc enim non distinguitur causa exemplaris et efficiens, quod unum causet aliquod reale secundum rationem

266 quod … causetur] quod (*post* potentiam L) per aliquam potentiam illud esse producatur LW ‖ ponatur] ponitur EPQR ‖ causetur] creetur QRS 267 omnis] *post* extrinseca EPQR ‖ causatio seu] creatio seu EQR; *om.* LW ‖ tale] tali QR; *om.* E 268 causatur] creatur QRW ‖ stat … maior] *om.* EW 270 ponatur] ponitur EQR; producatur LW ‖ vel causetur] vel creetur EQRS; *om.* L 271 dicat] addat LPW 271–272 nisi … creationem] aliquid absolutum quando per creationem producitur creatura ELW 272 de … esse[2]] *om.* S ‖ ad esse] exsistentiae *add.* LW ‖ est] ibi *add.* LW 272–273 absolute novum] absolutum novum productum W; absolutum de novo productum L 273 tantum] producitur creatura *add.* LW 275–280 quia … efficientis] *in marg. inf.* W 275 responderi] ad tertium argumentum supra contra opinionem Gandavensis *add.* EPW 276–280 per … poni] ponitur EP 276–277 aliquam … aliam] nullam causam potest iterum poni secundum idem esse verum est secundum eandem causalitatem sed secundum aliam potest S 278 causalitatis … formae] causae causalitatis formalis causae exemplaris QR; causalitatis et formae exemplaris L 280–281 contra … replicatur] *om.* W 281 excludens] excludentis BMN ‖ responsionem] quod res secundum esse (exsistentiae *add.* B) *add.* BMN ‖ replicatur] etc. *add.* BMN; replicetur LS; explicatur E 282 eandem responsionem] hoc quod dicunt LW 282–284 quod … tempore] *om.* S 283 formae] formalis EQR 283–284 et … tempore] sed in tempore in esse exsistentiae secundum causalitatem causae (*om.* L) efficientis LW 284 efficientis] et hoc *add.* EPQR ‖ quia] arguo sic LSW 285–286 eandem … simul] *om.* LW 286 necessario] *om.* LW (*sed add. sup. lin.* W) 287–288 efficiens … et[1]] *om.* (*hom.*) B 287 unum] una RS

causae exemplaris et formalis solum et non secundum rationem causae efficientis, et alia secundum rationem causae efficientis, non autem secundum rationem causae exemplaris, sed in hoc quod quoddam est efficiens per intellectum et cognitionem et dicitur causa secundum rationem exemplarem simul et efficientem, quoddam autem agens pure naturale absque cognitione et tale est causa efficiens non exemplaris; nam forma secundum quam agit non est quaedam cognitio seu ars vel exemplar ad quod aspiciens producat aliquid exemplariter extra, sed agit propria forma naturali. Alioquin essent necessario quinque causae secundum genus causalitatis distinctae: duae intrinsecae, materia et forma, et tres extrinsecae, finis, efficiens et causa exemplaris, ad cuius esse sequitur aliud reale extra sine causalitate efficientiae proprie dictae. Et certum est quod efficiens causa est ad cuius esse sequitur aliud. Et ita haberemus duas causas extrinsecas non simul concausantes, sed distincte et separatim, ita quod ad esse cuiuslibet sequitur aliud esse reale, respectu unius essentia realis in esse essentiae, respectu alterius exsistentia realis, et causa finalis tertia et duae intra, et ita quinque causae distinctae secundum genus causae et secundum causalitatem; cuius oppositum dicit Philosophus et Commentator 2. *Metaphysicae* comm. 13: "impossibile est invenire in causis plus quam quattuor". Falsissimum est igitur hoc quod dicunt: Deum constituere essentiam realem in esse essentiae secundum rationem causae formalis exemplaris et non secundum causam efficientem. Immo necessario simul causat effective et secundum rationem causae efficientis et exemplaris. Unde causare exemplariter est quaedam species efficientiae contenta sub genere causae effectivae distincta contra aliam speciem efficientiae, quae est efficientia naturalis, sicut agens a proposito et ex cognitione distinguitur specie ab agente naturali et sine

288–290 et[1] … exemplaris] solum aliud secundum rationem causae efficientis solum *in marg.* W 289 et … efficientis] *in marg.* E ‖ alia] aliud L 289–290 secundum[2] … causae] *om.* ES 290 quoddam] agens *add.* QR 292 autem] est *add.* ESW; est L 294 producat] producit ELW 296 duae intrinsecae] quarum duae essent intrinsecae scilicet LW 296–297 tres … et] duae extrinsecae (extra res W) scilicet efficiens et finalis (finis W) et quinta esset LW 297 sequitur] requiritur BMN ‖ aliud reale] aliquid reale L; quid reale W; esse reale B; aliud esse reale MN 297–299 reale … aliud] *om.* (*hom.*) E 299 ad … aliud] *om.* S ‖ haberemus] habemus N; habens BM; haberet L ‖ duas] tres LW 300 concausantes] concurrentes ELW; coeuntes (*post corr.*) P ‖ aliud] aliquod LW; *om.* P 301–303 respectu[1] … causalitatem] ad esse quidem unius esse essentiae reale ad esse alterius exsistentia realis et tertiam causam finalem et ita quinque S 302 et[1] … intra] *om.* LW (*sed add. in marg.* W) ‖ causa] *om.* QR (*sed add. sup. lin.* Q) ‖ tertia] *om.* EP 303 causae … causalitatem] causae (*post* causalitatis L) secundum genus causalitatis distinctae LW 304 Commentator] super *add.* BEPQR ‖ est] enim *add.* BMNS 305 falsissimum] falsum LRW ‖ hoc] secundum BN; *om.* LMPW 307 causat] causant BMNW 308 et[1]] *om.* QRS ‖ et[2]] *om.* BEMNQR 310 efficientia] effectiva BL MNW 311–312 distinguitur … cognitione] *om.* (*hom.*) E 311 sine] absque NS; a M; *om.* B

303–305 Cf. Arist., *Metaph.* 1, c. 3 (983a 26–32); 5, c. 2 (1013a 24 – 1014a 25); *Auct. Arist.*, nn. 30, 119 (ed. Hamesse, 117, 124); Averr., *In Metaph.* 2, comm. 13 (ed. Iuntina, 8:34E)

cognitione. Si igitur Deus causavit aliquid ab aeterno exemplariter, et effective, et ita exsistentiam sicut essentiam; et e converso, si effective, et exemplariter. Et ita sequitur nihil esse novum et oppositum intenti illorum.

315 Item ulterius sequitur quod, cum ille respectus sit eadem res cum suo fun- 32
damento (et quando aliqua sunt idem realiter, impossibile est unum habere esse reale sine alio), si essentia fuit realiter in esse essentiae ab aeterno, respectus fuit realiter in essentia vel cum essentia, et ita nihil novum, sicut si materia et forma essent idem re, si materia esset realiter ingenerabilis et ab aeterno in quocumque
320 esse reali, forma fuisset in eodem esse reali. Et tunc, sicut nihil novum acquiritur per generationem, sic nec modo per creationem.

Item secundum omnes catholicos haec est differentia inter generationem na- 33
turalem et creationem, quod quamvis generatio sit mutatio a non subiecto in subiectum sive a non esse in esse, quia tamen aliquid positivum manet commune
325 utrique termino, scilicet materia, quae tamen est ens diminutum secundum se, ideo generatio substantialis est productio rei de aliquo et non de nihilo; sed creatio est productio de non aliquo simpliciter, id est post simpliciter nihil a parte producti. Sed si essentia creaturae, quae in esse reali includit materiam et formam, fuit in esse reali essentiae ab aeterno, creatio sive productio rei primaria,
330 quae dicitur creatio ex tempore, non esset de non esse simpliciter creaturae in se ad esse, sed esset solum productio a non esse exsistentiae in esse exsistentiae manente vera et reali quidditate rei communi utrique termino productionis, scilicet ipsi esse exsistentiae et non esse. Et ita minus acquireretur de realitate nova rei per creationem quam per generationem.

335 Item ulterius sequitur quod, cum esse exsistentiae ultra reale esse essentiae 34
includens materiam et formam in compositis, puta homine, non addat nisi respectum, quod minus acquiritur de novo per creationem quam per alterationem, quia per alterationem acquiritur forma absoluta, scilicet qualitas, hic autem nihil nisi respectus. Et ita periret omnino creatio sicut nos credimus eam.

340 Item sequitur plus quod nihil penitus esset novum per creationem, quia cum 35
secundum te exsistere super esse reale essentiae non dicat nisi respectum, quaero quid terminaret creationem. Aut essentia secundum se, et hoc impossibile, quia fuit ab aeterno secundum esse reale non interruptum, aut totum aggregatum ex

312 causavit aliquid] creavit QR 317 si] igitur *add.* BMNS 320 fuisset] similiter *add.* BMN || novum acquiritur] esse novum acquiritur ELPW; est novum acquiritur (*del.*) Q; est novum acquisitum R 322 omnes] *om.* BMNQS 323 quod] quia BSW 324 quia] quod BMN || tamen] tunc LW || commune] *om.* LPW 326 et … nihilo] et de non nihilo L; *om.* QR 327 productio] *om.* QR || aliquo] sive de non esse *add.* QR 329 aeterno] tunc *add.* BMN; cum *add.* S || creatio] actio BM NS 329–330 productio … creatio] primaria rei productio LW 333 esse exsistentiae] esse essentiae N; essentiae exsistentiae QR; exsistentiae S 336 puta] in *add.* P; ut in LW 339 periret] perit LPQRW || omnino] omnis LPSW 340 sequitur] sequeretur PQ RW 341 exsistere … dicat] esse exsistere non addat (addit L) super esse reale essentiae LW 342 hoc] est *add.* LSW

essentia et respectu et tunc per se terminus creationis est ens per accidens, immo sequitur quod nihil sit terminus de novo, sed quod totum praefuit, quia respectus non potest advenire alicui de novo nisi mediante aliquo absoluto novo in altero extremo (saltem secundum te). In Deo nihil novum secundum te absolutum, ut patet, nec respectivum, quia eadem est relatio creativi et creantis; nec in termino, quia essentia tota praefuit in esse reali, cui nihil absolutum acquiritur, igitur nec respectivum. Ultra, qua ratione eadem est relatio in Deo creativi et creantis, et ideo nihil novum in Deo nisi appellatio sola, eadem est relatio creabilis et creati manente fundamento semper in esse reali, scilicet essentia creaturae; et ita nihil novum a parte creaturae sicut nec a parte Dei.

36 Item essentia rei in esse constituta non est de se necesse esse, sed esse quod habet habet ab alio participatione extrinseca; igitur de se nihil est secundum esse essentiae et exsistentiae formaliter. Esse igitur essentiae quod accepit ab aeterno secundum te a causa extrinseca praecessit naturali ordine non esse simpliciter, quod habet de se. Et sic causatio essentiae ab aeterno est creatio, quia de nihilo simpliciter praecedente naturali ordine; et nulla alia productio est creatio, quia nulla alia est de nihilo. Et ita, ut prius, omnino periret creatio secundum fidem quam nos habemus de ea, et staret simpliciter opinio Avicennae de creatione.

37 Item omnis causa simpliciter perfecta, si causet aliquid naturali necessitate, illud causat statim ita perfecte sicut causare potest. Haec est ratio quare ignis non obstante quod sit naturale agens, prius causat imperfecte quam perfecte, hoc est prius alterat quam substantiam producat, quia est agens imperfectum et quia etiam est dispositio contraria in subiecto. Sed Deus est causa simpliciter perfecta et secundum te necessitate naturae causat res ab aeterno; igitur causat eas in esse simpliciter perfecto et ita perfecte sicut esse possunt. Et ita sequitur quod perfectius esse dabit producto proximo ab aeterno quam producto remoto ex tempore; et ita res ab aeterno habuit perfectius esse in se quam habuit ex tempore. Et ita sequitur quod nihil erit simpliciter novum secundum aliquod esse perfectum.

38 Item arguitur de secundo articulo sic, quod data conclusione et dictis suis alibi quod nihil posset corrumpi realiter (quod est error manifestus), quia secundum

344 creationis] *om.* EQR 346 potest advenire] habet convenire BMNS 347 in Deo] autem *add.* BMN; sed in Deo S 348 creantis] creabilitatis MN; creabilis B 350 respectivum] tunc *add.* R; et *add.* ELW ‖ eadem] *om.* LW ‖ creantis] creabilitatis MN 350–351 et[2] … sola] *om.* S 351 appellatio] copulatio ELP 352 semper] *ante* fundamento S; *post* reali QR; *om.* B 354–355 sed … habet[1]] sed esse quod L; sed esse MNS; sed W; *om.* B 356 accepit] accipit BMNS 358 causatio … quia] creatio ab aeterno est (non L) creatio LPW ‖ causatio] productio S; creatio E; esse BMN 362 omnis] *om.* LPW ‖ causet] esset BMN 364 quam perfecte] *om.* BMNS 365–366 et … etiam] et etiam quia S; quia etiam BMN; et quia W 370–371 res … ita] *om.* (*hom.*) E 370 habuit[1]] habuerunt BMNS ‖ habuit[2]] habet LW; habuerunt BMNS 371 erit] est BLW; esset E 373 item … sic] de secundo articulo arguo sic LW; secundo probatur S 374 posset] possit MP; potest S

istam opinionem esse exsistentiae non addit super esse essentiae nisi relationem ad causam efficientem, ita quod essentia est immediatum fundamentum istius relationis. Tunc sic: relatio non corrumpitur seu tollitur nisi corrupto aliquo absoluto in altero extremo vel utroque, quia sicut secundum istos relatio non potest esse per se terminus generationis vel mutationis positive, ita nec potest per se corrumpi mutatione corruptiva; sed fundamentum proximum relationis quod dicit esse exsistentiae super essentiam semper manet, scilicet ipsa essentia in esse reali essentiae, et aliud extremum, scilicet Deus, semper immutabiliter manet; quare sequitur quod impossibile est rem exsistentem in esse exsistentiae suum exsistere amittere. Et ita nihil posset corrumpi et multo minus annihilari.

Item arguo deducendo ad impossibile aliter. Tu ponis essentiam causari a Deo 39
necessitate naturae, quia essentia rei est per se terminus correlationis ideae ad essentiam. Sed essentia sic terminans respectum ideae non est de se formaliter necesse esse, quia tunc essent plura necesse esse formaliter ab aeterno et plures dei. Posito igitur quocumque casu circa istam essentiam terminantem respectum ideae, scilicet quod non sit in tali esse vel aliquid tale non est tantum impossibile sicut ponere aliquid non esse quod est formaliter in Deo, quia illud quod est in Deo formaliter Deus est. Ponatur igitur per possibile vel impossibile essentiam lapidis non habere esse essentiae, cum non sit de se formaliter necesse esse; tunc sequitur quod relatio Dei sub ratione ideae non esset; et cum ipsa relatio, quae formaliter est in Deo, sit Deus, sequitur Deum non esse ad positionem non esse essentiae creaturae. Vel si sequitur nihil in Deo formaliter non esse ad non esse essentiae creaturae, sequitur quod Deus terminat respectum essentiae creaturae ad ipsum sub ratione simpliciter absoluta, ita quod idea nullum respectum ponit ad essentiam creaturae. Et cum non propter aliud ponant essentiam esse in esse essentiae nisi quia oportet quod terminet respectum ideae, sequitur quod essentia non debet poni in tali esse.

Item contra eandem responsionem supra, quia illud quod constituitur de re ab 40
aeterno secundum rationem causae formalis exemplaris et quod constituitur de re ex tempore secundum rationem causae agentis aut est unum et idem et secundum idem – et sic res totaliter fuisset ab aeterno secundum omnem modum quo est ex tempore, et idem non interruptum bis causatum – aut est unum et idem secundum rem, diversimode tamen se habens, et si sic, aut secundum diversas dispositiones

377 tunc] arguo *add.* LW ‖ sic] *om.* BL 382 semper] *om.* LW 384 exsistere] esse ELPW (*sed corr.* W) ‖ posset] potest LMW 385 arguo … aliter] *om.* L ‖ aliter] sic *add.* EW 386 necessitate naturae] *inv.* BEPQR ‖ rei] *om.* LQR 390 aliquid] aliquod BMNS 392 ponatur] ponitur EPQR ‖ possibile[1] … impossibile] impossibile vel possibile LPW; impossibile et (*sup. lin.*) possibile M 393 de se] *om.* LPQRW ‖ tunc] *om.* ELW 397 essentiae[1]] exsistentiae LW (*sed corr.* W); *om.* E 398 ponit] ponat LPW 399 cum] tamen BMNS ‖ ponant] *post corr.* Q; ponunt BM NSW; ponat E 402 contra … quia] *om.* LS

402 Cf. supra, n. 30

absolutas aut secundum diversas relationes vel respectus. Si primo modo, tunc illud non diceretur variari sicut terminus variationis secundum essentiam, sed secundum sua accidentia; et ita creatio esset alteratio. Similiter si secundo modo, non diceretur res variari secundum realitatem essentialem, sed respectivam solum, quae minima est; et sic res per creationem non variaretur substantialiter nec secundum quid absolutum, sed solum secundum respectum.

⌈CONTRA MODUM DICENDI ALIORUM⌉

41 Item ulterius (et est sextum argumentum et post ea secundum ordinem), contra hoc etiam quod aliqui dicunt, quod essentiae rerum, quamvis habuerint esse reale ratum extra Deum ab aeterno, illud tamen esse fuit esse obiectivum tantum, non subiectivum, quia circa tale obiectum secundarium divini intellectus est considerare rationem formalem ipsius et participans ipsam rationem formalem. Ratio autem formalis est ipsa veritas participata inquantum veritas est; participans autem hanc rationem formalem, etsi per comparationem ad intellectum divinum consideretur ut obiectum intelligibile, per comparationem tamen ad rationem formalem eiusdem obiecti consideratur ut subiectum. Et per consequens, si secundum hoc ponatur aliquid esse reale extra Deum vel intellectum divinum, non erit tantum obiective, sed subiective.

42 Item illi explicantes opinionem dicunt quod humanitas secundum quod humanitas absolute non importat aliquam essentiam ratam, sed ex quadam extrinseca denominatione dicitur essentia sive habere esse essentiae, scilicet ex participatione et relatione causae exemplaris et relatione ad causam illam. Relatio autem talis essentiae ad causam exemplarem in Deo, etsi secundum rationem formalem sui sit ad aliud, tamen fundatur in aliquo fundamento absoluto necessario. Illud autem in quo fundatur, etsi respectu intellectus divini habeat esse obiectivum, tamen respectu relationis quam fundat habet necessario esse subiectivum. Et ita, si habet esse obiectivum reale ab aeterno, sequitur quod habet esse subiectivum reale ab aeterno.

409–411 sicut … variari] *om.* (*hom.*) ELW 409 variationis] mutationis QR 410 accidentia] scilicet ut subiectum *add.* PRS; solum *add. in ras.* Q 413 solum … respectum] secundum respectum tantum LW 414 ulterius … ordinem] et est argumentum sextum in ordine et est S; *om.* LW 415 hoc etiam] hoc PW; *om.* L ‖ habuerint] habuerunt BLMN (*sed corr.* N) 416 esse²] *om.* LPW 417 subiectivum] tamen *add.* BMNS 418 participans] participantis BMNS 419 ratio autem] ideo ratio (ipsa *add.* QR) BMNPQRS 420 comparationem] considerationem EMNQR 422 subiectum] obiectum LMRSW; verum BN 423 ponatur] ponitur EPQR ‖ aliquid] aliquod ELW 425–426 secundum … humanitas] inquantum humanitas LW; *om.* (*hom.*) BM 427 sive] *del.* P; *om.* BMN 429 rationem formalem] *inv.* EPQRW 430–431 in … fundatur] *om.* (*hom.*) M 430 fundamento] *om.* QR 433 esse²] *om.* EPQR (*sed add. sup. lin.* Q) 434 ab aeterno] *ante* subiectivum (*l. 433*) PQR; *ante* habet² (*l. 433*) S; *om.* E

Similiter quod alii dicunt distinguendo de quadruplici esse, quod humanitas 43
ex hoc quod humanitas non dicit nisi quid nominis tantum, quia, cum in nomine sit considerare vocem et significationem – et in significatione consideratur conceptus mentis, qui primo loco significatur secundum Boethium *Super Perihermeneias*, et ipsa res, quae secundo loco significatur secundum eundem ibidem – quid nominis non potest intelligi aliquid vocis, ut litterae vel syllabae vel eorum ordinatio, nec res ipsa, quia res ipsa quae humanitas est, est illud quod indicat definitio hominis ut homo res est (et per consequens sic pertinet ad quid rei); est igitur quid nominis conceptus mentis; quod videntur verba eorum sonare. Sed humanitati, ex hoc quod humanitas est, tantum accidit quod sit in intellectu et per consequens quod sit conceptus mentis secundum Avicennam 5. *Metaphysicae* cap. 1 et 2. Relinquitur igitur quod humanitas ex hoc quod humanitas magis dicit quid rei vel esse rei, quod indicat definitio, quam quamcumque aliam intentionem.

Item quod dicunt, esse essentiae inquantum huiusmodi includere relationem 44
ad causam exemplarem (et per hoc tantum differt ab esse exsistentiae in effectu), falsissimum est, quia ipsi esse quod indicat definitio rei, quod est esse essentiae, secundum se extranea est omnis intentio relationis sive respectus secundum Avicennam, ubi supra, quia intentio cuiuscumque relationis intellecta cum absoluta ratione substantiae est intentio addita necessario, quod patet per beatum Augustinum 5. *De Trinitate* cap. 5: "in rebus creatis atque mutabilibus quod non secundum substantiam dicitur" (id est absoluta praedicatione, sicut ipsemet intelligit ibi dici secundum substantiam, ut patet) "restat ut secundum accidens dicatur". Et ponit exemplum in praedicamento relationis. Relatio igitur, quam importat essentia ad causam exemplarem, extra rationem substantiae et essentiae est tamquam intentio addita et accidentalis.

435 similiter] *om.* LPW 436 ex … tantum] secundum quod humanitas ex hoc quod humanitas non dicit nisi quid nominis tantum P; secundum quod (inquantum *pro* secundum quod L) humanitas non dicit nisi quid nominis tantum ex hoc quod (est *add.* L) humanitas LW ‖ ex … humanitas] *om.* (*hom.*) B ‖ cum] est MN 437 sit] sic MN ‖ in significatione] *om.* BM 438–439 Boethium … secundum] *om.* (*hom.*) EM (*sed add. in marg.* E) 439 secundo loco] secundo LPW, *in marg.* Q; *om.* R 440 ut] vel QR ‖ vel[1]] et BN SW 441 quia … est[1]] *in marg.* E ‖ quia … ipsa[2]] *om.* (*hom.*) QR ‖ est illud] est ELPQR; *om.* W 442 hominis] nominis ELQRW (*sed corr.* W) 443 mentis] nominis QR 446 1 … 2] 1 et 5 LP; 2 W 451 falsissimum] falsum LRW ‖ ipsi] *om.* ELPQRW (ab *add. sup. lin.* P) ‖ esse[2]] *om.* EPQW 452–453 relationis … intentio] *om.* (*hom.*) E 452 sive] sicut QR 454 est] sit ELPQSW; fit M 455 5[1]] 15 LPW 456–457 absoluta … ibi] *om.* QR (*sed add. in marg.* Q) 456 ipsemet] ipse LSW 456–457 intelligit] intendit ELPW 457 dici] *om.* LPW 458 praedicamento] genere LW

438–439 Cf. Boeth., *In De Int., editio secunda,* 1, c. 1 (ed. Meiser 1880, 24; PL 64, 404) 445–446 Cf. Avic., *Prima phil.* 5, cc. 1–2 (ed. Van Riet, 227–45) 453 Cf. ibid. 455–458 Aug., *De Trin.* 5, c. 4, n. 6 (CCL 50, 210; PL 42, 914)

45 Similiter lib. 7 cap. 3 dicit Augustinus quod omnis essentia (quae est substantia, ut ipsemet se exponit ibidem, cap. 3 in principio) est aliquid excepto relativo. Homo igitur et humanitas et omnis essentia quae substantia est habet absolutam essentiam, extra cuius rationem est relatio omnis.

46 Multa alia possent contra eos adduci, sed sufficiant ista. Nunc verumtamen unam expressam auctoritatem Augustini adduco quae est confirmatio omnium rationum praecedentium; qui dicit *Super Genesim* lib. 5 cap. 7 loquens de rebus factis a Deo: "proinde, antequam fierent, et erant et non erant: erant in Dei scientia, non erant in sua natura". Sed si habuissent reale esse essentiae ab aeterno, fuissent secundum aliquod esse in sua natura propria.

47 Similiter quod alii dicunt, quod eadem causalitate qua causantur ideae causantur essentiae, ut correlativa terminantia respectus idearum, est simpliciter contra Augustinum, qui dicit expresse quod ideae ipsae etiam formatae non sunt *De octoginta tribus quaestionibus* q. 46: "sunt namque ideae principales formae vel rationes rerum stabiles, quae ipsae formatae non sunt".

48 Igitur nihil est totum quod fingunt alii de causalitate essentiarum, quia cum sint quaedam accidentia quae consequuntur principia naturae sicut propriae passiones, sequitur quod secundum essentiam sint realiter relata ad causam exemplarem; ita diceretur realiter calere, cum calor sit passio consequens principia essentialia ignis.

⌈OPINIO PROPRIA⌉

49 Ad quaestionem igitur respondeo quod res sive essentia alia ab essentia Dei nullum esse reale proprium sui generis habuit ab aeterno secundum aliquam differentiam entis vel esse extra causam suam.

461 similiter] autem *add.* MN ‖ 7] De Trinitate *add.* ELW ‖ 3] 5 ELPW (*sed corr. in* 25 E); 25 QR ‖ Augustinus] *om.* LPSW 462 se exponit] exponit ELPW; dicit M ‖ ibidem … principio] ibi cap. 3 LW; *om.* S ‖ excepto relativo] excepta relatione LW 463–464 homo … omnis] *om.* S 463 homo … habet] habet igitur (*om.* L) humanitas et omnis essentia quae substantia est LW 465–467 multa … dicit] praeterea Augustinus S 466 unam expressam] expressam PW; *om.* L 466–467 est … praecedentium] confirmat omnes rationes praecedentes LW 467 Super … 5] 5 Super Genesim LSW ‖ cap. 7] cap. BMN; *om.* L 468 proinde] *om.* ELSW 469 sua] sui LPW 473–474 De … 46] *ante* qui (*l. 473*) LPW 474–475 sunt … sunt] sunt namque ideae quaedam principales rationes stabiles quae formatae non sunt *in marg. sup.* W 474 principales … vel] quaedam principales et BMN; principales quaedam S 475 ipsae] *scripsi sec. Aug.* (*vide app. font.*); ratione BEMNPQRS; rationes L 476–480 quia … ignis] *om.* S 476 sint] sunt ELPW 478 quod] ignis *add. sup. lin.* P ‖ sint] sunt L; fit *vel* fuit N; fit M; sit B; fuit P ‖ relata] relatus BMNP; relatae (*corr. ex* relatus) Q; relat- EW; *om.* L 479 diceretur] ignis *add. sup. lin.* Q ‖ calere] calefacere L; tale BMNQR (*sed corr.* Q) 482 habuit] habuerit BMN

461–462 Aug., *De Trin.* 7, c. 1, n. 2 (CCL 50, 247; PL 42, 935) 467–469 Aug., *De Gen. ad litt.* 5, c. 18 (CSEL 28.1, 161; PL 34, 334) 473–475 Aug., *De 83 quaest.*, q. 46, c. 2 (CCL 44A, 71; PL 40, 30)

Circa quod advertendum est quod secundum Philosophum 6. *Metaphysicae* 50
485 res duplex habet esse, unum quod est esse cognitum, quod dicitur diminuta rei entitas et dicitur esse in anima, aliud quod est esse verum et reale et dicitur esse extra animam, ut patet ibidem. Nec debet distingui de diversitate rei in esse cognito secundum diversitatem intellectus, scilicet quod ipsum esse cognitum, maxime rei naturalis in intellectu creato, est diminuta entitas, quia intellectus
490 creatus non constituit realitatem aliquam rei intellectae, sed esse cognitum rei in intellectu divino non sic est diminuta entitas, quia cognita per intellectum divinum sunt aliquid ad se per essentiam, quia, ut infra videbitur, hoc nullam ponit differentiam rerum secundum se in natura propria, sed solum in ordine ad causas suae entitatis. Ulterius esse reale subdividitur secundum esse in potentia, quod
495 est esse in suis causis, et secundum esse in actu, quod est esse in propria natura secundum completam formam. Ipsum autem esse cognitum non determinatur ad esse reale in potentia nec ad esse reale in actu, quia quocumque modo se habet res, circa ipsam negotiatur intellectus; sive enim rosa tantum sit in suis causis (et sic non est nisi in potentia) sive sit in propria forma (et sic in actu), ipsa bene
500 habet esse cognitum apud intellectum.

Quando igitur quaeritur an res, antequam crearetur a Deo in esse actuali, habu- 51
erit aliquod esse reale, dicendum quod non, nisi in potentia in sua causa effectiva et exemplari; in qua causa suum esse reale virtualiter continebatur ab aeterno. Sicut enim homo generandus ultra esse cognitum non habet esse reale nisi in
505 suis causis, id est in materia et virtute generantis, ita etiam natura creanda ultra eius esse cognitum non habet aliquod esse reale nisi in sola virtute agentis. Et quia divina cognitio, secundum quam formaliter dicitur habere esse cognitum, et divina perfectio, secundum quam dicitur habere virtualiter esse reale, sunt unum et idem secundum rem, ideo quantum ad hoc bene verum est quod idem est se-
510 cundum rem esse cognitum rei cuiuscumque a Deo et esse eius reale, antequam sit extra in se ipsa, non quod esse cognitum, quod dicitur esse diminutum respectu creaturae in esse reali, fiat extra, sicut fuit probatum de ideis, sed illud quod vir-

Deest E inde ab esse² (*l. 506*)

486 esse²] quod est *add.* L; *om.* EPQRW (*sed add. sup. lin.* QR) 489 diminuta] rei *add.* LW 492 ad se] *post corr.* W; aliud ELP 493 in ordine] *om.* LPW 495 esse³] *om.* BEMN PQR 497 habet] habeat EPQRS 498 ipsam] ipsum BLMNP 499–500 bene habet] tamen bene habet BN; tamen habet M; habet tamen S 501 an] utrum LPW ‖ esse] exsistentia ELW; essentia PQR 501–502 habuerit] habuit EQR; habuerunt L 503 in … causa] inquantum causa M; inquantum BN ‖ virtualiter] virtute EPQR ‖ continebatur] in eadem causa *add.* BN 504 enim] *om.* BLR 505–506 suis … in] *om.* (*hom.*) L 505 id est] ut PQR ‖ etiam] et BMN 506–760 esse² … ipsius] *om.* E 508 secundum] per LPW 509 rem] et *add.* BMNR 511 dicitur esse] est esse S; dicitur L; est BMN

484–487 Cf. Arist., *Metaph.* 6, c. 4 (1027b 17 – 1028a 6); Averr., *In Metaph.* 6, comm. 8 (ed. Iuntina, 8:152E–F)

tualiter continetur in causa fit extra, quod est ipsa vera res; hoc dico ne repugnem mihi ipsi de ideis. Quia tamen nihil horum est essentialiter aliquid ipsius naturae creaturae, licet sit quid realissimum et actualissimum secundum se, ideo illud ut habet rationem solius cognitionis, dicitur respectu rei in se quid diminutum; ut autem habet in se rationem principii causalis extrinseci, bene dicitur quid reale et perfectum. Et propter hoc dicitur res habere esse reale ab aeterno potentialiter tantum, quia sua vera causa virtualiter ipsam continens est in se ipsa in rerum natura et in ipsa habet res esse ut in sua causa.

52 Sed differentia est de esse cognito rerum naturalium in intellectu creato et divino, quia esse cognitum rerum naturalium in intellectu creato est esse diminutum talium rerum, quia nec est esse reale verum in se nec etiam rerum in ordine ad suam causam, quia non continet res naturales secundum esse reale virtualiter; secus autem est de esse cognito rerum artificialium. In intellectu autem divino esse cognitum rerum naturalium, etsi sit esse diminutum illarum, inquantum non est aliquid reale intrinsecum eis, est tamen ut sic esse reale earum ut causa, in qua scilicet virtualiter et potentialiter quantum ad earum realitatem continentur. Sed quia, ut dictum est, esse tale cognitum, quia non est aliquid ad essentiam extrinsecam fiendam pertinens intrinsece, scilicet ut materia vel forma, ideo res sic habens esse reale dicitur habere esse reale diminutum, ut hoc ad ipsam rem secundum se ipsam referatur magis quam res quae per generationem naturalem in esse producitur, quia hoc ponit eam sic habere esse totaliter in potentia quod secundum nihil eius pertinens ad eius essentiam intrinsecam habet esse. Propter quod dicitur fieri ex nihilo; non sic autem creatura, cum producitur ex aliquo sui per generationem.

53 Ulterius igitur distinguitur de esse reali potentiali, quod quoddam est reale potentiale secundum causas intrinsecas, quoddam secundum causas extrinsecas solum. Et sic rosa modo futura ante mundi constitutionem fuit rosa in potentia secundum causam extrinsecam, scilicet secundum virtutem Dei; nunc autem est rosa in potentia secundum causam intrinsecam, scilicet secundum materiam. Ponere igitur praeter esse cognitum et esse reale modo dicto quod, quantum includit de essentia, tantum includit de exsistentia et e converso, aliquod esse tertium, sci-

Deest E

513 fit] fiat QR; sit BMP 514 ipsius] sibi *praem.* B; ipsi MNS 515 creaturae] creatae RW; tempore B 516 habet] habeat BMN ‖ rei] ut *add.* BMN; non *add.* QR (*sup. lin.* R) 517 in se] *om.* LPQR ‖ extrinseci] *om.* SW 518 perfectum] perfecte BLM NPQW 521–522 et … creato] *om.* (*hom.*) P 521 et] in intellectu *add.* QR 526 etsi] licet (*ante* esse cognitum) LW 527 ut[2]] in LW 529 quia[2]] *del.* P; *om.* S 530 vel] ut *add.* BN; vel ut *in marg.* M; nec ut S 533 totaliter] realiter BMNS 534 esse] actu *add.* BMN 537 igitur] etiam MN; *om.* LS 537–538 quod … potentiale] *om.* M 537 est] esse *add.* LW 540 secundum[2]] *om.* QR ‖ Dei] *om.* BMN 541 secundum[2]] *om.* LPQR 542–544 modo … esse] includens tam essentiam quam exsistentiam modo dicto scilicet in potentia et in actu quoddam esse tertium S 542 quod] quodam BM NPQW (*sed corr.* PQ)

licet quoddam esse absolutum distinctum essentialiter et actu ab essentia Dei (et hoc ab aeterno), nihil est. Immo si quaeritur de aliquo an habet aliquo modo esse reale, oportet statim dicere quod, si aliquod esse reale habeat, illud habet in actuali exsistentia vel in potentia dicto modo dupliciter et nullo alio modo. Res igitur sic habentes esse reale non in se, sed in causis suis, secundum quod causae ordinantur ad earum esse, sive sint causae intrinsecae sive extrinsecae, dicuntur res praedicamentales et importare essentias, de quibus potest esse scientia, non quia istae essentiae sint aliquid secundum se ab aeterno in propria natura, antequam exsistant in effectu, sed quia sunt semper vel in se vel in suis causis dicto modo. Unde habetur scientia de rosa, ista non exsistente, non de chimaera, non quia rosa dicit aliquid reale cui conveniat esse essentiae secundum se, sed quia dicit aliquid cui convenit nunc esse essentiae solum in causis suis et aliquando conveniet ei in se ipsa; chimaerae autem nullo modo. Chimaera autem ab aeterno habuit tantum esse diminutum et nullum esse reale, nec in se nec in aliqua sui causa. Et ideo est simpliciter nihil, de quo non est aliqua scientia realis quae sit alicuius entis; ideo nec chimaera est in aliquo praedicamento. Sed rosa nunc futura habens esse potentiale reale in causa intrinseca, scilicet materia, et ab aeterno in causa extrinseca potest dici res realis habens non solum esse cognitum, sed esse reale, sed in potentia tantum; et ratione talis esse realis, quod solum est esse cognitum actu et in potentia ens dicto modo, dicitur esse res praedicamentalis respectu alterius, scilicet chimaerae, quae nihil est; sed esse sic res praedicamentalis est esse res praedicamentalis in potentia, non in actu realiter, et ideo tale esse sufficit ad hoc quod de illa sit scientia realis et actualis.

[AD ARGUMENTA PRINCIPALIA]

His visis ad primum principale, cum dicitur quod omnis essentia, sicut abstrahit a loco et tempore, sic ab esse in effectu et in intellectu, quod non esset, nisi secundum aliquid sui proprium excederet totum tempus, et ita esset in esse essentiae ab aeterno, respondeo quod, quando sic loquitur Avicenna et alii, quod 54

Deest E

544 quoddam esse] quod (*corr. ex* quoddam P) est LP 546 habet] habeat LPW (*sed corr.* P); *om.* M 549 intrinsecae … extrinsecae] extrinsecae sive intrinsecae LMN 552 exsistant] *post corr.* W; exeant LPQR 553 ista] *om.* LPW (*sed add. in marg.* W) || non[2]] autem *add.* LSW 554 dicit] dicat BMNS || aliquid] aliquod BMN; quid QR 555 nunc] *om.* LPQRW (*sed add. sup. lin.* W) 557–558 aliqua … causa] suis causis nec in aliqua sui causa PW; suis causis L 558 ideo est] *inv.* BMN; ideo R 558–559 realis … entis] *om.* L 558 realis] *om.* PW 559 ideo] *praem.* et BLW 562 sed … tantum] sed in potentia BMN; in potentia tamen S 562–563 ratione … esse] ab aeterno potest dici S || realis … actu] est reale quia solum quod est in actu cognitum BMN 562 esse[3]] *om.* QR 564–565 sed … esse] est tamen S 565 esse] *om.* BMNW || ideo] *om.* BMNS 567 his visis] *om.* LW 570 quando … alii] Avicenna et alii dicunt S || et alii] *om.* LW (*sed add. in marg.* W)

essentia, puta humanitas, abstrahit ab omni tali intentione, scilicet loco et tempore, esse in anima et esse in effectu, ab uno et multo, universali et particulari, et sic de aliis intentionibus, non intendit per hoc dictum esse quoddam genus entis separatum praeter exsistentiam rei in supposito actuali et praeter esse potentiale quod debetur rei in causa sua intrinseca vel extrinseca; sed hoc dicitur pro tanto quod essentia, ubicumque fuerit, sive in effectu sive in sola causa sua contentiva intrinseca vel extrinseca, nullam illarum intentionum includit, ipsa tamen considerata omnino praeter esse in effectu et praeter esse quod habet in sua causa est omnino nihil secundum se.

55 Ad formam tunc argumenti, cum dicitur quod abstrahit etc., dico quod haec abstractio et indifferentia ad esse et non esse, unum et multa, in tempore vel non in tempore etc., non est indifferentia essentiae positive, ita quod ipsa in aliquo esse reali proprio positive maneat praeter esse in effectu vel esse in tempore et loco; sed est indifferentia quaedam negative, scilicet quod nullum eorum includit, nec esse in effectu nec non esse. Quamvis nullum illorum includat, tamen est semper cum altero horum. Potest autem esse in intellectu sicut cognitum in cognoscente, quamvis nullam entitatem habeat actu, sed solum in virtute causae extrinsecae ponentis ipsum positive in effectu. Non enim est aliquid indifferens positive ad esse et non esse et sic de aliis, sed quod ex se non determinetur ad esse vel non esse. Modo nulla consequentia est 'abstrahit negative ab esse in tempore et esse in effectu, igitur est positive in esse essentiae reali ante omne tempus duratione et ab aeterno'. Non enim ex negatione sequitur aliqua positiva affirmatio secundum aliquam consequentiam.

56 Ad secundum, cum dicitur quod in eodem potentia praecedit actum tamquam formabile formatum, potest dici quod, sicut res naturaliter generabilis prius duratione est in potentia propria secundum causam intrinsecam materialem quam sit actu genitum vel productum, sic etiam res, antequam esset in effectu a Deo et

Deest E

572 ab … particulari] universaliter et particulariter et uno et multo L ‖ ab … multo] *om.* W ‖ universali] in *praem.* MN 572–573 et[4] … intentionibus] etc. LW 573 entis] entitatis QR; entium B 576 sua contentiva] sua contenta PW; contenta M; *om.* LS 578 in[1] … causa] altero praedictorum modorum S ‖ causa] intentione BLMNPW (*sed corr. sup. lin.* P) 579 secundum se] *om.* LPW 581–582 in[1] … tempore] *om.* S ‖ vel … tempore] *om.* (*hom.*) W 583 positive] positivo (*ante* proprio) BMN; *om.* R ‖ et loco] vel loco BPW; *om.* L 584–585 scilicet … quamvis] quia scilicet S 584 eorum] istorum PW; illorum LR 585 quamvis] et *praem.* LPW ‖ semper] *ante* tamen LPSW; *om.* M 586 horum] illorum PSW; istorum L; eorum R 587 entitatem] realem *add.* LPW 588 ponentis … positive[1]] potentis ipsum (ipsam S) ponere QRS 588–590 non … esse[1]] *om.* S 589 quod] *in marg.* M; quia PQ ‖ determinetur] determinatur PQR 589–590 vel … esse[1]] *om.* LP 589 non[3]] omnino *add.* MW 590 nulla … est] non sequitur S; naturae (*?*) quam MW 592 aeterno] non sequitur *add.* BMN ‖ aliqua] vera BMN; *om.* S 594 tamquam] et BMNS 595 formabile] formale BLQW (*sed corr.* Q) ‖ quod] *om.* BMN 597 esset] causetur QR; poneretur S

recipiat esse in effectu, fuit prius duratione in potentia, non in potentia aliqua propria intrinseca secundum aliquid sui, sed in potentia efficientis modo dicto. Sed tunc a pari fuit in potentia ibi secundum essentiam et exsistentiam et e converso. Sed ex hoc non sequitur quod essentia fuerit secundum se in esse reali distincto ab esse Dei, priusquam fuerit creata in effectu, sicut nec prius exsistebat quam creabatur.

Si autem velis quod essentia secundum rationem essentiae, tamquam potentiale respectu actus exsistendi, praecedit esse exsistentiae et sit supra tempus, dico quod istud praecedere dicitur solum prioritas sive praecessio naturali ordine, sicut vox praecedit verbum natura tantum, non aliqua duratione. Et sic est quodam modo essentia supra tempus, quia quantum est ex ratione sua non continetur infra terminos temporis. Et si praecedere sic tempus sit aeternum, hoc est secundum quid tantum, non autem secundum durationem aliquam positivam; et ideo nihil ad propositum quod intendit. 57

Ad tertium, cuius vis stat in hoc quod Deus ab aeterno habuit realem scientiam de essentiis rerum, igitur essentiae habuerunt reale esse proprium ab aeterno, patet quod idem concluderet de exsistentiis, sicut fuit supra argutum. Ideo dico quod accidit scientiae reali, inquantum realis est, vel generaliter operationi intellectus inquantum huiusmodi quod ipsa res scita seu obiectum intellectus sit res in effectu extra intellectum vel aliquid actu et realiter distinctum a sciente. Sed sufficit quod sit res in potentia alicuius causae intrinsecae vel extrinsecae, et maxime quod sit ens reale in potentia causae primae, quae perfecte praehibet et continet omnes causas posteriores propinquas et remotas. Scire enim arbitramur, cum causas cognoscimus et rem in causa; quod maxime verum est de causa prima, quae omnem aliam causam excellenter continet, ut iam dixi. 58

⌈AD ARGUMENTA PRO OPINIONE⌉

Ad primum pro opinione, cuius vis stat in hoc quod Deus ab aeterno fuit actu exemplar, igitur habuit creaturam actu exemplatam participantem exemplar 59

Deest E

598–599 non … secundum] nondum pura secundum causam intrinsecam quae est S 598 aliqua] autem BMN; *om.* R 602 exsistebat] exsistentia BMNS 604–605 tamquam … exsistentiae] *om.* (*hom.*) B 604 tamquam] quid *add.* MNS 605 praecedit] praecedat LPW (*sed corr.* W) ‖ exsistentiae] *post corr.* W; exsistere LPQR 607 verbum … tantum] tantum natura verbum QR; natura (*?*) tamen (*?*) *post corr.* P; cantum BMNS 608 essentia] esse BMNS ‖ sua] sui LPW 609 sic] sit BMN ‖ sit] sic BMN ‖ est] *post* quid (*l. 610*) BMN 612 tertium] Augustini *add.* BMNS ‖ habuit] *ante* ab LPW 613 proprium] *om.* LPW 614 fuit supra] superius est LW 619 ens] *om.* LW ‖ in] causa prima vel in *add.* LPW 622 excellenter continet] *inv.* BMNS 623 pro opinione] prima *add.* MN; Hervaei *add.* L; Henrici *add.* W; opinionis QS (*add. in marg.* ad primum opinionis Henrici Q); principale BP ‖ Deus] *om.* BMN

614 Cf. supra, n. 25

suum, quia secundum Philosophum causa in actu et causatum in actu sunt simul, respondeo quod haec ratio ita concludit de exsistentiis sicut de essentiis, quia a pari fuit in Deo ab aeterno exemplar exsistentiae rei sicut essentiae.

60 Et quando dicit quod causa in actu et causatum in actu sunt simul, arguit exsistentias rerum ab aeterno, quia Philosophus, quando dicit quod causa in actu et effectus in actu sunt simul, intelligit de causa effectiva per se et propinqua. Si igitur ex actualitate causae concludis actualitatem causati, concludis Deum fuisse causam efficientem in actu; et ita creatura fuisset vere effecta ab aeterno et ita extitisset ab aeterno, cum exsistentia secundum opinionem hanc correspondeat efficientiae; quod est erroneum. Unde sicut Deus non fuit actu efficiens creaturam ab aeterno, ita non fuit actu exemplans vel causa exemplaris actu, quia omnis causa est causa in actu per causam efficientem, quia quod materia actu materiet et sit actu pars compositi, habet per efficientem ipsam actu copulantem cum forma. Similiter quod forma, quae est actu pars compositi, actu informet, habet ab efficiente ipsam educente de potentia materiae vel eam ab extrinseco imprimente, si sit creatio. Similiter quod causa exemplaris, quae non est quinta causa, sed incidens in unam causam cum causa efficiente, sit causa actu, habet ab efficiente per intellectum, cuius est aspicere ad aliquid sicut ad exemplar, iuxta quod faciat effectum extra. Similiter quod causa finalis sit in actu, habet etiam ab efficiente; unde quod finis compleat et fiat opus operatum, hoc est ex efficiente producente rem ad aliquod debitum complementum.

61 Dico igitur ad formam argumenti. Cum dicitur quod Deus fuit actu exemplar, nego, quia sicut non fuit efficiens in actu ab aeterno, ita non fuit causa exemplaris actu.

62 Et cum dicitur quod exemplar et idea sunt idem et fuit idea ab aeterno, dico quod, quamvis idea et exemplar sint idem subiecto, differunt tamen secundum

Deest E

625 secundum Philosophum] *post* simul PQR; *om.* LW ‖ causa … causatum] causatum in actu et causa QR 626 ita] idem LPW 627 fuit … Deo] fuerunt LPW ‖ exsistentiae … essentiae] exsistentiae rei et essentiae P; essentiae rei et exsistentiae LW 628–630 et² … simul] etc. L 628 in actu²] *om.* QR 633 extitisset] exsisteret LPQRW ‖ ab aeterno] in exsistentia *add.* QR; in exsistentia LPW 634 unde sicut] sicut enim LW; et sicut S; sicut igitur (*inf. lin.*) P; sicut QR 636–637 actu materiet] actu materiet (*corr. ex* manet) W; actu maneret MN; sit (*sup. lin.*) actu materia (*post corr.*) P 638 actu¹] *om.* BMNS 638–639 ab … educente] per efficientem ipsam educentem BMNS 639–640 imprimente] *corr. in* imprimentem W; imprimentem BMNS 641 incidens] coincidens LW ‖ sit … habet] sit causa actualis habet QR; sit causa una habet *in marg.* W; est causa hoc habet L; est enim ipsa causa actu P 642 ad²] *om.* LPW (*sed add. sup. lin.* W) 643 effectum] exemplatum BMN ‖ in] *om.* BMNS 644 unde quod] quia quod (*sup. lin.* P) PS; quod QR; quod enim W; quod autem L ‖ ex] ab LPW; de B 645 aliquod] *om.* BM NS ‖ debitum] *post corr.* Q; determinatum LPR 646–647 exemplar … actu] nego quia sicut non fuit actu efficiens *in marg.* W 647 nego] negando LPQR 649 exemplar … idea¹] idea et exemplar LPSW ‖ et³] idea *add.* LPQR

rationem, ut ideo non omne quod convenit uni conveniat alteri, tamquam incidente fallacia accidentis. Ratio enim causae exemplaris in actu principaliter attenditur ad illud cuius dicitur esse, ut aliud a se; causa enim est, ad cuius esse sequitur aliud. Quamvis enim exemplar importet ordinem ad intellectum, ut iuxta quod non agit nisi agens per intellectum, accidit tamen ipsi exemplari ut actu sit in intellectu inquantum exemplar; potest enim indifferenter esse extra intellectum et intra. Idea autem, eo quod est ratio cognoscendi proprie, necessario est in intellectu, quamvis formaliter ab intellectu non formetur vel causetur. Et ideo, licet idea semper sit in actu, non tamen exemplar semper est in actu vel causa in actu.

Sed diceres quod, si idea est in actu, igitur ideale, cum idea repraesentet non 63
se, sed illud cuius est; et ita sequitur idem quod prius de essentia ipsa quantum ad principale intentum. Hic dico quod idea repraesentavit intellectui divino ab aeterno aliud a Deo, sed illud aliud non habuit ab aeterno aliquod esse realiter differens ab esse ideae, sed solum in potentia. Et ita repraesentavit aliud, non aliud quod tunc fuit reale aliud ab idea, sed quod natum fuit esse aliud, non potentia aliqua propria a parte sui, quia circumscripta potentia efficientis fuit omnino impossibile et pure nihil in se. Et nihil realiter et actu aliud a Deo secundum aliquam differentiam entis propriam fuit ab aeterno extra Deum. Et tamen vere intellexit aliud, sed non aliud in aliqua realitate propria. Per ideam igitur obiciendo se intellectui divino intellexit Deus ab aeterno illud cuius erat idea ut aliud, non in actu et realitate propria secundum aliquod genus causae vel esse, sed quod potuit esse aliud potentia creatoris.

Ad secundum, cum arguitur quod Deus ab aeterno intelligit essentias creabiles, 64
quae non fuerunt ab aeterno ipsa divina essentia, quia tunc non intellexisset aliud a se, sed non intellexit alia a se ut sunt in se, quia sic sunt idem quod ipse, igitur intellexit aliud extra se, patet ex iam dictis quod intellexit aliud et essentias et exsistentias alias. Sed quod fuerunt aliud, potest intelligi dupliciter, vel actu vel

Deest E

653 sequitur] consequitur LPW 654 aliud] ut aliud *add.* BMNS 656 enim] *om.* LPW 658 formaliter] forte NS (*post corr.* S); for^te^ M; autem B ‖ vel causetur] vel creetur MSW; nec crearetur B; *om.* LN 661 sed … quod] contra LW; sed B ‖ in] *om.* QR ‖ igitur] et *add.* LSW ‖ ideale] *vel* ideabile BLMNP; ideabile QS 662 essentia ipsa] exemplari causa BMNS 663 hic] hoc BMN 666 fuit[1]] quid *add.* QR; aliquid *add.* S ‖ aliud[2]] *rescr. in marg.* R; *om.* LPW ‖ aliqua] *om.* LPW 668 et[3]] nec LPW; aut QR; in B 669 et] sed LPW 670 realitate propria] nec propria potentia per naturam (*post corr.* Q) *add.* QR; propria potentia per naturam LPW ‖ igitur] *ante* per LPW 671 intellexit] intelligit BMNS 672 et … esse] *om.* L ‖ propria] actuali *add.* BMNS 673 aliud potentia] per potentiam QR 674–681 ad … distincto] ad secundum patet ex dictis dico enim quod intellexit aliud et essentias et exsistentias aliud quidem a se non in actu distincto sed aliud a se in potentia extrinseca creatoris S 674 intelligit] intellexit PQRW 675 aliud] alia MNW 676 intellexit] intelligit MQR 677 intellexit[2]] intelligit BQR ‖ et[1]] ut LW 678 quod fuerunt] quod fuit PW; quia L ‖ vel[1]] scilicet LW

potentia; et potentia dupliciter, intrinseca vel extrinseca. Et tunc dico quod intellexit aliud a se; aliud, dico, in potentia extrinseca creatoris et aliud extra se in tali potentia, non aliud extra se in actu distincto.

65 Ad confirmationem patet quod aeque concludit de exsistentiis sicut de essentiis, sicut et praecedens. Tamen cum dicitur quod non aliter novit facta quam fienda etc., dico quod, etsi hoc verum sit a parte Dei scientis, qui rei praesentiam et actualem differentiam illius ad se ipsum ab aeterno intuebatur et nunc intuetur, cum praesens est, et uniformiter quantum est ex parte sui, non tamen est verum a parte rei scitae quod uniformiter semper se habuerit. Propter cuius variationem rei in se dicitur scire Dei aliquo modo variari, non in se, sed in modo sciendi ratione connotati quod variatur. Propter quod dicitur Deus non scivisse aliquando quod modo dicitur scire, puta Christum esse natum. Unde licet modo sciat actualem differentiam quidditatis rei iam exsistentis ad se ipsum sive quod nunc simpliciter et actu differt ab ipso, non tamen sequitur ipsum ab aeterno hoc scivisse, scilicet quod ab aeterno esset talis differentia realis et actualis in actu rei in esse proprio ab ipso; et hoc propter variationem rerum, non propter variationem sui. Quando igitur dicitur "non aliter novit facta quam fienda", dico quod, si li 'aliter' sit determinatio actus a parte cognoscentis, verum est; si a parte rei cognitae, scilicet quod non novit rem aliter se habere nunc et ab aeterno, falsum est.

66 Et quando ultra dicitur "nunc novit eas ut actu ab eo distinctas, igitur ab aeterno", simili modo dicitur quod modus importatus per li 'ut' potest referri ad actum cognoscendi secundum ipsum cognoscentem vel ad res cognitas. Primo modo est sensus verus, secundo modo falsus. Secundum sensum verum patet quod non sequitur quod intenditur concludi.

67 Ad tertium argumentum, cum dicitur quod nihil vel non ens dictum de essentiis creabilibus est minus non ens quam dictum de implicantibus contradictionem, et si est minus non ens, est aliquo modo ens, respondeo quod virtus huius argumenti, si quam habet, ita se extendit ad exsistentias rerum sicut ad essentias. Nam si debet habere virtutem ex comparatione non entis ad implicantia contradictionem

Deest E

679 dupliciter] scilicet *add.* LW; vel *add.* P 679–680 intellexit] intelligit QR 682 aeque] bene *add.* PW 683 sicut … praecedens] *om.* LQR ‖ tamen] et *praem.* B; et QR 684 etc.] *om.* LPSW ‖ etsi] si MPQRW; licet B 685 aeterno] novit et *add.* N; novit *add.* B 687 habuerit] habuit LPQR 688 rei] *ante* variationem LP; scilicet *praem.* S; *om.* BMN 689 sciendi] significandi BMNQRSW ‖ connotati] ad extra *add.* P; ad extra ad *add.* W 690 licet] hoc MN 691 ad se] esse ad BMNPQRW 693 realis … actualis] actualis et realis QR 696 si[1]] *om.* BW 697 non novit] notat LPW ‖ et] quam LPW; *om.* M 699 ut] in LW 700–703 simili … concludi] similiter iam patet per distinctionem de li aliter S 700 importatus … ut] *om.* BMNS 702 verus] *ante* est BM NS ‖ secundum … verum] unde R ‖ secundum] et per LW 704 argumentum] *om.* LSW 704–706 cum … ens[2]] *om.* S 706 si … ens[1]] per consequens LW ‖ respondeo] dico LRS

ex una parte et non implicantia contradictionem ex alia parte (et non tantum comparetur non ens ex una parte ad non ens obiective sive secundum essentiam, sed ad non ens subiective sive secundum exsistentiam), quia non ens dictum de implicantibus contradictionem est magis non ens subiective sive secundum exsistentiam (quia nec ens secundum exsistentiam in potentia nec in actu; non ens autem dictum de essentiis creabilibus non tollit omnino esse in potentia aliquando subiective), concludetur haec 'minus non ens secundum exsistentiam sive subiective est aliquo modo ens subiective sive secundum exsistentiam', eo quod minus non ens subiective quam implicantia contradictionem.

Praeterea sequitur quod implicantia contradictionem essent aliquo modo ens, 68
quia si bene concludatur ex comparatione minus ad magis de altero comparatorum quod est aliquo modo ens, scilicet de eo quod est minus non ens, pro eo quod minus est differentia entis, concluditur eadem ratione de reliquo, quod est magis non ens, quod est aliquo modo ens, quia magis est differentia entis.

Ideo ad formam argumenti, quod supposito pro vero quod magis et minus pro- 69
prie secundum comparationem non abusivam sint differentiae entis, tunc comparatio non est ad invicem ipsarum negationum contradictionum secundum magis et minus; quaelibet enim negatio contradictionis, quantum est de se, totum et tantum negat quantum alia, id est nihil ponit affirmatum. Non est igitur magis et minus in negationibus secundum se. Sed si aliquo modo est ibi magis et minus, hoc est ex comparatione affirmationum quas negant, ex hoc quod contingit plures affirmationes relinqui, quamvis non poni, sub una negatione quam affirmationes negatae per aliam negationem, sicut patet in proposito. Sub non ente enim dicto de essentiis creabilibus relinquuntur plura supposita affirmata, quamvis non ponantur affirmata vel negata, quam sub non ente ex alia parte dicto de implicantibus contradictionem. Sub non ente enim dicto de essentiis creabilibus relinquuntur entia in intellectu, entia in potentia efficientis et entia in potentia aliquando in effectu; nihil autem relinquitur ex alia parte pro ista comparatione, quae adhuc abusiva est, affirmationum relictarum, et tunc a pari relinquit esse ex-

Deest E

709 et[1]] ad *add.* PQRW (*post corr.* Q) ‖ contradictionem] *om.* LMPQRW (*sed add. in marg.* QW) 710 non[1]] ut QR 710–711 essentiam] essentias BMN 711 sive] *om.* BMN 713–714 nec[2] … potentia] *rep.* QR 715 concludetur] *post corr.* W; concluditur B; conceditur PQR ‖ haec] quod hoc est (*del.* QR) LPQRW 715–716 secundum … subiective[1]] subiective sive secundum exsistentiam QR; subiective S 716 est … ens] et tunc aliquo modo est W ‖ est] tamen *add.* LP 719 concludatur] concluditur BLPW ‖ magis] maius BMNW (*corr. ex* magis M) 722 est[1]] sit BMNS ‖ est[2]] *om.* BMN 723 ideo … argumenti] dico *add.* PW; tunc ad formam argumenti dico L; dico igitur ad formam argumenti S; ad formam igitur argumenti BN; ideo ad formam igitur argumenti M 724 sint] sunt BLR 727 affirmatum] affirmativum MNSW (*post corr.* W) 728–729 in … minus] *om.* (*hom.*) B ‖ magis … minus] magis LPW; *om.* S 729 affirmationum] affirmationis BMN; ad affirmationes S 730 poni] ponitur BMN 733 ponantur] ponatur BLMN 735 entia[2]] *om.* LPW

sistentiae in potentia sicut esse essentiae. Quamvis non positarum dicitur unum magis non ens, quia minus relinquens de ente affirmato (quia nihil), et reliquum minus non ens, quia plura relinquit supposita affirmata, nihil tamen ponit; et ideo in negatione non est magis et minus secundum se, sed secundum accidens, quia una plura affirmata relinquit.

70 Aliter potest responderi, et quasi in idem redit, quod una negatio non est magis negatio quam alia, sed quaelibet totum negat, sed negationes possunt inesse ex diversis causis, quia aliquando negatio inest propter defectum causae dantis esse, sicut 'albedo non est in superficie' vel 'superficies non est alba', quia agens non causat albedinem in superficie nec potest superficies causare albedinem in se. Aliquando negationes insunt aliquibus propter repugnantiam oppositorum positivorum, sicut 'homo non est asinus' propter repugnantiam differentiarum positivarum. Sed haec 'homo non est linea' verificatur ex pluribus causis quam haec 'homo non est asinus', quia homo non est linea, quia est substantia et quia est substantia corporea et quia est substantia corporea animata et quia est substantia animata rationalis. Non sic haec 'homo non est asinus', quia negatio hic non inest ex tot causis; non enim inest, quia homo est substantia etc., sed solum quia est substantia rationalis, ideo non est asinus vel substantia irrationalis. Ex quibuscumque igitur causis inest negatio, non recipit negatio magis et minus secundum se. Unde quando non ens dicitur de homine ab aeterno vel quod homo est nihil ab aeterno, hoc non est propter repugnantiam hominis ad esse, sed propter negationem causae dantis sibi esse; sed chimaera est nihil formaliter et propter repugnantiam ipsius ad esse et propter repugnantiam ad efficientem, quia formalior est repugnantia chimaerae ad esse quam hominis. Et tamen utrumque in aeternitate fuit nihil in se. Nec una negatio fuit magis negatio quam alia, quamvis

Rursus adest E *inde ab* ad[1] (*l. 760*)

738 essentiae] exsistentiae BMN 738–742 quamvis … relinquit] *om.* S 739 relinquens] relinquit scilicet MN 741 secundum accidens] solum accidit hoc BMNW 743 et … redit] *om.* L ‖ quasi] *om.* SW 743–744 una … negatio] tam una negatio BMN 745 quia … inest] ut S ‖ negatio inest] negatio mere MN; *om.* L 746 albedo … vel] *om.* S 746–747 vel … superficie] *om.* (*hom.*) B 746 vel … alba] *om.* LW 747 superficie] ea LSW ‖ nec … se] *om.* LS ‖ se] nisi sit causa agens *add.* PW 748–749 positivorum] positorum BLM 749–750 positivarum] positarum BLM 751–755 homo … irrationalis] homo non est linea quia est substantia quia substantia corporea quia corpus animatum quia animal et quia animal rationale sed homo non est asinus solum quia est animal rationale utraque tamen est impossibilis S 751–753 homo[2] … quia] homo non est linea verificatur quia est substantia et quia est substantia corporea et quia animata et quia sensibilis non autem sic homo non asinus quia L; *om.* (*hom.*) PQRW 754 inest[1]] est QR; est non inest P ‖ homo] *om.* LW ‖ est[2]] *om.* BMNS 755 ideo] causaliter *add.* PQRW 756 inest] insit BMNPS 757–761 unde … hominis] et ideo cum non ens vel nihil dicitur ab aeterno de homine et de chimaera licet dicatur de homine non propter repugnantiam sui ad esse sed propter defectum causae dantis esse et de chimaera propter utrumque S 757 quando] quod BMN 757–758 quod homo] quia QR 761 hominis] in homine EPQR 762 fuit[1]] facti BMN

non ens dictum de chimaera ex pluribus causis insit quam non ens dictum de homine.

Ad quartum, cum dicitur quod actus et potentia sunt relative opposita et actus, 71
ut Deus, fuit ab aeterno, igitur potentia passiva, respondeo quod actus et potentia ut sunt differentiae entis et opposita relative sunt in genere, sicut omnia opposita sunt in genere, quia actus et potentia dividunt omne genus entis; actus autem qui Deus est non est in genere cum aliquo, ideo nulli opponitur.

Vel potest dici quod actui qui Deus est correspondebat potentia passiva ab 72
aeterno in Deo, ubi habuit esse sicut in causa ipsam virtualiter continente et ipsam actu cognoscente; et sic esse sufficit ad fundandum relationem rationis ab aeterno ad Deum sub ratione actus. Tamen secundum Philosophum actus et potentia quae sunt differentiae entis non accipiuntur pro potentia activa et passiva (non enim quodlibet ens est potentia activa vel passiva), sed aliter, quod illud idem quod prius est in potentia, postea est in actu, ita quod unumquodque ens vel est ens in actu vel in potentia, et non est medium; et quod nunc est actu creatum, fuit in potentia efficientis ab aeterno. Et ideo argumentum nihil est ad propositum.

Ad quintum argumentum, quod illi relationi sufficit subicere aliquid in esse 73
cognito et in potentia creatoris, sed relationi reali in actu oportet subicere aliquid reale. Sed talis non fuit ab aeterno nisi in potentia, et in potentia subicitur ei res realis, actu non.

Ad sextum, cum arguitur ex Augustino quod spectamina scientiarum seu ar- 74
tium habent veritatem aeternam, dico quod non nisi in Deo cognoscente, sicut patet per Augustinum 2. *De libero arbitrio* et 8. *De Trinitate* cap. 12. Nec sunt in intellectu nostro, inquantum incommutabiles sunt, subiective, sed obiective tantum, sicut quaedam resplendentiae veritatum aeternarum in Deo. Unde a domino Guillelmo Parisiensi episcopo excommunicatur articulus ponens multas veritates esse aeternas quae non sunt ipse Deus.

765–766 cum … passiva] *om.* S 765 cum dicitur] dicendum BMN 766 ut] *om.* LPW 767 et] *om.* BMNS ‖ in] eodem *add.* LW 768 entis] *om.* LPRW 769 Deus est] *inv.* BMNRS 770 correspondebat] correspondeat BMN ‖ potentia passiva] *inv.* BE MN 771 in Deo] *om.* LPW 772 sic] istud PW; illud LQR 775 aliter] aliquando contingit BMN; *om.* L 776 potentia] et *add.* BMN 776–777 ita … actu[1]] *om.* (*hom.*) E 776 in[3]] *om.* PQR 777 creatum] causatum ELPW 779 argumentum] dico *add. sup. lin.* P; dico LSW 781 subicitur] subicietur PQR; subiciebatur LW 782 actu non] et non actu LSW 783 arguitur … Augustino] dicit *add. sup. lin.* P; Augustinus dicit S; arguitur BM NR ‖ spectamina] spectantia BN; speculativa W; spectabilia L ‖ scientiarum] disciplinarum EQS 783–784 seu artium] *om.* LW 785 2 … 12] 4. De Trinitate cap. 20 et De libero arbitrio (et 8. De Trinitate cap. 12 *add. in marg.*) W; 4 De Trinitate 12 et De libero arbitrio L ‖ 2] 4 EQR ‖ 8] 4 PQR 787 in Deo] a Deo LPW; *om.* BMNS 788 articulus] Arius QR

773–778 Cf. Arist., *Metaph.* 9, cc. 1–6 (1045b 27 – 1048b 36) 785 Cf. Aug., *De lib. arb.* 2, c. 3, n. 7 – c. 17, n. 46 (CCL 29, 239–68; CSEL 74, 42–81; PL 32, 1243–66) 788–789 Cf. *Chart. Univ. Par.*, n. 128 (ed. Denifle-Chatelain, 1:171)

75 Ad septimum, cum arguitur quod haec praedicatio esset semper bona, si esset qui eam formaret, 'albedo est albedo', conceditur. Sed ex hoc non sequitur quod semper albedo sit aliquid in esse reali, quia cum praedicari et subici sint res rationis secundum Avicennam 3. *Metaphysicae* cap. ultimo, ad hoc quod affirmativa enuntiatio sit vera enuntiando idem de se ipso sufficit quod praedicatum conveniat subiecto in esse intellecto, quia, sicut dicit Avicenna 1. *Metaphysicae* cap. 5, enuntiationes, re vera, non sunt nisi per illud quod habet esse in anima, sicut haec praedicatio est bona semper 'nihil est nihil' vel 'chimaera est chimaera', et tamen ex hoc non sequitur quod chimaera est aliquid positivum reale extra intellectum.

76 Ad octavum, quod si res nihil sit extra Deum vel aliud a Deo, tunc Deus diceretur creabilis, respondeo: verum esset, si nihil esset aliud actu nec potentia. Modo quamvis actu non sit aliud, est tamen aliud potentia efficientis extrinseca, sicut forma in potentia materiae non est actu aliud a materia, sed potentia. Et tamen, quando forma producitur actu, non producitur materia. Sic, quando creatur creatura, non creatur Deus.

77 Ad nonum et ultimum, cum dicitur quod diminuta entitas seu ens rationis non fit vera entitas, igitur ab aeterno creatura non habet esse cognitum tantum, sed aliquod esse reale, respondeo quod illud est solum ens rationis quod nec actu nec potentia est vel natum est esse in se vel in virtute alterius nisi secundum esse cognitum tantum; tale autem non fuit creatura ab aeterno, quia quamvis non haberet actu nisi esse cognitum, habuit tamen in potentia creatoris verum esse reale, quia ibi virtualiter continebatur.

78 Et cum dicitur quod domus intellecta et non cognitio eius fit sive creatur extra, similiter et asinus, non eius cognitio, igitur obiectum tale est aliquid realiter secundum se aliud a cognitione, dicitur, sicut supra argutum est, quod si domus fienda et asinus creandus esset realiter et in actu illud quod vere per hoc significatur, iam non esset asinus creandus vel domus fienda. Per hoc igitur quod sunt fienda vel creanda ostenditur quod non sunt aliquid in actu, sed in potentia tantum. Verum est igitur quod cognitio domus fiendae vel asini creandi non fit

790 cum arguitur] dico LPW (*sup. lin.* P) 791 conceditur] *om.* ELPQRW 792 semper] *post* albedo LSW; *om.* ER 796 re vera] verae LPQRW (*sed corr.* W); istae verae E || habet] habent LPW 797 est[1] … semper] semper est bona LW; bona est semper BMN; est semper vera S || vel] et LPW; *om.* R 799 quod] cum arguitur LW; cum dicitur quod S 800 respondeo] quod *add.* W; dico RS, quod *add.* S; *om.* L || esset[1]] est LRSW || aliud] nec *add.* LSW 801 efficientis] effective BMN 805 nonum et] *om.* LSW 805–807 cum … reale] *om.* S 806 fit] sit EMNPQW; fuit B 807–808 actu … potentia] potentia nec actu BMN 808 est vel] natum est vel N; *om.* BM 812–813 sive … extra] *om.* S 812 creatur] causatur ELQ 813 eius] *sup. lin.* W; est EP; est eius L 813–814 realiter] *ante* est (*l. 813*) EPQRS; *post* se (*l. 814*) W (*in marg.*) 814 argutum] dictum BMN 815 esset] est R; essent BMNS || et[2]] *om.* BQR

792–793 Cf. Avic., *Prima phil.* 3, c. 10 (ed. Van Riet, 178–83) 795–796 Ibid. 1, c. 5 (39)

nec creatur, quia illa cognitio iam est in actu, sed ipsa domus vel asinus non
820 habens realitatem in actu, sed solum in potentia, cuius tamen cognitio. Unde aliquid est vere obiectum intellectus, quod in se nihil est, secundum quod aliquid eius repraesentativum cognoscitur, sicut re annihilata remanet eius similitudo per quam cognoscitur. Sic hic.

819 nec] vel EQRS ‖ ipsa] ista BMNS 820 in potentia] creatur et fit *add. sup. lin.* P; (in potentia creatur *in marg.*) et fit (*post corr.*) R ‖ cuius … cognitio] *om.* L ‖ tamen] est *add.* SW (*sup. lin.* W); est illa *add. sup. lin.* Q; est illa *post corr.* R; est (*in marg.*) illa (*corr. sup. lin. ex* tamen) P 821 vere] *om.* LPW 822 sicut] in *add.* LPW

⌈Quaestio 3:
An Deus possit aliquid aliud positivum differens a se in esse producere⌉

1 Supposito ex quaestione immediate praecedente quod nulla entitas alia ab entitate Dei fuerit aliquid ab aeterno extra intellectum Dei, quaeritur an Deus possit aliquid aliud positivum differens a se in esse producere.

2 Quod non:

1. Illud quod secundum se nullam possibilitatem ad esse includit, per nullam potentiam in esse poni potest, quia negatio possibilitatis est positio impossibilitatis (ex 3. *Metaphysicae*); sed creatura, cum in aeternitate fuerit simpliciter nihil, secundum se nullam possibilitatem ad esse includebat; igitur per nullam potentiam in esse potest poni.

3 Sed diceres quod, licet non fuerit possibilis possibilitate intrinseca in se vel in aliquo eius, ut in materia, fuit tamen possibilis possibilitate extrinseca in potentia creatoris.

4 Contra: quod talis possibilitas solum non sufficiat, patet per Avicennam 4. *Metaphysicae* cap. paenultimo: "omne quod incipit esse, antequam sit, necesse est ut sit possibile in se. Si enim fuerit non possibile in se, illud non erit ullo modo. Nec debet dici possibile ad esse, quia agens potest super illud, quia agens non potest super illud, cum ipsum in se non fuerit possibile". Haec ille.

5 2. Item Commentator super 3. *Caeli* comm. 25: "omnes antiqui conveniunt in hoc, quod impossibile est aliquid fieri ex rebus non entibus, nisi esset possibile ut ipsum non esse transmutaretur in esse; quod est impossibile et maxime contra ipsos qui ponebant leges".

6 3. Item super 11. *Metaphysicae* comm. 19 deridet Christianos ponentes mundum fieri ex nihilo. Et ibi dicit quod principium est apud omnes quod ex nihilo nihil fit. Et dicit quod error sic ponentium manifestus est.

1–2 supposito … Dei[2]] supposita quaestionis praecedentis determinatione L; *om.* R 1 supposito] tertio *praem.* BMN ‖ entitas] positiva *add.* PW 2 quaeritur] tertio *add.* S ‖ an] utrum LPW 3 aliud] *om.* LQRW ‖ in … producere] ponere in esse BMN 5 secundum] de QRS 7 simpliciter] *om.* LPW 11–12 in[1] … creatoris] in materia fuit tamen possibilis possibilitate extrinseca scilicet potentia creatoris *in marg.* R 11 extrinseca] scilicet *add.* BMN 13 patet … Avicennam] probatur per (*om.* E) Avicennam ELPW; probatio Avicennae Q; probat Avicenna R 14 sit] fit BMN 16 ad] aliquid BMNQRS ‖ quia[1] … illud] *om.* L 16–17 quia[2] … illud] *om. (hom.)* QR 17 ipsum … se] ipsum inesse BEMN; *om.* L 18 super … Caeli] De caelo et mundo LW 19 aliquid … entibus] ex rebus non entibus fieri aliquid LPW 22 Metaphysicae] *om.* EPQ ‖ ponentes] qui ponebant P; qui ponunt LW 24 et … est] *om.* L ‖ manifestus est] *inv.* EPQRW

6–7 Cf. Arist., *Metaph.* 3, c. 6 (1003a 5) 13–17 Avic., *Prima phil.* 4, c. 2 (ed. Van Riet, 208) 18–21 Averr., *In De caelo* 3, comm. 25 (ed. Iuntina, 5:192K; ed. Carmody-Arnzen, 542) 22–24 Cf. Averr., *In Metaph.* 12, comm. 18 (ed. Iuntina, 8:305F–G)

4. Item super 9. *Metaphysicae* comm. 6 dicit quod, qui ponunt unum agens facere 7
omnia sine medio, non habent cerebrum aptum ad bonum. Sic autem esset, si Deus produceret immediate res post nihil. Quare hoc non est ponendum.

Ad oppositum est fides et Scriptura, *Genesis* 1: "in principio creavit Deus 8
caelum et terram".

⌈SOLUTIO⌉

In ista quaestione, sicut manifeste patet ex auctoritatibus iam inductis, fuit 9
error philosophorum ponentium omne quod fit fieri ex aliquo praecedente; et ideo non posuerunt novitatem mundi. Et quia est error manifestus, ideo circa illum nolo amplius immorari, sed pono aliquas rationes pro possibilitate fidei nostrae; et solvam postea contrarias obiectiones.

De primo sic: omne quod est in aliquo genere imperfectum, oritur ab eo in quo 10
primo et perfecte reperitur natura generis, sicut patet de calore in rebus calidis ab igne. Cum igitur esse cuiuslibet entis post primum esse sit esse participatum et per consequens alicui imperfectioni sit admixtum, oportet quod totum ens participatum, secundum totum illud quod est, a primo ente perfecto oriatur. Hoc autem dicimus creare, scilicet producere rem in esse secundum totum illud quod est, ita quod nihil sit in eo non productum.

Item Deus potest aliquid immediate efficere; igitur potest creare aliquid. Pro- 11
batio consequentiae, quia si immediate efficit aliquid, illud non habet esse ex se, sed ex nihilo. Probo, quia si aliquid praesupponit, illud non est effectus prior, quia ponitur istud immediate effici; nec potest praesupponi ratione causae mediae, quia ponitur immediate causari a Deo. Cum igitur immediate efficitur et de nullo praesupposito, sequitur quod creetur. Quod autem possit Deus aliquid immediate efficere, probatur, quia aliter nihil efficeret mediate, cum omne mediatum praesupponit immediatum, et non est procedere in infinitum; igitur est aliquid immediatum primum et illud necessario creatur.

Item istud etiam sequitur ex positione essentiarum aeternarum, quia non sunt 12
formaliter de se necesse esse, sed esse est eis a causa exemplari et de se habent non esse; igitur causantur a simpliciter non esse de se ad esse essentiae. Et ita

---

33 immorari] *vel* immorare BM; immorare ENQR (*sed corr.* Q) 34 postea] *ante* solvam LW; *post* obiectiones MNS 35 imperfectum] perfectum LPW (*sed corr.* PW) 36 natura] illius *add.* BMNS 37 esse[2]] *om.* LW 38 alicui … admixtum] aliquid imperfectum sit admixtum ei LPW 39 illud] *om.* BMNS ‖ ente] eius *add.* BMN 40 scilicet] id est BL; sive MN ‖ rem] *om.* QR 42 aliquid[2]] *om.* MN 43–44 se … ex] *om.* (*hom.*) QR 45–46 mediae] in esse QR 46 causari] creari BMNS 47 creetur] creatur BLW 50 primum] principium QRS 53 essentiae] exsistentiae ELPQRW

25–26 Averr., *In Metaph.* 9, comm. 7 (ed. Iuntina, 8:231H–I) 28–29 *Gen.* 1,1

est ibi productio de nihilo, quamvis ab aeterno, quia prius est non esse, quod competit eis ex se, quam esse essentiae, quod habent ab alio.

[AD ARGUMENTA IN CONTRARIUM]

13 Ad argumentum in contrarium, sicut prius.

14 Et quando arguitur per Avicennam quod hoc non sufficit, nisi sit possibile in se, posset interimi, quia sancti viri dicunt contrarium, scilicet Anselmus *De casu Diaboli* cap. 12 quod in mundo nulla erat potentia ad esse ante creationem; et Augustinus *Ad Volusianum* quod in rebus mirabilibus tota ratio facti est potentia facientis; et Hugo *De sacramentis* lib. 1 parte 6 cap. 37 quod Deus aliquid facit de nihilo, ordinatum scilicet hoc est post nihil. Quid igitur dicetur ad auctoritatem Avicennae? Dico secundum se ipsum 6. *Metaphysicae* cap. 2, ubi ex intentione ponit creationem; ubi dicit quod agens dans esse post non esse absolute dignior est in causalitate, hoc est quod apud sapientes vocatur creatio.

15 Verumtamen propter rationes et auctoritates quae videntur dicere quod omne quod est, prius fuit possibile possibilitate propria, respondeo quod aliquid esse possibile possibilitate propria dupliciter potest intelligi, scilicet positive, ita quod prius fuerit possibile secundum aliquid sui; et talis possibilitas a parte factibilis necessario requiritur ad hoc quod res producitur in esse ab agente creato, qui praesupponit aliquid in quod agat. Alio modo dicitur aliquid possibile non positive, sed quia non includit repugnantiam ad esse; et omne tale est possibile in ordine ad virtutem infinitam praehibentem in se causalitatem cuiuscumque causae. Et ideo potest totum ens ponere de novo. Et vocatur tale possibile possibilitas

54 ibi] *om.* BMNS 55 ex] in QR; de P ‖ essentiae] exsistentiae LW 56 contrarium] respondeo *add.* LW; dicendum est *add.* S 57–58 quando … interimi] quando dicitur quod hoc non sufficit nisi prius fuisset possibile in se secundum Avicennam nego dictum Avicennae LW; ad illud Avicennae potest negari hic Avicenna S 58 posset] possit BN ‖ viri] ipsi P; nostri EQR; *om.* LSW ‖ scilicet] *om.* BMN 59 12] qui dicit *add.* LSW ‖ quod] quia MPQR ‖ ad … creationem] ante (ad L) creationem LPW 60 Volusianum] Vilianum QR ‖ mirabilibus] mirabiliter factis LW; mutabilibus P 62 ordinatum] ordinabiliter *vel* ordinanter BELS; ordina^{te} (*post corr.*) P; *om.* W ‖ scilicet] *om.* ELW ‖ igitur] *om.* MN 62–63 auctoritatem Avicennae] eius auctoritatem S; Avicennam QR 64 ponit creationem] *inv.* BMNS 65 in causalitate] in creabilitate MN; increante B 66 rationes] rationem BMN 67 possibilitate] sibi *add.* LPW ‖ respondeo] dico LRSW ‖ esse] est MNW 68 ita] scilicet P; ut LW 69 fuerit] fuit BLPW 71 praesupponit] supponit BLMNS ‖ agat] agit LQR 71–72 positive] proprie *add.* BMNS 73 causalitatem] creabilitatem MN; creantem B 73–74 causae] et cuiuscumque esse *add.* S; esse BN; *om.* LMPW 74 potest] poterit EPQR

56 Cf. supra, d. 1, q. 2, nn. 50–53 58–59 Cf. Ans. Cant., *De casu diab.*, c. 12 (ed. Schmitt, 1:253; PL 158, 342C–D) 60–61 Aug., *Epist.* 137, c. 2, n. 8 (CCL 31B, 263; CSEL 44, 107; PL 33, 519) 61–62 Cf. Hugo de S. Victore, *De sacr.* 1, pars 6, c. 37 (ed. Berndt, 165–66; PL 176, 285) 63–65 Cf. Avic., *Prima phil.* 6, c. 2 (ed. Van Riet, 304)

logica, quae reperitur in non implicantibus contradictionem. Et ideo talia divina potentia fieri possunt, ita quod istud possibile non potest significari positive, sed negative, scilicet non includens contradictionem vel repugnantiam. Et haec est possibilitas rationis in intellectu Dei ab aeterno respectu mundi factibilis ab eo. Et de isto possibili loquitur Avicenna quod omne quod fit, prius fuit possibile, et bene.

Ad auctoritates Commentatoris simili modo; vel dicendum est ipsum ibi turpiter sicut infidelem errasse. 16

75 reperitur … contradictionem] non reperitur in implicantibus contradictionem et reperitur in non implicantibus contradictionem QR; non reperitur in implicantibus contradictionem E 75–76 divina … possunt] possunt fieri divina potentia LW; fieri possunt per divinam potentiam S 77 scilicet] *om.* BMN 79–80 quod[1] … bene] *om.* L 79 quod[1]] *om.* EQR 79–80 et bene] *om.* SW 81–82 est … errasse] quod erravit ibi sicut infidelis LW 81 ipsum] *om.* MN 82 infidelem] infidelis EQRS

⌈Quaestio 4:
Utrum proximum principium productionis extrinsecae in divinis de necessitate sit in tribus suppositis⌉

1 Utrum proximum principium productionis extrinsecae in divinis de necessitate sit in tribus suppositis.

2 Quod non:

1. Quandocumque aliquod suppositum habet principium productionis extrinsecae in se et ex se, illud suppositum potest effectum extra producere sine omni alio supposito concurrente; patet de prima persona in divinis respectu productionis intrinsecae, scilicet ipsius Filii. Sed prima persona in divinis habet principium productionis creaturae in se et ex se, scilicet essentiam divinam sive voluntatem et intellectum seu quodcumque aliud principium essentiale posset poni. Igitur prima persona sine omni alia posset creaturas extra producere, et ita propter creationem non requiritur principium proximum creationis esse in tribus.

3 2. Item principium proximum non esset in tribus de necessitate, nisi emanatio extrinseca de necessitate praesupponeret intrinsecam; sed extrinseca non praesupponit intrinsecam; igitur non requiritur quod principium proximum sit in tribus. Probatio assumpti: quia enim emanatio creaturarum necessario praesupponit causam primam absolute, philosophi per emanationem extrinsecam devenerunt naturaliter in cognitionem unius causae primae; igitur eodem modo, si necesse esset principium proximum creationis esse in tribus suppositis, naturaliter devenissent in notitiam trium personarum; quod falsum est, igitur illud ex quo sequitur. Falsitas illius patet per Commentatorem super 12. comm. 39, ubi deridet trinitatem quam credimus tamquam irrationalem et impossibilem a parte rei.

4 3. Item haec est vera ‘homo ratiocinatur inquantum rationalis’, haec est falsa ‘homo ratiocinatur inquantum albus’; igitur circumscripta albedine homo potest ratiocinari. Igitur a simili, cum haec sit vera ‘Deus creat inquantum omnipotens’,

---

1 utrum] quarto quaeritur *praem.* BMN; quaeratur *praem.* W ‖ extrinsecae] extra LPW 6–7 patet … Filii] *om.* LW (*sed add. in marg.* W) ‖ respectu … divinis] *om.* (*hom.*) EP (*sed add. in marg.* E) 7 in divinis] *om.* RS 8 et … se[2]] *om. (hom.)* QR 8–9 sive … intellectum] se volentem et intelligentem LPW (*sed corr. in* sive voluntatem et intellectum W) 10–11 prima … tribus] *om.* S 10 extra producere] *inv.* LPRW 12 item … tribus] *om.* (*hom.*) QR 13 de … extrinseca[2]] *om.* (*hom.*) B ‖ de necessitate] necessario ESW; intellectus L 14 non … tribus] etc. ELSW 16–17 naturaliter] *om.* BMNS 18 devenissent] devenirent MNS; devenerunt BE 20 super] *om.* BLMNW ‖ 12] Metaphysicae *add.* LRW ‖ 39] 29 BMN; 19 S 22 rationalis] est *add.* QR ‖ haec est[2]] et *praem.* LW; haec autem S; et haec E; haec BMN 23 igitur] est QR 24–25 omnipotens … inquantum] *om. hom.* N

20–21 Cf. Averr., *In Metaph.* 12, comm. 39 (ed. Iuntina, 8:322I–323D)

haec autem falsa 'Deus creat inquantum generans vel spirans' (quia tunc solus generans crearet), igitur sequitur quod, si non generaret, posset creare.

Contra:

1. Omne artificialiter agens agit mediante arte sua; unde dicere quod agat artificialiter aliquis et tamen sine arte est dicere contradictoria simul vera. Sed Deus artificialiter creat mundum, quia cognoscendo et volendo. Igitur hoc facit per artem suam; sed ars Patris est Verbum; igitur Verbum praesupponitur emanationi extrinsecae rerum (et eadem ratione Spiritus Sanctus).

2. Item quandocumque aliquod agens habet duas operationes ordinatas secundum prius et posterius, si est in potestate contradictionis ad actum priorem, est ad actum posteriorem (patet de intelligere et velle). Si igitur Deus potest in actum creandi et generandi, ita tamen quod prius in actum creandi, sicut est et fuit ab aeterno in potestate contradictionis ad creandum, ita ad generandum. Hoc autem falsum est, immo de necessitate naturae genuit aeternaliter Filium. Igitur falsum est illud ex quo sequitur, scilicet quod creatio non praesupponit generationem intrinsecam.

3. Item Augustinus 11. *Confessionum* bene ante medium loquens ad Deum dicit: "Verbo tibi coaeterno simul et sempiterno dicis omnia, quae dicis, et fit quidquid dicis ut fiat; nec aliter quam dicendo facis". Sed dicere importat productionem intrinsecam; igitur extrinseca productio praesupponit intrinsecam necessario.

⌈SOLUTIO

OPINIO HENRICI⌉

Ad istam quaestionem respondet Henricus *Quodlibeto* 6 q. 2 sic, quod quia philosophi ponebant in Deo tantum intellectum simplicis intelligentiae, qua in-

Deest S *inde a l. 45*

25 haec autem] et haec S; haec est BLMQR 26 igitur] *om.* EPQR ‖ si … generaret] etsi non generaret nec spiraret adhuc LW ‖ creare] igitur etc. *add.* LW 28–29 unde … vera] *om.* L 28 agat] agit BMN 29 simul] esse *add.* PW 31 ars … Verbum[1]] Verbum est ars Patris LW 32 rerum] *om.* LW 33 duas] suas PW; aliquas B; alias (*corr. sup. lin. ex* aliquis) E; *om.* L 34 in potestate] implicatio LP ‖ est[2]] etiam *add.* P; et *add.* S; et ELW 34–35 actum[1]] *om.* ELSW 36 creandi[1] … generandi] generandi et creandi LPQRW ‖ creandi[2]] igitur *add.* BMN 37 hoc autem] hoc enim BMN; quod S 39 illud] *om.* EPQR ‖ scilicet] *om.* EPQR 42 fit] *scripsi sec. Aug.* (*vide app. font.*); sic BMNPQRS (*nisi hic illic legendum* sit); sit E; *om.* LW 43 dicendo] a *praem.* M; a Deo BL 44 necessario] *ante* praesupponit LSW; *om.* QR 45–166 ad … istud] hic quaere opinionem Henrici et eius improbationem in Ioanne S 45 2] 3 EPQR

41–43 Aug., *Conf.* 11, c. 7, n. 9 (CCL 27, 199; CSEL 33.1, 287; PL 32, 813) 45–96 Cf. Henr. Gand., *Quodl.* 6, q. 2 (ed. Wilson, 33–41)

telligit se et omnia alia, et similiter simplicem voluntatem, qua placent sibi omnia, secundum quod sunt bona in sua essentia – talis autem intelligentia cum hoc, quod naturalis est, naturaliter se habet ad intellecta producenda et secundum unum determinatum modum, et similiter est de voluntate concomitante talem simplicem apprehensionem –, ideo necesse habebant ponere quod Deus de necessitate naturae produxit creaturas extra se et secundum optimum modum producendi, et quod intellectus et voluntas habent se in hoc ut natura, non ut dispositiva et elicitiva ratio. Et in hoc erraverunt, quia secundum eos nulla emanatio intrinseca personalis praecedit productionem rerum extra. Sed haec opinio eorum, ut dicunt, non potest salvare etiam intellectum, quia ad hoc quod Deus aliquid producat extra se non sufficit simplex notitia rerum et simplex amor concomitans, quae solum ad notitiam speculativam pertinent, sed requiritur notitia declarativa rerum et dispositiva fiendorum et amor intentivus seu affectans productionem eorundem. Notitia autem declarativa et amor affectans sunt Verbum et Spiritus Sanctus. Quare necesse est emanationem personarum praecedere emanationem creaturarum. Modus autem hoc ponendi est talis, quia quantumcumque Deus cognosceret operanda simplici notitia, si de eis ut de operandis non disponeret, et quantumcumque voluntas operanda diligeret, si productionem eorum non affectaret, numquam per sapientiam et voluntatem ea produceret Deus extra se, quia, ut dixi, sapientia simplex et amor ad puram speculationem pertinent, sed tunc primo opus producitur, cum sapientia disponitur et voluntate affectatur, quia sapientia et amor huiusmodi ad praxim pertinent. Unde quemadmodum forma naturalis non est principium actionis secundum quod est perfectio eius in quo est, sed solum secundum quod habet respectum ad effectum, similiter sapientia aut amor in divinis, secundum quod sunt forma intellectus et voluntatis, non sunt actionis principium, sed solummodo secundum quod habent respectum ad effectum. Sapientia autem disponens et amor affectans, qui respiciunt actum, non sunt nisi sapientia et amor procedens. Unde dicunt quod, sicut artifex creatus in sapientia artis duplicem habet notitiam de artificiato, unam simplicis notitiae in arte universali, qua intuetur operanda pure speculative, et aliam notitiam dispositivam ad opus, qua in arte particulari concepta de arte universali intuetur ordinem productionis suae (et est cognitio practica, sine qua impossibile est artificem in opus procedere), similiter est ex parte voluntatis, quia artifex duplicem habet amorem

Deest S

47 similiter] *om.* EW 50 est] *om.* BEMN 51 habebant] habuerunt LPW; habebat E || Deus] *om.* LPW 52 extra] ex BMN 53 ut[1]] quod MN 54 elicitiva] electiva EQR 55 intrinseca personalis] *inv.* BEQR 56 dicunt] dicit ELW || intellectum] proprium *add.* BMN 59–60 productionem … affectans] cuius L 60 eorundem] *om.* BMN 68 praxim] proximum LW (*sed corr.* W); proximum principium BMN 70–73 similiter … effectum] *om.* (*hom.*) EL (*sed add. in marg. inf.* E) 71 aut] seu B; et EPW 74 dicunt] dicit ELNW 75 artificiato] artificio BMN 76 dispositivam] dispositive BMN; speculativam W 78 artificem] artem ELPQW 79 quia] quod LQRW

artificii, unum simplicem, quo placet sibi forma artificii, qui non ordinatur ad opus, alium affectantem, quo opus fieri desiderat. Consimiliter est ex parte Dei quod simplici notitia novit omnia simpliciter et absolute, in notitia vero producta novit omnia sicut in arte dispositiva et declarativa ordinante ea ad opus, et una notitia procedit ex alia; et similiter ex parte voluntatis de amore simplici et affectante.

Tunc dicunt quod emanatio intra necessario praesupponitur causaliter emanationi extrinsecae, non quod a tota trinitate, et ita a personis productis, producantur creaturae secundum genus causae efficientis, sed quia sapientia et amor producti sunt rationes in intellectu essentiali et voluntate dispositivae et ordinativae ad creaturarum productionem secundum genus causae formalis, ita quod Verbum procedens et amor procedens respectu essentiae sunt principium formale actus creandi et quasi principium proximum et essentia est principium remotum. Et habet essentia sive Pater illud Verbum in se, hoc est in suo intellectu essentiali, ad perficiendum ipsum, et similiter Filius, qui est ipsum Verbum, et Spiritus Sanctus; sed Pater habet ipsum a se, quia ipsum dicendo, Filius et Spiritus Sanctus habent illud Verbum in intellectu essentiali ipsum perficiens a solo Patre. 9

Haec est opinio fideliter.

⌈CONTRA OPINIONEM⌉

Contra opinionem arguitur sic: nulla persona operatur aliquo principio formali proximo, nisi sit in actu formaliter per illud principium formale; patet de albedine et disgregatione respectu subiecti operantis per albedinem, sicut per principium proximum. Sed Pater non est aliquid formaliter per notitiam genitam et amorem procedentem. Ex quo enim Pater est perfectum suppositum subsistens, et similiter Verbum et Spiritus Sanctus, impossibile est quod Pater sit formaliter aliquid Verbo vel Spiritu Sancto. Contra enim rationem suppositi subsistentis est quod sit alicuius forma, sive Patris sive essentiae sive intellectus simplicis. Igitur numquam Pater creat proximo per Verbum et Spiritum Sanctum tamquam per proximum principium secundum genus causae formalis, nec Filius seu Verbum per Spiritum Sanctum, nec e converso, cum neuter sit aliquid formaliter per alium. 10

Deest S

80 artificii[1]] artificiati ELW ‖ sibi] ei ELPQW 81 affectantem] affectativum BMN 82–83 producta] productiva (*?*) (*post corr.*) P; productiva R 83 ea] eam LPW ‖ et[2]] *om.* BMN 84 similiter] sic BMN 87 extrinsecae] *post corr.* Q; extra LPW ‖ a[2]] si MN; *om.* B 89 dispositivae … ordinativae] dispositione et ordine EQR; disponente et ordinante W; dispositiva et ordinante B 94 et[1]] *om.* BMN 94–95 sanctus[1]] habet *add.* EQR 95 filius] sed *praem.* LW; autem *add.* M 96 habent] *post corr.* Q; habet BE MNR 97 est] *om.* QR ‖ fideliter] recitata *add.* LPW 98–99 formali] *om.* LPW 99 patet] *post* albedine (*l. 100*) BMN; exemplum LPW 100 disgregatione] *in marg.* R; *post corr.* Q; disgregare BLPW 102 procedentem] praecedentem ELM 106 proximo] *om.* LW 107 seu Verbum] *om.* LW

11 Sed diceres forte quod omnes personae habent unum Verbum, quamvis productum a Patre; quo Verbo perficitur intellectus simplex omnium trium personarum. Et similiter amor est unus trium, quamvis a Patre et Filio spiratus; quo perficitur voluntas essentialis trium. Et tunc, ex quo quilibet habet unum Verbum et unum amorem, potest Verbum et amor esse principium proximum secundum genus causae formalis producendi rem extra.

12 Contra: istud non solvit argumentum, quia 'habere aliquid' est aequivocum, ut patet in *Praedicamentis*. Verum est quod Pater habet Filium ut genitum, non autem ut formam; similiter intellectus simplex non habet Verbum ut formam eius, nec etiam essentia nec aliqua persona alia, cum contra rationem subsistentis sit aliquid informare. Tunc sic: illud suppositum quod non habet proximam rationem formalem agendi per quam est aliquid formaliter in actu, non potest esse per illud proximum principium agendi secundum genus causae formalis; Pater non habet Filium in se formaliter nec amorem procedentem; igitur etc. Et idem concluditur de qualibet persona respectu alterius et de persona respectu cuiuscumque in divinis essentiae vel intellectus simplicis, quia nullius est persona forma; ideo nihil in divinis est principium formale proximum creandi.

13 Item esto quod Verbum procedens esset Patri ut forma, tamen non posset dici formale principium creandi, sed necessario respectu extrinseci producibilis esset principium effectivum proximum, quo efficiens proximo efficeret. Formale enim universaliter respectu illius cuius dicitur formale, est aliquid intrinsecum ei (intrinsecum, dico, aliquo modo); Verbum autem non est aliquid intrinsecum respectu causae, igitur nec formale principium illius.

14 Similiter quod dicit: hoc Verbum et amorem procedentem importare respectum ad extra, ita quod hoc competit eis ex propriis rationibus eorum, improbatur primo.

15 Item quod dicit: ideas practicas solum esse in sapientia genita, non in Patre sive notitia Patris in se, hoc est contra Augustinum 15. *De Trinitate* cap. 14, ubi vult quod Pater novit omnia in se ipso.

Deest S

---

111 amor … unus] unus est amor LPW 111–112 quamvis … trium] *om.* (*hom.*) LPW (*sed add. in marg.* W) 111 spiratus] spiretur QR; Spiritu Sancto EW 116 non] habet *add.* BMN 117 similiter … formam²] *om.* (*hom.*) LMPW (*sed add. in marg.* W) 120 quam] quem MN 121 formalis] sed *add.* LRW 122 Filium] *post* se LPW 124 quia] *om.* ELPQRW (*sed add. sup. lin.* W) 126 Patri] Pater ELW (*sed corr.* W) 126–127 posset dici] esset QR 127 formale] *om.* LPQRW (*sed add. in marg.* QR) 128 effectivum] effectum MN 130 autem] *om.* EPQR 131 respectu] in ratione *al. m.* Q ‖ causae] generis causae LPRW; creaturae (*post corr.*) generis (*del.*) E ‖ igitur] *om.* LPW 132 hoc] hic PQR 133–134 primo] prius LW 136 sive] vel P; vel in LW ‖ 14] 9 ELP

115–116 Cf. Arist., *Cat.*, c. 15 (15b 17–33) 136–137 Aug., *De Trin.* 15, c. 14, n. 23 (CCL 50A, 496; PL 42, 1077)

Item si solum haberet in se notitiam speculativam rerum et in Verbo notitiam 16
practicam, sapientior esset ex hoc quod est ei Filius quam in se ipso; quod falsum
est, quia totum habet Pater quod communicat Filio, et per consequens habet in
se notitiam tam speculativam quam practicam.

Similiter quod dicit "non sufficit artifici creato cognitio rerum in arte univer- 17
sali, quia talis est solum speculativa, sed requiritur ars particularis et dispositiva
ut operetur": quia principium practicum proximum resolvitur in principium prac-
ticum remotum, igitur ars practica particularis in artem practicam universalem; et
ideo omnis ars est practica, quamvis aliqua remotius se habeat ad opus quam alia.
Similiter ars Patris in divinis in se est ita perfecta et particularis sicut ars genita;
non enim ars genita particulat scientiam Patris. Cum enim cognitio particularis
sit cognitio distinctior, si ars genita pertineret ad notitiam Patris, Pater aliquam
sapientiam haberet a Filio, scilicet distinctam et practicam; quod absurdum est
dicere.

⌈OPINIO ALIQUORUM⌉

Ad quaestionem dicunt aliqui quod emanatio personarum non praesupponi- 18
tur de necessitate creationi, quia si esset unum suppositum absolutum in divinis,
sicut ponunt Iudaei, adhuc posset creare, quia haberet omnia essentialia in se
quae requirerentur ad actum absolutum producendi creaturas, scilicet intellectum
speculativum et practicum et voluntatem simplicem et affectantem. Unde cer-
tum est quod Deus modo diligit creaturam et affectat eam esse amore seu velle
essentiali, quia velle communi tribus. Et ideo, quod alii iuvant se per amorem
affectantem et notitiam declarativam, nihil est. Sufficeret enim Verbum esse sola
ratione differens ab intelligente, et similiter de amore.

Deest S

---

138 in se] *post* notitiam[1] LPW; *om.* B 139 ex] in QR 140 per consequens] ita BN; idearum M 141 notitiam … practicam] tam notitiam practicam quam speculativam LW 142 dicit] quod *add.* ELW ‖ cognitio] habere cognitionem LPQRW 142–143 universali] *om.* LP 143 quia … speculativa] quia cognitio talis solum speculativa est W; quia cognitio talis speculativa est QR; cognitio (enim talis *add. in marg.*) speculativa est E; unde (vi *post corr.* P*?*) cognitio speculativa est LP ‖ particularis et] *om.* LPW 144 practicum[1]] *om.* BMN 146 remotius] remotior BEMN 147 perfecta et] *om.* BMN ‖ particularis] particulare BENQ 148 scientiam Patris] sapientiam LPW ‖ particularis] particulare EQ; in particulari BMN 149 pertineret ad] pertineret (*del.*) participaret M ‖ ad] ad opus Q, *sed del.*; *om.* BEN 150 et practicam] *om.* BMN 154 ponunt] posuerunt BEMNQ (*sed corr.* Q) 155 creaturas] in causas M; causas B; illas EP 157 amore] scilicet *add.* BMNQ ‖ seu] et BMN 158 communi] commune LQR ‖ alii] aliqui LP; antiqui W 159 esse] *om.* QR (*sed add. sup. lin.* Q, *in marg.* R); essentiale BMN; ab (*sup. lin.*) essentia P 160 intelligente] *post corr.* Q; intellectu BMN; intellecto P

19 Ad hoc est auctoritas Richardi *De Trinitate* 3 cap. 16, ubi probat quod, si una persona esset in divinis, posset creare, quia haberet plenitudinem sapientiae et potentiae.

Et si fierent infinita argumenta, omnia habent eandem vim, scilicet quia in illo supposito sunt omnia requisita ad actum creationis.

⌈OPINIO PROPRIA⌉

20 Ideo nolo multiplicare argumenta ad istud, sed breviter respondeo ad quaestionem quod emanatio extrinseca praesupponit intrinsecam necessario, quia haec videtur mens Augustini *De Trinitate* 15 cap. 13 de magnis: "Verbum Dei potuit esse nulla exsistente creatura; creatura vero nulla esse posset nisi per ipsum per quem facta sunt omnia".

21 Nec valet dicere quod Augustinus loquitur de facto, quia dicit quod nulla creatura esse possit sine Verbo. Si non possit esse, igitur impossibile est quod sit sine Verbo; et hoc non nisi quia impossibile est Deum esse Deum et non habere Verbum sempiternaliter genitum.

22 Ideo dico quod causalitas creaturarum completa est in tribus. Quod patet sic: quandocumque in aliquo est principium necessarium et naturale producendi aliquid et principium voluntarium et contingens producendi aliud, prius exit in actum per principium necessarium quam per principium contingens; sed in persona prima in divinis ab aeterno fuit principium producendi personam intra et principium voluntarium et contingens producendi creaturam; igitur de necessitate prius exit in actum productionis ad intra quam ad extra. Et in illo priori communicatur Filio producto omne illud quod non repugnat sibi; tale est principium produc-

Rursus adest S *inde a* sed (*l. 166*)

161 3] *ante* De Trinitate LPW; *om.* E 164 si] sic *add.* BMN ‖ habent] haberent LW ‖ quia] quod BMN ‖ illo] isto BMN 166 multiplicare … istud] multiplicare ad istud argumenta P; ad istud argumenta multiplicare LW 166–167 sed … quaestionem] sed breviter dico ad quaestionem R; ad quaestionem breviter dico S; respondeo igitur ad quaestionem LW 168 videtur] esse *add.* BMN ‖ 15] *ante* De Trinitate LPSW ‖ 13] 1 BMN; 6 S ‖ verbum] ubi dicit *praem.* BMN; inquit *add.* S 169 nulla[1]] *om.* ELW (*sed corr.* E) ‖ posset] *post corr.* E; potuit ELP; potest SW 172–174 si … genitum] *om.* S 172 igitur] *om.* LPW ‖ quod] sic *add.* BMN; ut LPW 173 Deum et] *inv.* BMN 174 sempiternaliter] semper aeternaliter BMN 175 ideo … tribus] *om.* S ‖ causalitas] creatio BMN 176–177 aliquid] unum BMN; *om.* S 177 producendi aliud] producendi S; *om.* LPW 178–184 sed … personis] etc. quaere in Ioanne S 179 principium[1]] necessarium *add.* L ‖ intra] *post corr.* E; necessarium (*post corr.* Q) QR; divinam LPW 182 Filio] termino BMN 182–183 principium productivum] principium productionis MN; productio B

161–163 Cf. Rich. de S. Victore, *De Trin.* 3, c. 16 (ed. Ribaillier, 151–52; PL 196, 925–26)
168–170 Aug., *De Trin.* 15, c. 11, n. 20 (CCL 50A, 489; PL 42, 1073)

tivum creaturarum. Et ideo essentia seu voluntas sub ratione principii proximi necessario est in tribus personis.

Item quando aliqua potentia habet plura obiecta, unum primum et aliud secundarium, prius naturaliter respicit obiectum primum et circa id habet operationem quam circa obiectum secundarium. Sed in Patre est huiusmodi potentia intellectiva respiciens essentiam ut obiectum primum, et creaturam ut secundarium. Et in illo priori, quo habet essentiam divinam praesentem, est ibi perfecta memoria intellectiva ad producendum terminum adaequatum, scilicet ipsum Verbum, et actu in illo priori producitur. Nec adhuc in illo priori est aliqua creatura praesens, actu cognita. Et similiter est de voluntate et essentia respectu Spiritus Sancti, quia in illo priori completur tota processio originis ad intra. Et sic habetur essentia perfecte in tribus, priusquam creatura intelligitur vel circa illam aliqua operatio habeatur vel haberi possit, cum ordo naturae et perfectionis divinae requirat quod prius sit operatio circa obiectum primum quam secundarium. Et ideo omnis operatio ad extra respectu creaturae necessario est in tribus suppositis, et similiter principium operandi. Quamvis igitur principium seu fecunditas creandi sit prius origine in Patre quam in Filio, quamvis non natura, quia in uno signo naturae est totus processus originis (est, inquam, in eo prius origine, quia non habet eam a Filio vel Spiritu Sancto, sicut nec vim generandi vel spirandi), tamen non est nata illa fecunditas exire in actum creandi nec applicari ad opus, nisi sit in tribus. Et tamen eadem et tota fecunditas prius est in Patre origine quam in Filio vel Spiritu Sancto. Exemplum forte est aliquo modo, quia ignis prius desiccat quam calefaciat, non quia desiccatio dat ei aliquam causalitatem ad calefaciendum, immo causalitatem calefaciendi habet in primo signo quo est ignis in actu, sed ordo rei hoc exigit. Sic hic etc. 23

⌈AD ARGUMENTA PRINCIPALIA⌉

His visis ad primum principale contra, cum dicit quod Pater habet principium creationis in se, dico quod verum est, sed non ut est applicabile ad opus extra, 24

183 sub] in LW 185 quando … habet] potentia habens S ‖ aliqua] *om.* BMN ‖ potentia] persona BLPW 187 obiectum] *om.* LSW 191–193 producitur … priori] *om.* (*hom.*) L 191–192 nec … cognita] *om.* S 191 priori[2]] *om.* EQR ‖ actu] *om.* QR 193 tota processio] totus processus BMNS 194 perfecte] perfecta LS ‖ priusquam] prius natura quam ELPQR 195 habeatur] habetur EPQR ‖ vel] et BMN 195–198 cum … operandi] *om.* S 195 perfectionis] naturae *add.* QR 196 sit] habeatur BMN 199 origine] *post* Patre EPQR ‖ Filio] et in Patre et in Filio quam in Spiritu Sancto *add.* BN (*in marg.* N) ‖ quamvis] licet LSW ‖ quia] sed LPW 201 tamen] *post* est BMN; *om.* S 202 illa fecunditas] *ante* non (*l. 201*) LW; *om.* S 203–204 tamen … Sancto] *om.* S 203 et[2]] *om.* LPW ‖ origine] *ante* est LW; prioritate originis BMN 204 est] *ante* forte BMN; *ante* exemplum S ‖ quia] quod ELP; *om.* QR 205 calefaciat] calefacit LPRW ‖ dat] det BNS; de M 207 hic] in proposito LW 208 principale contra] principale in oppositum LW; principale QR; *om.* S ‖ dicit] dicitur LSW 209 ut] *om.* BMNS

priusquam habeat Filium secum; nam prius exit in actum respectu obiecti primi quam secundi, et exeundo in actum respectu obiecti primi habet Verbum secum. Et ita principium ut applicabile ad opus necessario est in tribus. Et ideo uno creante creant omnes, quia eodem principio indistincto creant. Secus autem est de principio respectu productionis intrinsecae, quia respectu Verbi est in prima persona ut applicabile ad actum respectu obiecti primi et sic respectu productionis, et in Verbo est a Patre respectu productionis Spiritus Sancti. Et ita tota emanatio intrinseca est prius natura quam aliqua creatura intelligitur. Et quod in illo priori origine, quo Pater est prior Filio, potentia creativa in ipso non est applicabilis ad opus, non est ex aliqua imperfectione vel insufficientia, ut sic Pater generando accipiat aliquid a Filio respectu actus creationis, sed hoc est ex perfectione et naturali ordine actuum generandi et creandi, quia actus contingens praesupponit naturalem.

25 Ad secundum, quod non sequitur quod possit effectus ducere in trinitatem, nisi esset effectus adaequatus. Ducit tamen de propinquo, quantum potest, ratione partium vestigii in creaturis inferioribus et ratione partium imaginis in creatura perfectiori. Quod tamen magis ducit creatura in cognitionem Dei sub ratione absoluti quam respectivi, hoc est quia ratione absoluti est causa creaturae, quamvis illud absolutum, ut applicabile sit ad opus, necessario sit in tribus.

26 Ad tertium, quando arguis quod haec est vera 'homo ratiocinatur' etc., dico quod non est simile inter ista 'homo ratiocinatur inquantum albus' et 'Deus creat inquantum generans', quia quamvis utraque sit falsa cum reduplicatione, tamen albedo minus requiritur ad ratiocinandum, immo non requiritur, nec ut necessario praecedens ratiocinationem, nec ut concomitans, quia sine illo praevio vel concomitante est principium ratiocinativum applicabile ad actum ratiocinandi; non sic autem principium creativum sine generatione praevia in divinis, non quia generatio dat causalitatem Patri, sed quia, ut dictum est, potentia respicit obiectum primum prius et circa illud habet operationem quam circa obiectum secundarium; et ideo prius est potentia creativa in pluribus quam respiciat obiectum extra.

210–222 nam … naturalem] *om.* S 212 ita] ideo BMN ‖ opus] extra *add.* BMNQ (*in marg.* Q) 213 quia] uno et *add.* LPW ‖ autem est] *inv.* EPQR 215 obiecti primi] *inv.* BMN 216 est] *post* Patre BMN 217 aliqua] alia *add.* QR 217–222 et … naturalem] *om.* ELPW (*sed add. in marg. sup.* W) 223 possit] posset LPQRW ‖ trinitatem] cognitionem trinitatis LW 224 potest] de *add.* BMN 226 ducit] ducat BMNS 227 respectivi] respectus BMN ‖ absoluti] absoluta EQR 228 sit[1]] *om.* BLMNS 229–230 etc. … albus] *om.* E 230 ista] illa BQR; illas P; istas L; eas W 233 ratiocinationem] ratiocinari QR 234 ad] opus sive *add.* LW 236 dat] *corr. ex* dant E; det BM NS ‖ causalitatem] creabilitatem BMN

⌈AD OPINIONEM ALIQUORUM⌉

Sed quid dicemus de opinione, si poneretur unum suppositum absolutum in 27
divinis? Numquid poterit creare? Dico quod hoc quod modo pono perfectam causalitatem esse in tribus, ponitur ex natura rei, non tamen quod secunda persona producta det aliquam causalitatem primae personae ad extra. Et ideo si ponas unam personam absolutam et omnia esse in eo quae ad creationem requiruntur, sequuntur duo contradictoria, unum quod tale suppositum non posset creare, quia non esset Deus; destruit enim positio naturam et fecunditatem Dei intrinsecam. Sequitur etiam quod posset creare ex hoc quod ponis illud suppositum habere totum quod ad actum creationis requiritur. Et ideo, si secundum artem obligatoriam procedam et ponas unum suppositum absolutum cum omnibus quae requiruntur ad creationem, dico quod posset creare, quia posse creare non repugnat isti posito, nisi quatenus positum repugnat veritati. Et ideo, si arguas quod natura rei requirit quod prior sit productio ad intra quam ad extra, ego totum nego tamquam repugnans posito. Si enim ponam quod ignis sit vere ignis et tamen non possit calefacere, et proponitur quod ignis potest generare ignem, †habeo negare propter hanc tacitam quam prius negavi, scilicet quod ignis non potest calefacere, quia si ignis potest generare, potest calefacere, quia non generat nisi alterando et calefaciendo; et ideo omne illud habeo negare ad quod potest calefacere antecedere.† Sic hic: si ponatur suppositum absolutum unum et omnia essentialia in eo (aliter non esset Deus), sequitur quod potest creare. Et si arguas "si potest creare, igitur potest generare intrinsece", nego tamquam repugnans. Ideo multi concesserunt Deum esse negantes trinitatem.

239 unum] *post* suppositum BMN; *om.* E 241 causalitatem] creabilitatem BMN; creativitatem S 241–242 ponitur … aliquam] *om.* B 241 quod] quia LPW 241–242 secunda … det] personae productae in divinis dent N; secundum praedicta in divinis dent M 241 secunda] *om.* PQR (*sed add. sup. lin.* P) 242 causalitatem] creabilitatem BMN ‖ ideo] *om.* BMN 243 eo] ea LPS ‖ creationem] creandum ELW; actionem M 243–244 requiruntur] *ante* ad (*l. 243*) LSW 245 destruit … positio] positio enim destruit LW 246 intrinsecam] increatam BMNS 246–247 ponis … suppositum] illud suppositum ponitur LW 247 ad … requiritur] requiritur ad creandum LW; requiritur ad actum creationis S ‖ secundum] super QR 250 nisi quatenus] quamvis QR (*post corr.* Q) ‖ positum] ipsum ELW 251 ego] *om.* LRW 253 tamen] quod *add.* BM NS 254–257 habeo … antecedere] *corrupta esse videntur, scilicet male quadrantia ad contextum responsionis; cf. Duns (vide app. font.)* 254 hanc] *om.* LP ‖ tacitam] *post corr.* R; *corr. ex* tactam Q; causam ELP 255 potest[2]] ignem *add.* LW 256 habeo] habet BMN ‖ ad] *om.* QR 257 hic] in proposito LW 258–259 sequitur … potest[2]] proponitur supra quod potest R ‖ et … creare] *om.* (*hom.*) E 259 si] *om.* LW ‖ potest[2]] *om.* BLMN

239–260 Pendet ex Ioan. Duns Scoto, *Lect.* 2, d. 1, q. 1, nn. 41–44 (ed. Vaticana, 18:15–16)

⌈AD ARGUMENTA IN OPPOSITUM⌉

28 Secundum hoc patet primum in oppositum, quod ageret arte absoluta sola ratione differente.

29 Ad secundum, quod posita hypothesi repugnaret sibi generare suppositum intra et conveniret sibi creare; ideo nihil ad propositum. Concludit tamen de natura rei.

30 Ad tertium, quod faceret Verbo essentiali.

261 hoc] idem *add.* BMN 263 secundum] dico *add.* LSW; dicitur *add.* N 264 ideo] et *praem.* PW; et L

⌈Quaestio 5:
Utrum aliquid aliud a Deo potuit fuisse a Deo effective ab aeterno⌉

Utrum aliquid aliud a Deo potuit fuisse a Deo effective ab aeterno. 1

Quod non: 2

1. Deducendo ad impossibile, scilicet quod infinitum esset maius infinito, quia, si sic, infinitae fuissent revolutiones solis in suo circulo; sed pro qualibet revolutione solis necesse est fuisse duodecim lunae; igitur infinities pluries revoluta fuisset luna quam sol, et tamen sol infinities. Igitur infinito ex ea parte qua infinitum est, est dare excessum et maius; quod est impossibile.

2. Item in his quae habent ordinem ad invicem, si non est dare primum, non est dare ultimum. Cum igitur revolutiones caeli sint ordinatae secundum prius et posterius, si non est dare primam, non est dare aliquam ultimam, igitur nec revolutionem hodiernam. Sed hanc est dare (patet sensui), igitur et primam necessario. Et si sic, impossibile est revolutiones esse infinitas a parte ante. 3

3. Item impossibile est infinita a virtute finita comprehendi. Sed hoc sequitur, si mundus fuisset ab aeterno, quia caelum fuisset aeternaliter motum seu revolutum aeternaliter ab intelligentia motore proximo et quamlibet revolutionem scivisset. Cum igitur huiusmodi spiritus nihil sit oblitus eorum quae novit, sciret actu infinita finita virtute; quod est impossibile. 4

4. Item sicut creatio est a non ente in ens, ita annihilatio est ab ente in non ens, ita quod sicut in creatione est loco termini a quo non ens, ita in annihilatione est loco termini ad quem. Igitur sicut se habet infinitas durationis a parte post ad rem quae annihilatur, ita se videtur habere infinitas durationis a parte ante ad rem quae creatur. Sed annihilatio, quae est ab ente in nullo modo ens, non compatitur in re quae annihilatur infinitatem durationis a parte post; igitur creatio, cum sit 5

---

1 utrum] quinto quaeritur *praem.* BMN ‖ effective] *ante* a Deo² LPW 3 maius] *post corr.* W; magis ELMPS 4 fuissent] essent LPW 5 duodecim] *post corr.* W; tredecim LP ‖ revoluta] *post* fuisset PS; *post* luna (*l. 6*) LW 6 igitur] in *add.* BN; ex *add.* L ‖ est] *om.* BMN 7 maius] infinito *add.* EPQRW ‖ est impossibile] *inv.* BEPQR 9 ordinatae] ordinati BELMPQR 10 si] et LPW ‖ non² … aliquam] igitur nec LPW; nec ES 11 dare] ut *add.* LPSW ‖ primam] prima QR 13 a] *om.* BMN ‖ comprehendi] *ante* a LSW 14–15 motum … aeternaliter] motum seu revolutum LW; motum RS; revolutum E 15–16 scivisset] ipsa intelligentia *add.* BMN 16 novit] scivit LMSW (*post corr.* M) 19–20 ita¹ … quem] *om.* S 19 est] *post* quo LW; *om.* E 19–20 a … termini] *om.* (*hom.*) B 20 est] *om.* LW 22–25 sed … ante] *om.* S 22 non compatitur] *post* annihilatur (*l. 23*) LPW 23–24 in … compatitur] *om.* (*hom.*) B 23 igitur] nec *add.* EMNPQR

18–25 Sumpta fere ex Rich. de Med., *In Sent.* 2, d. 1, a. 3, q. 4 (ed. Brixiae 1591, 2:17b)

a simpliciter non ente in ens, non compatitur infinitam durationem in re quae creatur a parte ante.

6 Contra:

1. Non est intelligibile quod agens praecedit effectum suum duratione, nisi sit imperfectum de se vel nisi agat per motum. Unde quia sol est agens perfectum respectu illuminationis medii et non agit per motum, si sol fuisset ab aeterno in directa oppositione ad medium, medium fuisset aeternaliter illuminatum a sole sicut ab efficiente causa. Cum igitur Deus sit agens perfectum et non agat per motum, videtur quod nulla est ratio quare negetur habere effectum sibi coaeternum.

7 2. Item ad hoc faciunt exempla Augustini de igne et splendore 6. *De Trinitate* cap. 1.

8 3. Item 10. *De civitate Dei* cap. 31, ubi vult quod, si pes semper fuisset in pulvere, semper subesset vestigium, quod a calcante factum nemo dubitaret (nota 'factum').

9 4. Similiter homilia 36 *Super Ioannem* de virgulto, quod si ab aeterno stetisset in aqua, habuisset umbram secum ab aeterno.

10 Nec valet dicere quod consequentiae sunt bonae, sicut ex impossibili quidlibet, quia antecedentia sunt impossibilia, quia Augustinus adducit ista exempla ad probandum coaeternitatem Filii cum Patre per naturalem originem; igitur consequentiae suae tenent per causalitatem naturalem, non sicut ex impossibili quidlibet. Nulla enim esset consequentia 'si ignis est ab aeterno, ab aeterno splendor diffusus esset, sicut ex impossibili quidlibet; igitur Filius est aeternus Patri naturali origine', sed sic 'si ignis esset aeternus, naturali causalitate haberet secum splendorem diffusum a se; igitur potest Pater naturali origine habere Filium si-

24 non[2]] *del.* MQ ‖ compatitur] compatietur LPW 27 intelligibile] necesse QR ‖ praecedit] praecedat BMNS ‖ suum] *om.* LPW (*sed add. in marg.* W) 31 ab … causa] a causa efficiente LSW; ab efficiente BMN ‖ perfectum] perfectissimum LW 34 de[1] … splendore] *post* cap. 1 (*l. 35*) LW ‖ splendore] qui dicit quod si ignis fuisset aeternus et splendor *add.* BMN 36 item] et LW; similiter B ‖ 31] 3 ELPW ‖ ubi … quod] vult quod PQR; ubi vult B; *om.* S 37 subesset] fuisset LW; esset S 37–38 quod … factum] *om.* L 37 dubitaret] dubitet QR 37–38 nota factum] non factum BMN; *om.* PW 39 similiter] item BMNS ‖ stetisset] fuisset RSW 40 habuisset … aeterno] secum ubram habuisset ab aeterno LW; habuisset ab aeterno umbram secum S ‖ umbram] semper *praem.* M, *add.* B ‖ aeterno] ex quibus sequitur quod Deus posset habere effectum sibi coaeternum similiter *add.* BMN 41 quod] omnes istae *add.* LPW 41–42 bonae … quidlibet] bonae sicut ex impossibili S; ex impossibili LPW 44–45 quidlibet] *om.* LPS 45–46 est … esset] aeternus et splendor diffusus aeternus S 45 est] esset LPW; *om.* M ‖ ab aeterno[2]] *om.* ELMPQRW (*sed add. in marg.* M) 48 potest Pater] *inv.* BMNS

34–35 Cf. Aug., *De Trin.* 6, c. 1, n. 1 (CCL 50, 228; PL 42, 923) 36–37 Cf. Aug., *De civ. Dei* 10, c. 31 (CCL 47, 309; CSEL 40.1, 502–3; PL 41, 311) 39–40 Cf. Aug., *Sermo* 117, c. 9, n. 2 (ed. Dolbeau, 244–45; PL 38, 668)

bi coaeternum'. Non est igitur contra naturalem causam aeternam habere secum effectum in diversitate substantiae aeternum. Sed ita cito potest causa perfecta voluntaria causare sicut naturalis, si velit, licet non necessitetur ad hoc.

⌈SOLUTIO

OPINIO HENRICI⌉

Ad istam quaestionem dicunt aliqui quod est absolute impossibile aliquam creaturam effici a Deo ab aeterno. Quod multipliciter declaratur a diversis, deducendo ad impossibile sic, quia sequeretur infinita magnitudine et multitudine actu esse. 11

Probatio quia: 12

1. Si sic, potuit Deus omni die creasse unum lapidem et alteri continuasse, et ita esset infinitum magnitudine.

2. Item si sic, potuit Deus fecisse Adam et Evam ab aeterno in debito statu ad generandum et quod genuissent; igitur ab illis fluxissent homines infiniti. Et cum quilibet habeat animam intellectivam, infinitae essent animae actu; quod est impossibile. 13

3. Item sequeretur aliud impossibile, quod positis terminis media essent infinita, quia ab Adam unico et finito usque ad hunc hominem hodie genitum essent infiniti homines medii; quod est contra naturam rei, quia si media essent infinita, numquam deventum fuisset ad hunc hominem. 14

4. Item si sic, tunc tempus fuit ab aeterno; et ita infinitum secundum quod infinitum esset pertransitum et per consequens infinitum secundum quod infinitum esset finitum. Probatio: omne pertransitum est finitum; omne praeteritum est pertransitum; igitur omne praeteritum est finitum. Sed omne tempus usque nunc est praeteritum; igitur omne tempus quod fuit est finitum. Et secundum te est infinitum, igitur simul finitum et infinitum. Probatio maioris quod omne pertransitum sit finitum, quia omne pertransitum est acceptum et omne acceptum est finitum. Cum igitur totum tempus usque nunc sit acceptum, sequitur quod sit finitum. Similiter quod assumitur supra, quod totum tempus usque nunc sit praeteritum, 15

Deest S *inde a* deducendo (*ll. 53–54*)

49 contra] inconveniens ELP ‖ naturalem] originem *add.* BMN 51 hoc] igitur Deus cum sit huiusmodi causa potest ab aeterno producere creaturam *add.* BMN 52 aliqui] Henricus *annot. in marg.* M 53–54 a² … sequeretur] nam sic sequitur L 54 sic] *om.* BW 57 ita] *om.* ELPQRW (*sed add. sup. lin.* Q) 60 et¹ … genuissent] *om.* L ‖ genuissent] generassent BN; generandum M 64 et finito] *om.* LP ‖ ad] *om.* PQR ‖ hodie genitum] de homine geniti P; *om.* LR 67 fuit] fuisset BQR 71–72 infinitum¹] quia ab aeterno *add.* BMN 75–78 similiter … nunc] *om.* L

52–137 Cf. Henr. Gand., *Quodl.* 1, qq. 7 et 8 (ed. Macken, 31–46); 8, q. 9 (ed. Parisiis 1518, 317D–318E); Rich. de Med., *Quaest. disp.*, q. 4 (ed. Boureau, 1:112–44); *In Sent.* 2, d. 1, a. 3, q. 4 (ed. Brixiae 1591, 2:16a–19a)

patet, quia si non, aliquid temporis quod fuit contra praesens divisum esset praesens; quod est contra rationem temporis, quod aliquid eius sit praesens praeter indivisibile nunc.

16 5. Item omne productum aliquando producitur; unde et Filius Dei, eo quod producitur, aliquando producitur, quia in aeternitate. Igitur eadem ratione omne factum aliquando fit. Igitur si creatura est facta a Deo, aliquando fit, cum nihil sit factum sine fieri. Aut tunc fieri praecessit factum esse lapidis duratione, et tunc non ab aeterno est lapis, aut, si fieri et factum esse sunt simul, igitur qua ratione aliquando sunt simul, semper sunt simul, et tunc idem esset creari et conservari et esse cuiuslibet rei esset in continuo fieri; quod est impossibile, cum aliqua esse habeant permanentissimum, ut caelum et angelus.

17 6. Item sequeretur tunc quod Deus de necessitate fecisset mundum (quod est erroneum), quia si non de necessitate fecit, potuit non fecisse. Sed tunc quaero: aut priusquam fecit, potuit non facere – et hoc est impossibile posita hypothesi, quia nihil est prius sive ante aeternum – nec simul cum fecit – quia omne quod est, dum est, necesse est esse – aut postquam fecit, potuit non fecisse – et hoc falsum, quia omne praeteritum est necessarium.

18 Sed huic rationi instat doctor quidam, quia tunc sequeretur quod Deus ab aeterno praedestinavit quemcumque praedestinatum de necessitate, ita quod non potuit non praedestinasse eum. Patet ratio eodem modo quo prius.

19 Sed respondet quod non est simile, quia nihil est praedestinatum nisi incipiens esse in determinato signo temporis, et quia pro illo signo temporis nulla necessitate incipit esse, ideo potuit non esse in illo, et quod potuit non esse in re potuit a Deo non praedestinari fore, quia praedestinatio, etsi sit aeterna, correspondet tamen conditioni rei praedestinatae, et quia potest res esse et non esse potentia

76 patet] probatur BMN; *om.* W ‖ non] sit *add.* BM ‖ contra … divisum] *om.* EPQR ‖ esset] erit P; est EQW; sit R; *om.* B 77 temporis] scilicet *add.* BMN 80 quia] scilicet LP 80–81 eadem … igitur] *om.* (*hom.*) ELPQRW 82 tunc[1]] igitur *add.* MN; igitur EL ‖ et] *om.* PQRW (*sed add. sup. lin.* PW) 83 aut] *om.* EP QRW ‖ sunt] sint BQR 84 esset] sunt ELP; *om.* W ‖ creari … conservari] creare et conservare PQR 85–86 esse habeant] habeat esse EQR 86 permanentissimum] permanens EL (*post corr.* E); permansivum P 88–89 sed … facere] aut igitur antequam fecit (fieret L) EL; *om.* P 89 facere] fecisse QR ‖ est] *om.* EPQR ‖ posita hypothesi] *om.* ELPQRW 91 aut] nec EL 91–92 et … falsum] est *add.* N; hoc falsum EQR; hoc est autem falsum W; *om.* L 93 sed … tunc] huic dicitur quod per istam rationem L ‖ doctor quidam] scilicet Henricus Quodlibeto 1 q. 7 *add.* N; unus doctor EQR; *om.* PW ‖ quia] quod PQR 95 patet … prius] *om.* EL 97 signo[1]] instanti ELPQRW 98 potuit[3]] potest BMN 99 non praedestinari] non (*sup. lin.*) praedestinari P; praedestinari non (*inf. lin.*) E; praedestinari LW; praedestinatum (*post corr.* Q) non QR ‖ fore] fo[re] Q; for[e] L; forte nisi (*del.* W) BMNW; formaliter (*?*) P (*post corr.*) ‖ praedestinatio] *post corr.* W; praedestinavit BMN ‖ sit] sic fuit BMN 100 conditioni] contradictioni BM NW (*sed corr.* W); *om.* LP ‖ potest res] *inv.* ELPQR 100–102 potentia … esse[1]] *om.* (*hom.*) EL

93–95 Cf. Henr. Gand., *Quodl.* 1, qq. 7 et 8 (ed. Macken, 40) 96–104 Cf. ibid. (45)

impeditiva sui esse praecedente duratione suum esse, ideo sicut res potest esse et non esse, ita potest praedestinatum esse vel non esse. Sed si res fuisset ab aeterno, nihil impeditivum sui esse praecessisset esse suum, et ideo de necessitate fuisset a Deo, ita quod non potuit non fuisse.

7. Item secundum Avicennam 6. *Metaphysicae* cap. 2 creatura omnis de se est possibile non esse. Si igitur ab aeterno fuit possibile esse ab alio, tunc quaero de istis duabus potentiis contrariis aut posse esse in actuali exsistentia et posse non esse in actuali exsistentia simul natura et duratione infuerunt essentiae creaturae ab aeterno aut alterum praecessit alterum duratione. Non simul duratione, quia contrariae potentiae non insunt eidem simul secundum Philosophum 1. *Caeli et mundi* et Commentatorem suum, sicut nec ipsi actus contrarii, scilicet esse et non esse; si enim potentiae contrariae essent simul in eodem et possibile sit potentiam quamlibet modo, quo est in aliquo in potentia, poni sub actu, si potentiae contrariae essent simul in eodem duratione, possent simul poni in actu et aliquid idem simul haberet in se opposita et ex possibili posito in esse sequeretur falsum impossibile. Non igitur sunt simul duratione. Igitur alterum praecedit alterum duratione; sed posse esse non praecedit posse non esse, quia quod convenit rei ex se, semper est prius in eo eo quod convenit rei ab alio secundum Avicennam, ubi supra. Cum igitur posse non esse conveniat essentiae creaturae ex se, prius duratione est posse non esse in actuali exsistentia quam posse esse ab alio. De necessitate igitur non esse creaturae praecedit suum esse duratione; sed omne tale habet necessario novum esse; quare repugnat creaturae esse ab aeterno.

8. Item pone lapidem fuisse ab aeterno; deduco te ad inconveniens, quia aut Deus ante lapsum temporis infiniti posset illum lapidem annihilare aut non. Si

101 res potest] *al. m.* P; respicit QR 102 praedestinatum] praedestinari BMNW (praedestinatus *add.*, *sed del.* W); praedestinatio (*post corr.*) P; praed- Q ‖ sed] *om.* ELQR (*sed add. in marg.* R) 105 2] 3 ELPQR 106 possibile[1]] posse PQW ‖ possibile[2]] posse PQ 107–108 posse[1] … esse] posse non esse in actuali exsistentia et posse esse LP 107 posse[1]] possibile BR ‖ posse[2]] possibile BR 108 creaturae] creatae LPW 110–111 contrariae … sicut] *om.* QR (*sed add. in marg.* Q) ‖ 1. … suum] et Commentatorem in Caelo et mundo EL 112–114 et … eodem] *om.* (*hom.*) NR 112 possibile] posse LPQ 113 in[2]] *om.* ELPQ 113–114 si … eodem] *om.* L 115 idem] *om.* LPR ‖ sequeretur] sequitur MNW; non sequitur L ‖ falsum] *om.* ELPQR 117 posse[1]] possibile EL ‖ posse[2]] possibile ELR (*corr. ex* posse E) 118 in eo] eo B; in esse W; omni Q; *om.* ER ‖ eo[2]] quam LP 119 ubi supra] 8. Metaphysicae cap. 3 in fine *praem.* Q; 8. Metaphysicae cap. 3 in fine R; *om.* L ‖ posse] possibile ELR 122 quare] igitur R; quod BMN ‖ aeterno] Henricus de (hac *add. in marg.* Q) materia Quodlibeto 8 9 col. 5 ibi tamen sunt multa haec tota ratio in virtute quantum ad vim *add.* EM PQW; *cf. Henr. Gand.*, *Quodl. 8*, *q. 9* (*ed. Parisiis 1518*, *317D–318E*) 124 aut] vel ELP QW

105–106 Cf. Avic., *Prima phil.* 6, c. 2 (ed. Van Riet, 304) 110–111 Cf. Arist., *De caelo* 1, c. 12 (281b 16–17); Averr., *In De caelo* 1, comm. 119 (ed. Iuntina, 5:81A; ed. Carmody-Arnzen, 226–27) 117–119 Cf. Avic., *Prima phil.* 6, c. 2 (ed. Van Riet, 304)

non, necesse est Deum per infinitum tempus quiescere, antequam posset lapidem ab aeterno factum destruere. Si posset, accipio instans in quo potest. Ponatur quod in illo destruat. Ab illo instanti signato usque nunc tempus est finitum et ab illo per datum usque ad productionem lapidis in ante est tempus finitum; igitur totum finitum. Igitur ponendo lapidem ab aeterno ponis eum ex tempore. Multae sunt aliae rationes, tamen istae plus movent inter alia.

22 9. Item hoc patet per Augustinum *Contra Felicianum*, qui definit creaturam sic, quod creatura est ex eo, quod adhuc non est aut aliquando non fuit, omnipotentis Dei voluntate facta substantia.

23 Dicunt igitur isti omnino asserendo hanc partem quod impossibile est creaturam fuisse ab aeterno, non propter aliquam impotentiam a parte Dei, sed propter repugnantiam creaturae ad semper fuisse, eo quod posse non esse de se necessario duratione praecessit posse esse ab alio.

⌈OPINIO PROPRIA⌉

24 Verumtamen non videtur mihi quod istae rationes concludant nec scio aliquam rationem demonstrativam ad unam partem vel aliam. Ideo dicit Philosophus 1. *Topicorum* quod sunt problemata de quibus rationem non habemus, ut utrum mundus sit aeternus vel non. Quia tamen numquam volo negare divinam potentiam, nisi ego videam contradictionem in eo respectu cuius nego posse fieri – et non video contradictionem in hoc quod ponitur: mundum posse fuisse a Deo ab aeterno; et hoc praecise cum eius posse fieri vel esse, antequam sit, non sit aliquid positivum a parte sui, sed sola negatio repugnantiae ad esse, sed eius potentia positiva est sola potentia facientis –, ideo sicut Deus potuit ex tempore ponere creaturam, ita ab aeterno potuit, quantum est de potentia absoluta. Quare autem hoc non fecerit de facto, ipse novit.

⌈CONTRA OPINIONEM HENRICI⌉

25 Et istud praecise deberet Henricus dicere, qui tamen oppositum credidit demonstrasse; et hoc, si consequenter diceret dictis suis. Recitatum est enim su-

126 quo] primo *add.* ELP ‖ ponatur] ponitur EPQR; posito L 127 tempus est] fuit (*in marg.* Q) tempus ELPQ; tempus RW 131 hoc] idem *add.* BMN 134 quod … est] impossibile esse P; impossibile QR 135 propter[2]] propriam *add.* QR 141 vel non] *om.* EQR (*sed add. sup. lin.* R) 142 ego] *om.* LPW ‖ nego posse] nego hoc posse LP; negatio posset BMN 143 posse] *ante* mundum L; *post* fuisse BMN 143–144 a Deo] *om.* LR 147 ponere] facere BMN; producere EL 148 ipse] solus *add.* EL 149 Henricus] *post corr.* Q; hoc BM; ho (*unam litt. post* ho *eras.*) R; Hervaeus L 150 recitatum … enim] ELW (enim *sup. lin.* W, *ante* est L); recitatum est QR; nam (*sup. lin.*) recitatum est P; recitatis B; recitatum N; cerciter *(?)* est M

131–133 Cf. Ps.-Aug., *Contra Felician.*, c. 7 (PL 42, 1162; PL 62, 339) 139–141 Cf. Arist., *Top.* 1, c. 11 (104b 14–17) 150–151 Cf. supra, d. 1, q. 2, n. 10

pra quod ipse ponit essentias rerum in reali esse essentiae ab aeterno. Tunc sic: inter esse essentiae reale et quidditativum et ipsum eius exsistere non est aliqua repugnantia formalis quare essentia secundum reale esse essentiae habuit esse ab aeterno et non potuerit in se habuisse exsistere ab aeterno, quia si sibi repugnasset propter aliquam formalem repugnantiam inter ipsa, semper sibi repugnaret, et ita numquam esset in effectu; et certum est quod a parte Dei non est impedimentum, sicut ipsimet fatentur. Quare omnino haberent dicere mundum posse fuisse ab aeterno.

Item pro fundamento ponunt quod creatura non potuit fuisse producta ab aeterno, quia illud quod de se nihil est, non potest consequi esse reale nisi per mutationem, ita quod non esse duratione praecedat esse; sed talis mutatio non potest fieri circa illud quod semper habet esse. 26

Contra eos est argumentum: essentia creaturae de se nihil est secundum omne esse reale essentiae et exsistentiae, immo secundum totum illud quod ipsa est de se dicitur non esse et constitui in tali esse a causa exemplari Deo. Alioquin esset simpliciter necesse esse et per consequens determinatur ad singulare exsistere absolutum, sicut essentia Dei. Igitur secundum se mutari intelligitur a nihilo secundum essentiam de se ad aliquid secundum essentiam. Sed talis mutatio a non esse duratione praecedente esse non potest esse ad illud quod semper aliquid est. Cum igitur essentia creaturae semper aliquid sit causalitate suae formae exemplaris, non potest intelligi causari a Deo aliqua causalitate. Et ita vel erit a se semper, sicut Deus, si sit aliquid reale diversum a Deo, vel si non, erit totaliter novum et ex tempore; cuius oppositum ipse dicit. Haec specialiter sunt contra ipsum. 27

Item contra conclusionem. Si Deus produxisset creaturam ante omne instans signatum vel signabile in re vel intellectu, Deus produxisset eam ab aeterno, quia nihil est ante nisi aeternum; sed ante omne instans signatum in re vel in mente divina potuit de praeterito creaturam produxisse, igitur ab aeterno. 28

Sed dicunt hic aliqui quod non sequitur, quod si ante omne instans etc., igitur ab aeterno, quia ex infinito in potentia, quod consistit in semper accipiendo, non contingit inferre infinitum simpliciter in actu, cuiusmodi est aeternitas. 29

---

154 potuerit] potuit ELQW ‖ repugnasset] repugnaret BMNW 155 propter … repugnaret] repugnantiam semper sibi repugnaret *in marg.* W (*plura non leguntur margine corrupto*) ‖ aliquam] *om.* BMN 156 impedimentum] impotentia QR 159 ponunt] *ante* pro EL QR (ipsi *praem.* EL) ‖ producta] *om.* QR 160 est] *ante* de BMNW 163 essentia] enim *add.* EL; esse BMNW 164 ipsa] *om.* EL 166–167 exsistere] *corr. in* exsistens W; exsistens BMN 167 se] te EL 171 a Deo] *om.* ELP 173–174 haec … ipsum] *om.* L 173 sunt] *om.* QR 175 item] arguitur *add.* BMN 176 vel[2]] in *add.* MPW 177 est] *om.* LPQRW ‖ signatum] vel signabile *add.* LQR 178 potuit] potest BMN 179 quod[2]] quia MN; *om.* EL ‖ instans] *om.* BMNW 181 in] et QR

30 Sed istud non solvit, quia non infero infinitatem in actu in aliqua mensura propria creaturae nisi secundum quid, scilicet quod potuit fuisse sine initio, cuius tamen duratio fuisset infinita secundum quid dependens ab aeternitate Dei. Et hoc sufficit nobis, quod creatura potuit fuisse a Deo sine initio sui esse. Quod autem sua duratio sit actu infinita vel suum esse infinitum, non intendo. Ideo credo quod istud argumentum ita concludit sicut aliquod praecedens de alia parte; et ideo nolo negare potentiam Dei nisi viderem manifestam contradictionem.

⌈AD ARGUMENTA PRINCIPALIA⌉

31 Ad primum principale in contrarium, cum dicitur quod esset dare maius infinito, dico quod illud argumentum procedit ex falso intellectu infiniti, quia infinitum non est aequale infinito nec maius nec minus, eo quia prima passio quantitatis disiuncta est finitas vel infinitas, et passiones quantitatis finitae sunt aequale vel inaequale et maius et minus. Unde posito quod mundus fuisset aeternus, non fuissent plures revolutiones lunae quam solis, nec essent aequales revolutiones nec inaequales, sed utrobique revolutiones fuissent infinitae. Nec possunt etiam dicere quod aliquid finitum sit pars infiniti, quia infinitum multitudine non est totum proprie, quia totum et perfectum idem; sed non est perfectum, quia partis ad totum est proportio certa, finiti ad infinitum nulla. Unde Commentator super 3. *Physicorum* comm. 37: "nullum finitum potest esse pars infiniti". Unde imaginamur revolutiones solis ex una parte et lunae ex alia parte; tot scilicet sic loquendo possunt extrahi ex uno latere quot ex alio, quia quotcumque extraheres, remanent infinitae extrahendae. Nec etiam infinito potest fieri additio; unde revolutio hodierna addita infinitis praecedentibus non faceret plures vel pauciores. Ideo ignorantia infiniti facit homines frequenter male loqui.

32 Ad secundum principale, cum arguis quod in ordinatis ad invicem, si non est dare primum, nec ultimum etc., dicitur quod in habentibus ordinem non est

182 solvit] 174 ‖ infero] *fort.* E; infert BLP 183 creaturae] *om.* QR (*sed add. in marg.* R) 184 fuisset] duratio *add.* QRW 184–185 infinita … fuisse] *om.* E 184 infinita] finita BL ‖ quid] quod BMN 186 vel] et BMN 188 viderem] videam BMN; videre E; viderim W 191 aequale] essentiale ELMNQW (*sed corr.* MQW) ‖ maius] magis ELP ‖ eo quia] eo quod MPR; quia L 192 disiuncta] *post corr.* Q; discretae ELP ‖ aequale] essentiale LMQW (*sed corr.* MQ) ‖ vel[2]] et LMN 193 inaequale] inessentiale ELMQW (*sed corr.* MQ) ‖ et[1]] vel BMNW; *om.* L ‖ et[2]] vel BMN ‖ non] nec EPQW 194 plures] *om.* MN (*sed add. in marg.* M) ‖ aequales] essentiales QW (*sed corr.* Q) 195 inaequales] inessentiales EQ (*sed corr.* Q) ‖ sed] cum PQ (*post corr.* Q); nec E 197 idem] sunt *praem.* (*sup. lin.*) P, *add.* LM (*sup. lin.* M) 198 finiti … infinitum] RW (finiti *corr. ex* infiniti W); infiniti ad infinitum M; infiniti ad finitum *cett.* 200 alia parte] *inv.* BMNW 201 possunt extrahi] possum extrahere LP ‖ quotcumque] quantumcumque ELPQR ‖ extraheres] extrahis BMN; extrahes P; extrahas L 203 pauciores] et *add.* ELW 205–253 ad[1] … aliquae] *post l. 274* ELPQ

198–199 Cf. Averr., *In Phys.* 3, comm. 37 (ed. Iuntina, 4:102B–C)

necesse ponere statum et primum nisi in ordinatis secundum ordinem causae et causati; et in talibus, ubi prius est causa posterioris, necesse est ponere primum. Talis ordo non est inter revolutiones posito quod mundus fuisset ab aeterno, quia nulla revolutio est causa alterius.

Sed istud dicitur sine causa. Quare enim requiritur status in causis plus quam 33
in aliis? Item in causis et causatis non habet veritatem, quia si mundus fuisset ab aeterno, asinus esset ab asino sine fine et non esset dare asinum primum. Respondeo quod in ordinatis secundum ordinem causae et causati habet veritatem quod est dare primum, et si non, nec ultimum, sed non in quibuscumque causis et causatis, sed in causis essentialiter ordinatis, non in causis accidentaliter ordinatis ad effectum. Sed in causis essentialiter ordinatis ad effectum, si non est dare primam, nec mediam nec aliquam nec effectum productum. Probo quia in essentialiter ordinatis est dare primam causam, quia causare est simpliciter perfectionis; hoc autem omni causae causatae imperfecte inest, quia inquantum dependet ab alia; igitur causare est in aliquo sine aliqua imperfectione, quia quidquid perfectionis simpliciter est, si in aliquo est imperfecte, est in illo a perfecto; sed illud in quo est causare sine aliqua imperfectione non causatur, quia aliter dependeret et esset imperfectum; igitur in causis ordinatis est dare primum.

Sed certe istud argumentum bene concludit unam esse causam primam in uni- 34
verso, scilicet Deum esse causam primam et perfectam. Sed ex hoc non sequitur quin asinus fuisset ex asino sine fine, si mundus fuisset aeternus; vel si sic, esset dare unum esse asinum primum infinitae causalitatis, qui haberet causalitatem sine omni imperfectione.

Ideo ad argumentum dico quod non in omnibus causis (etiam ordinatis) est da- 35
re primam necessario, ita quod oppositum includit contradictionem, sed in causis essentialiter ordinatis ad effectum, non in causis accidentaliter ordinatis. Et quid voco causas essentialiter ordinatas et quid accidentaliter, aperio sic: causas essentialiter ordinatas voco illas quae de necessitate simul concurrunt ad effectum, ita quod de ratione effectus sit quod sit ab illis causis simul concurrentibus. Et impossibile est quod a talibus infinitis proveniat effectus; numquam enim causaretur. Sed de causis illis quibus nihil interest effectus multiplicatio in infinitum,

---

207 ponere] ultimum *add.* BMN 209 talis] sed *praem.* L; autem *add.* MN; enim *add.* B 211 quare enim] quare non PW; quia non BN; cum non M 213 esset[1]] fuisset LP; est E 214–217 secundum … ordinatis[1]] ad effectum et in causis essentialiter ordinatis non in causis accidentaliter ordinatis Q, *sed del. et* secundum … ordinatis *add. in marg.* 216–217 sed … essentialiter] sed in causis essentialiter non accidentaliter W 216–219 non … ordinatis] *om.* (*hom.*) L 217 sed … effectum[2]] *om.* (*hom.*) EPR (et si per se causis *suppl. sup. lin.* P) 218 quia] *corr. in* quod P; quod ER; *om.* Q 221 est] erit ELP 222 est[1]] *ante* perfectionis ELP || si … est[2]] in aliquo QR || perfecto] secundum illud *add.* QRW 227 ex] ab BEL 231 includit] includat BMN 235 et] *om.* BMN 237 sed] si MNW || effectus] *corr. in* de effectu est P; (*spat. vac.*) effectus R; effectuum (*post corr.*) Q; *om.* BMN || infinitum] in causis tamen accidentaliter ordinatis respectu alicuius effectus *add.* MN

eo quod accidit sibi ex illis dependere, potest bene esse infinitas. Verbi gratia ad esse cultelli exiguntur per se aliquae causae, movens, sicut faber, et instrumentum, quae simul concurrunt; et haec esse infinita est impossibile, quia ex hoc sequeretur infinita esse simul in actu concurrentia simul ad effectum. Sed quod cultellus factus a quodam fabro sene, qui multotiens instrumenta sua renovavit, sequitur multitudinem instrumentorum successivam, hoc est per accidens; et ideo nihil prohibet esse infinita instrumenta praecedentia istum cultellum, si faber fuisset ab aeterno. Et ideo est quod in causis per accidens nihil prohibet esse infinitas, quia non simul concurrunt ad effectum, et ideo non sunt infinita actu simul; in causis autem essentialiter ordinatis, quia simul concurrunt ad effectum, non possunt esse infinitae, quia tunc infinita essent simul actu.

36 Modo ad formam argumenti dico quod revolutio hodierna non praesupponit praecedentes necessario ordine causalitatis, immo nullo ordine causalitatis. Ideo hodierna posset esse, quantum est de se, etsi numquam alia praecessisset. Et ideo, quamvis sit dare revolutionem hodiernam, non est dare primam praecedentem, immo accidit sibi quod infinitae praecedant vel finitae vel aliquae.

37 Ad tertium, cum dicis quod tunc angelus qui movisset caelum per tempus infinitum, sciret infinita, respondeo quod hoc non sequitur ex argumento nisi per unum quod supponit, quod nihil sit oblitus. Sed bene sequitur quod in infinito tempore successive intellexisset infinita, et hoc nullum est inconveniens. Esto adhuc quod nihil sit oblitus; dico quod scit infinita habitu, non actu elicito. Et secundum multos per unam speciem numero possunt intelligi infinita obiecta materialia, sicut per unam speciem hominis infiniti homines, ita quod per unam speciem revolutionis possit cognoscere habitu omnes revolutiones quae fuerunt ab aeterno. Nec est minoris virtutis continere repraesentative unum individuum unius speciei quam omnia illius speciei propter naturam quae est eiusdem rationis in omnibus. Secus autem est de rebus diversarum rationum, quae omnes non

---

239 movens] moventes BMNW ‖ sicut] scilicet QR 241 simul²] *om.* ELP 243 sequitur] requirat BMN; requirit (*post corr.*) Q 244 esse infinita] *post* cultellum LP ‖ praecedentia] *post corr.* Q; praecedentium BMN ‖ istum] unum *add.* QR; unum E 245–246 esse infinitas] ipsas esse infinitas BMN; ire in infinitum LP 246–248 non² … non] *om.* M 247–248 in … actu] *om.* LR 247 in … ordinatis] in causis autem essentialiter EQ; causae autem essentialiter ordinatae BN 249 dico] *om.* EPQRW 250 immo … causalitatis²] *om.* (*hom.*) LW 251 etsi] si ELPQR 252 non] tamen *add.* EL ‖ dare²] tamen *add.* P 254 movisset] novisset BP (*sed corr.* P); voluisset QR 256 in] *om.* EMW (*sed add. sup. lin.* M) 257 est] *om.* EPQW 258 oblitus] tunc *add.* BMN ‖ scit] sit BENQW (*sed corr.* QW) ‖ habitu] *post corr.* Q; habitualiter LP ‖ non] tamen *add.* LM; autem *add.* B; in *add.* QR; *om.* P 259 numero] *om.* MN 260 ita quod] ita LP; sic EQR 260–261 unam² … revolutionis] speciem unius revolutionis MNW 261 possit] posset BQRW; potest L ‖ cognoscere habitu] *inv.* ELPQR 262 minoris] *post corr.* Q; maioris *cett.* 263 illius] individua eiusdem LP ‖ quae est] *om.* ELPQRW 264 non] *om.* ELPQ (*sed ins.* P, *add. sup. lin.* Q)

possunt contineri in aliquo habitu uno formaliter vel specie, sicut de hoc sermo erit infra et in tertio libro de anima Christi.

Ad quartum, quod sicut annihilatio posita realiter et duratione post esse ipsius 38
creaturae non compatitur durationem ipsius esse in infinitum in futurum, quia esse est realiter interruptum, ita si non esse creaturae ponatur in esse, ita quod aliquando realiter non fuisset duratione praecedente, suum esse non fuisset ab aeterno. Quamvis autem suum non esse aliquando realiter fuisset, quantum est ex se, quia tamen causa praeveniebat illud non esse, quod de se habuisset, dando esse, ideo non obstante illo non esse, quod sibi competit de se, potuit fuisse ab aeterno per causam praevenientem non esse per collationem esse.

[AD ARGUMENTA OPINIONIS HENRICI]

Ad primum opinionis, cum dicitur quod essent infinita multitudine et magni- 39
tudine, respondeo quod non, quia si repugnet infinito magnitudine et multitudine quod actu sit, sicut non potest aliquod infinitum tale fieri ab aliquo agente in hoc nunc vel in hac die propter repugnantiam et incompossibilitatem eius ad esse, ita nec posset esse vel fuisse ab aliquo agente per infinitum tempus. Ideo si Deus fecisset unum lapidem ab aeterno, de necessitate naturae rei ipse quievisset a factione alterius per infinitum tempus, quia aut faceret unum alium postea duratione aut natura solum. Si duratione, constat quod interciperetur infinitum tempus medium, quia post aeternum nihil est nisi novum; aut simul duratione, sed posterius natura, et tunc sicut non potest modo facere infinitos lapides simul, quia infinitum non est factibile, sic nec ab aeterno. Unde falsum est quod assumitur.

Similiter ad aliud de Adam et Eva, quod filius fuisset posterior duratione, et 40
ita non ab aeterno. Non enim est filius naturaliter propagatus coaeternus patri; et ideo per infinitum praecessisset pater filium et numquam ab illo fluxissent homines infiniti. Unde si quis daret quod homo fuisset ab homine sine fine et asinus ab asino, non deberet dare aliquem primum asinum vel hominem primum.

265 de hoc] *om.* ELPR 266 et] *om.* ELPR 268 durationem] et *add.* BMPW 269 esse[1]] suum *add.* QR ‖ est realiter] *inv.* BMN ‖ ponatur] ponitur EPQR 269–270 in … fuisset[1]] *om.* E 269 ita[2]] *om.* BMNQW (*sed add. in marg.* Q) 270 praecedente] ita *add.* LQ (*sed del.* Q) 270–271 ab … fuisset] *om.* (*hom.*) BMN (infinitum *add. in marg.* M) 272–273 de … quod] *om.* (*hom.*) B 273 ideo] illud MN ‖ competit] convenit BMN 275 primum opinionis] primum pro opinione LR; primam opinionis (op.) W ‖ quod] *om.* LP 276 repugnet] repugnat LP ‖ magnitudine … multitudine] multitudine et magnitudine ELPQR 277 sicut] sic LP ‖ infinitum] finitum BMN (*sed corr.* M) ‖ agente] agente *add.* QR (*sed del.* Q) 281 unum] et *add.* LP 288 pater] primum ELPQRW ‖ et[2]] dico quod BMN ‖ illo] alio BMNW; eis L 289 ab homine] *om.* LP 290 dare] daret E; dicere QR; *om.* B

266 Cf. infra, d. 3, q. 5; cf. Rob. Cowton, *In Sent.* 3, d. 14, q. 1 (cod. Oxford, Merton College 117, f. 192rb–192vb)

41 Item nulla consequentia est 'infiniti homines non potuerunt praecessisse hunc, quia tunc essent actu infinita multitudine, igitur Deus non potuit facere aliquid aliud extra se ab aeterno'. Modo tenentes oppositum dicunt hoc esse impossibile de qualibet re alia a Deo et accipiunt quod, quia generatio hominis non potuit fuisse sine initio, igitur nec productio alicuius creaturae. Et est conveniens ad intentum probandum. Sicut igitur Deus non potest facere infinitas animas in infinitis instantibus unius diei, ita nec in infinito tempore praecedente, quia infinitum includit repugnantiam ad esse actu, quia in sua ratione semper admixtum est potentiae, et ideo non potest esse simul actu.

42 Patet etiam ad tertium quod infertur, quod posito termino primo et ultimo essent media infinita, quod falsum est, quia ab uno homine posito numquam fluxissent infiniti homines.

43 Ad quartum, cum arguitur "infinitum esset finitum, quia omne pertransitum est finitum et omne tempus praeteritum est pertransitum, quia est acceptum", respondeo quod si tempus fuisset ab aeterno, fuisset totum praeteritum.

44 Et quando dicis "igitur pertransitum et acceptum, quod repugnat infinito", dico quod non omne praeteritum est pertransitum, sed solum illud praeteritum quod habuit initium et finem, cuiusmodi non est infinitum ex ea parte qua infinitum.

45 Et quando dicis quod totum est acceptum, dico quod aliquid esse acceptum est dupliciter: uno modo ita quod totum sit acceptum secundum initium sicut secundum ultimum, et tale acceptum est finitum et vere pertransitum; aliter quod solum accipitur ultimum, non principium, quia principium non habet, et tale quamvis formaliter sit praeteritum, non tamen est acceptum ex ea parte qua principium non habet.

46 Aliter potest dici quod praeteritum et futurum et praesens sunt differentiae temporis finiti, non infiniti. Unde posito quod tempus non cessaret nec motus, non possem dicere quod infinitum tempus est futurum, quia omne futurum aliquando erit praesens, tempus infinitum numquam erit praesens. Ita posito quod tempus

291 potuerunt] poterunt BMN; poterant W 292 Deus] *om.* ELPQRW 293 modo] ideo M; quia EL; *om.* PQR ‖ hoc] *om.* BMNW 294 quia] *om.* ELPQR 294–295 potuit] potest NW; possit M 295–296 conveniens … intentum] intentio conveniens ad B 295 conveniens] inconveniens W; consequens QR 298 in … ratione] sua ratio ELPQR 298–299 admixtum] admixta LPQR 299 potentiae] possibile W 301 infinita] dico *add.* BMN 303 esset] esse EPQRW (*sed corr.* W) ‖ quia] *om.* QR 304 est[1] … acceptum] cum sit praeteritum et acceptum L ‖ et] *om.* EPQR 305 si … praeteritum] tempus fuisset totum praeteritum si fuisset ab aeterno LP ‖ fuisset[1]] *post* aeterno QR; *om.* B 306 quod … infinito] *om.* LP 307 solum] *om.* EQR ‖ praeteritum[2]] *om.* BL 309 quod[1]] sic quia *add.* EPQR 310 ita] *om.* LR ‖ sit acceptum] ita *add.* LPQR; sic acceptum est W 311 vere] *ante* finitum LP ‖ aliter] alio modo L; aut BMN 312 non[1]] et *praem. sup. lin.* M; autem *add.* BN; et non L 313 formaliter] forte BMNW 316 non infiniti] *om.* LPW (*sed add. in marg.* W) ‖ non[2] … motus] cessaret LP ‖ cessaret] cesset BMNW 317 possem dicere] posset dici BLMN; posset dicere W 317–319 infinitum … infinitum] *om.* L 317 omne] *post corr.* W; quod est P; esse ER

fuisset semper, non possem dicere quod infinitum tempus est praeteritum, quia omne praeteritum aliquando fuit praesens, sed tempus infinitum non fuit praesens. Sed sicut possum dicere in futurum quod est accipere tempus post tempus sine fine posita hypothesi, ita possum dicere quod fuit accipere tempus ante tempus in infinitum et numquam est dare principium temporis. Et hoc est verum; et ex hoc sequitur quod nec est praeteritum nec acceptum nec pertransitum nec aliquid tale, cum omnia talia habeant referri ad finitum aliquid.

Ad quintum, cum quaeritur an fieri et factum esse sint simul, dico quod sic duratione, sed fieri praecessisset natura. 47

Et quando dicis "igitur et nunc, et sic creatura semper fieret et crearetur et produceretur, et idem esset creare et conservare", nego consequentiam, quia quando aliqua substantia naturaliter generatur, in termino motus simul duratione sunt produci substantialiter et productum esse, et tamen non sequitur 'sunt simul pro tunc, igitur semper postea sunt simul', ut semper dici posset 'nunc generatur res naturaliter vel producitur'. Ita quamvis pro aeterno produci creaturae et productum esse fuerint simul, non tamen nunc; sed sicut a Deo volendo creaturam esse secum ab aeterno fuit ab aeterno producta, ita volendo eam semper esse est a Deo conservata, et ita creari et conservari differunt saltem secundum rationem a parte creaturae, sicut producere et conservare in Deo. Tamen bene potest concedi quod creatura nunc et in quolibet instanti durationis suae accipit esse a Deo, quia in omni instanti, cum sit de se nihil et nihil esset simpliciter de se, nisi causa teneret ipsam in esse in quolibet instanti, accipit esse; quia tamen illud esse prius habuit, quamvis ab alio, non debet dici in quolibet produci vel creari proprie loquendo. 48

Ad sextum, quod tunc creatura producta fuisset de necessitate a Deo, dico quod non sequitur, quia si sic, omne quod fit fieret de necessitate, si causa esset bona, quia, dum fit, non potest non fieri, quia, dum fit, non habet causam impeditivam sui fieri. Et ita Deus de necessitate volendo ab aeterno creaturam esse in *a* tempore, de necessitate voluisset. Et idem inconveniens nunc sequitur, 49

321 possum] possem EMQR ‖ est] erit QR 322 possum] possem EQR; posset W 324 aliquid] aliquod BMNW 326 quaeritur] arguitur BMN ‖ an] aut BMNR ‖ sint] sunt L; fuissent BMNW 327 sed … praecessisset] licet non L ‖ fieri] *om.* EP QRW 328–329 crearetur … et[1]] *om.* L 328 et[5]] in esse semper *add.* BMN 332 posset] *ante* semper[2] QR; possit ELP (*ante* semper[2] LP; *ante* dici E) 334 esse[1]] *om.* BMNQ RW (*sed add. sup. lin.* MQ) ‖ fuerint] fuissent L; fuerit EPR; fuerat W ‖ a Deo] Deus *codd.* 335 secum … eam] secum ab aeterno producta ita volendo eam *in marg. inf.* W ‖ ab[1] … fuit] sicut creatura L ‖ ab aeterno[1]] *om.* EPQR (*sed add. in marg.* Q) ‖ producta] hoc posito *add.* BMN ‖ ita] ideo QR 338 instanti] productionis *add.* LP 338–339 durationis … instanti] *in marg.* Q ‖ quia … instanti] *om.* ELP 339 causa] prima *add.* EM (*sup. lin.* M) 340 accipit] accepti EL 342 necessitate] naturae *add.* ELP 343 fit … necessitate] fit fieret sic L; sic fieret fieret de necessitate BMN; sic fieret P 344 bona] quod *add.* LPQRW (*sed del.* Q) ‖ potest … non[3]] *om.* (*hom.*) E ‖ fieri] esse LPQ 345 de necessitate] *om.* BMN 346–347 et … aeterna] *om.* E 346 nunc] non BLPW

quod tunc, si creatura esset aeterna. Ideo dico quod causa contingens, quando causat, contingenter causat aliquid. Aliter numquam aliquid causaretur contingenter. Propterea causa, ut prior natura ipso effectu, causat ipsum contingenter. Et ita, quamvis Deus ab aeterno voluit creaturam esse in tempore, non tamen de necessitate simpliciter, sed contingenter, quia, ut prius est natura sua volitione, potuit non voluisse; et sic de creare, quod potuit, ut prius natura actu, non creasse. Quamvis igitur, dum ponitur, necessario ponitur in sensu compositionis, et ita sit quaedam necessitas secundum quid, tamen in sensu divisionis, ut prior est Deus sua actione, potuit eam non posuisse sicut non voluisse et non praedestinasse, quod tamen praedestinavit.

50 Ad septimum, quando quaeris an posse esse ab alio et posse non esse de se sint simul etc., ego quaero idem a te de essentia quam ponis aeternam: an posse non esse de se et posse esse ab alio ut a causa exemplari sint simul etc. Et sequitur essentiam non fuisse secundum aliquam causalitatem ab aeterno. Responde mihi et ego eodem modo tibi.

51 Ad argumentum tamen sic, quod quando loqueris de potentia ad esse, aut loqueris de potentia logica, quae est non includere repugnantiam ad esse, aut de potentia reali et tunc aut de potentia quae est differentia entis aut de potentia quae est alterum principium rei. Si primo modo, sic semper simul sunt in creatura posse esse et posse non esse in effectu; tamen non possunt simul ad actum reduci, ut simul sit realiter in effectu et non sit in effectu, sicut, dum sto, simul habeo potentiam ad ambulandum et ad sedendum, non tamen possunt potentiae simul poni in actu. Unde potentiae ad actus repugnantes non repugnant et sic semper ab aeterno fuerunt illae potentiae, sed alterum, scilicet posse esse, prius reducitur ad actum per causam dantem esse. Similiter si loquaris de posse esse et de posse non esse secundum quod potentia accipitur pro altera parte rei, sic adhuc simul est in potentia ad contraria. Si loquaris de potentia ut est differentia entis et dicas quod creatura ab aeterno potuit non esse, tunc est argumentum ad oppositum. Nihil

---

348 aliquid[1]] *del.* Q; *om.* BMNW ‖ aliquid[2]] *om.* ELPQ (*sed add. in marg.* Q) ‖ causaretur] causaret BNW 348–349 contingenter[1]] *om.* BMN 352 et] est *add.* BMN ‖ creare] creari BMNW ‖ ut … actu] *om.* BMN 354 divisionis] diviso QRW ‖ ut] et *praem.* EQR ‖ Deus] in *add.* QRW (*sed del.* Q) 355 et non] sicut non EP; et sic non L; non W; *om.* QR 356 quod] quem ELPQR 357 an] *vel* aut W; aut BMN 357–358 sint simul] sunt simul LN; simul M; *om.* R 358 a] de LMP 359 etc.] et una BMN; *om.* W 360 aliquam] *om.* BMNW 360–361 responde … tibi] respondeo igitur tibi eodem modo L 361 eodem … tibi] respondebo tibi eodem modo BMN; tibi R 362 tamen … quod] tamen dicitur sic quod R; tamen sic dico quod E; dico L; cum dicis quod W 364 quae est] *om.* EQW (*sed add. sup. lin.* Q) 367 sit[1]] sint LQR (*sed corr.* L*?*) ‖ sit[2]] sint QR ‖ dum sto] *post corr.* Q; de facto E; *om.* LP 371 similiter si] si autem EL ‖ de[1] … et] *in marg.* W 371–372 et … esse] *om.* (*hom.*) BMN 372 potentia] *om.* LP ‖ est] aliquid *add.* EL

enim est in potentia proxima ad non esse, nisi prius habuerit esse, sicut nihil est in potentia proxima ad aegritudinem, nisi prius fuerit sanus. Et ita sequitur quod creatura habuit esse aeternum, si ab aeterno fuit in potentia ad non esse; et ita de omnibus oppositis immediatis, quod si aliquid est in potentia proxima ad unum, est actu sub alio. Ex hoc ipso quod ponis creaturam posse non esse ab aeterno, est actu sub esse.

Tunc ad argumentum dico quod potentiae sunt simul ab aeterno, et non sic 52
quod aliquid positivum subtractum aliud a Deo ponitur in quocumque esse et sit indifferens ad esse in effectu et non esse, sed quod illud quod in se fuisset nihil ab aeterno, habuerit esse aeternum ab alio, ita quod illud, quantum de se est, fuisset nihil, nisi causa praevenisset dando esse. Simul igitur fuit nihil, quantum est de se, et aliquid ab alio. Et indifferenter esse aliquid ab alio potest praecedere esse simpliciter nihil, sicut fecisset, si fuisset ab aeterno, et esse nihil aliquid ab alio, sicut nunc de facto.

Ad octavum, quod necesse est concedere conclusionem. Sed tunc videtur quod 53
subtracta influentia Dei maneat, quia ponitur quod pro toto illo tempore quo non potest destrui subtrahit manutenentiam, et sic sequitur quod sit sine Dei manutenentia. Sed respondeo quod, sicut non potest poni quod creatura sit ab aeterno et tamen quod ab aeterno Deus eam non produxit, ita non potest poni quod sit ab aeterno et tamen quod ab aeterno manutenentiam subtraxit.

Ad illam definitionem creaturae quam dat Augustinus dicitur quod Augustinus 54
loquitur contra Arium, qui ponit Filium Dei creaturam puram. Et Augustinus volens probare Filium Dei non esse creaturam, quia per ipsum facta sunt omnia, accipit pro medio illud quod concessum fuit ab adversario, scilicet quod omnis creatura est, postquam non fuit duratione, et probat per evangelium quod non sic est de Filio Dei. Nec illa descriptio creaturae est de ratione creaturae, sed solum convenit creaturae ut nunc. Unde si aliquid ut lapis fuisset ab aeterno, non fuisset creatura ut Augustinus utitur creatura contra Arium, sed fuisset aliquid productum vel causatum.

---

375 enim est] *inv.* BMNW 375–376 non … ad] *om.* (*hom.*) B 375 habuerit] *post corr.* Q; habuit MN; fuerit in ELP; quando est R 375–376 sicut … sanus] *om.* EL 376 sanus] sanum PQ (*post corr.* Q) 377 habuit] habuerit BMN ‖ fuit] fuerit MN; sit QR 379 alio] tunc *add.* EPQR 380 est] ponis eam LP 381 dico] *om.* ELPQRW (*sed add. sup. lin.* P) 382 et] *om.* QR (*sed add. in marg.* Q) 383 quod[1]] *om.* BRW 384 habuerit] habuit ELQRW 386 esse aliquid] *inv.* P; est aliquid N; aliquid est (*del.*) Q; aliquid R; esse aliquid esse (*corr. ex* est) W 387–388 et … facto] et esse aliquid ab alio et est (*corr. ex* esse) aliquid ab alio sicut de facto P, *sed del.* 387 nihil[2]] vel *add.* Q; vel R; *om.* EL 389 octavum] argumentum *add.* EPQRW 390 influentia] manutenentia BM ‖ maneat] ille lapis *add.* EL 392 respondeo] dico R; responsio est ELPQ 394 sit … quod[2]] *om.* (*hom.*) BM 395 illam] *om.* LP 395–396 dicitur … Augustinus] *om.* (*hom.*) R 396 ponit] posuit PQ ‖ creaturam puram] creaturam esse puram P; esse puram creaturam L 400 creaturae[1]] *om.* LP ‖ creaturae[2]] eius BMNW 401 non] *post* creatura[1] (*l. 402*) ELP

[AD ARGUMENTA IN OPPOSITUM]

55 Ad illud in oppositum de Augustino: quomodo tenet consequentia 'si ignis fuisset aeternus, et splendor' et sic de aliis, patet apud Duns. Et dicatur hic quod auctoritas ponderatur minimum, quia potest teneri quod non possit esse creatura ab aeterno.

56 Ad alia argumenta in oppositum, quod quamvis antecedentia sint incompossibilia, consequentiae tamen sunt bonae et naturales, quia quandocumque consequentia tenet ratione alicuius loci, si salvetur ratio loci, salvatur ratio consequentiae. Verbi gratia, si sequitur 'homo currit, igitur animal' ratione qua homo est inferius et animal superius, ubicumque invenitur consequentia inter superius et inferius, talis consequentia vel consimilis consequentia erit bona, quia salvatur causa consequentiae, scilicet superius et inferius. Sed haec consequentia 'si ignis est aeternus, et splendor' tenet per locum a principio naturaliter productivo; et ideo, sive antecedens sit impossibile sive non, consequentia est bona et naturalis et ad propositum Augustini ad probandum Filii aeternitatem per hoc quod Pater est eius principium naturale naturaliter ipsius productivum. Sed in Patre tollitur impossibilitas ad esse aeternum; et quamvis hoc non tollatur in igne, tamen consequentia est bona et naturalis per locum a principio naturaliter productivo. Et haec responsio accipitur a Commentatore super 4. *Physicorum* cap. de tempore comm. 7, ubi vult quod, quando aliquod consequens sequi natum est ad antecedens, quandocumque ponitur antecedens, necesse est ponere consequens. Verbi gratia, quia dies sequitur ortum solis, ideo in quacumque hora ponitur sol oriri, sequitur diem esse, licet solem oriri in illa hora sit incompossibile; et hoc propter naturalem consequentiam diei ad ortum solis. Et similiter, dicit ipse, si aliquis volat, habet alas, licet incompossibile sit ipsum volare. Plus apud Duns, si oportet.

404 in oppositum] *om.* LW ‖ quomodo] quando EMW 405 dicatur] dicitur ELP 406 ponderatur minimum] multum (*post corr.* Q) ponderatur ELPQW; in hoc ponderatur R 406–407 quia … aeterno] ab aliis de alia opinione L 406 esse creatura] *inv.* EPQRW 408 alia … oppositum] cuius intellectum sciendum arguitur in oppositum P; cuius intellectum sciendum EL ‖ alia argumenta] argumenta QW; argumentum R 408–409 incompossibilia] impossibilia EM 409–410 consequentia] *om.* BLW 411 animal] currit *add.* MR 412 consequentia] *om.* ELPQRW 412–413 superius^{2} … inferius] inferius et superius LRW 413 vel … consequentia^{2}] *om.* BMN ‖ erit] est ELPR 414 causa] ratio LP ‖ scilicet] secundum ELP 415 naturaliter] naturali BMN 416 antecedens … impossibile] antecedens (*in ras.*) sit incompossibilis Q; ignis sit incompossibilis PR; ignis sit compossibilis EL 417 et] *om.* EW 418 eius] *om.* BMN ‖ ipsius] ipsum BMNQRW; *om.* L 419 impossibilitas] incompossibilitas ELPQR ‖ et] *om.* BMN ‖ tollatur] tollitur EPQR 422 ad] aliquod *add.* EL 424 ponitur] ponatur BMNW 425 sequitur] ponitur QR ‖ incompossibile] impossibile LQR 427 incompossibile] *in marg.* R; impossibile LM

405 Cf. Ioan. Duns Scotus, *Lect.* 2, d. 1, q. 3, nn. 142–44 (ed. Vaticana, 18:47) 421–427 Cf. Averr., *In Phys.* 4, comm. 93 (ed. Iuntina, 4:176F–G)

⌈Quaestio 6:
Utrum relatio creaturae ad Deum sit aliquid positivum additum differens re a substantia et essentia creaturae⌉

Utrum relatio creaturae ad Deum sit aliquid positivum additum differens re a substantia et essentia creaturae.

Quod non:

1. Quia enim accidens essentialiter dependet a subiecto, ideo dependentia accidentis ad subiectum non est aliquid positivum aliud ab ipso accidente dependente; aliter si esset aliud, cum ipsum dependeret a subiecto, esset in rebus extra infinitas actualis. Cum igitur substantia creaturae verius et essentialius dependet a Deo quam hoc accidens a subiecto, sequitur quod dependentia sive relatio creaturae ad Deum sit idem simpliciter quod essentia eius.

2. Item si relatio, ex hoc quod relatio est, diceret quid aliud secundum essentiam positivam a fundamento suo, cum in divinis sit vera relatio personae ad personam, igitur in divinis relatio et fundamentum dicerent duo diversa, et ita essent plures essentiae positivae in divinis et compositio; quod falsum est. Falsum est etiam in creaturis quod relatio componat cum proximo fundamento, quia secundum quod dicit commentator Boethii super 1. *De Trinitate* super illud "age nunc de relativis", praedicamenta negativa et relativa nullam compositionem faciunt.

3. Item ad principale: omnis res receptiva alicuius alterius rei differentis per essentiam posset poni (saltem potentia divina) sine illo alio reali cuius est receptivum. Si igitur relatio materiae substantialis ad formam esset res alia a materia et receptibilis in ea, posset materia poni in actu sine eo; quod falsum est.

4. Item illud quod potest de novo alicui advenire sine aliqua mutatione sui reali, non est quid reale aliud ab ipso; huiusmodi est relatio respectu fundamenti; quare etc. Minor patet per Anselmum *Monologion* cap. 25: "constat namque quod homini post annum praesentem nascituro nec maior nec minor nec aequalis sum nec similis. Omnes autem relationes has, cum natus fuerit, sine omni mutatione mei ad illum habere potero et amittere, secundum quod crescet vel per qualitates varias mutabitur".

---

1 utrum] sexto quaeritur *praem.* BMN 5–6 aliud … subiecto] *om.* L 6 aliud] *om.* EP QR ‖ rebus] re QR; relationibus W 7 et] actualius et *add.* LP ‖ dependet] dependeat NW (*post corr.* W); dependat BM 8 hoc] aliquod LP; *om.* QR 11 vera] mutua LP 12 igitur … divinis] et ELPQRW ‖ et ita] *om.* EL 13 falsum² … etiam] etiam BMNW; igitur etiam falsum est LP; falsum est igitur QR 17 alicuius … rei] alicuius rei BR; alicuius alterius P; alterius L 19 substantialis] substantis MN 24 sum] sive MR; *om.* BL 27 varias] medias LP; alias B

15–16 Cf. Gilb. Porr., *In Boethii De Trin.* (ed. Häring, 139; PL 64, 1291D) 23–27 Ans. Cant., *Monol.*, c. 25 (ed. Schmitt, 1:43; PL 158, 178C–D)

6 5. Item idem dicit Philosophus 5. *Metaphysicae*, quod altero mutato advenit relatio.

7 6. Item Algazel 3. *Metaphysicae* cap. 1: "permutatio relationis non facit permutari ipsum, sicut tu es ad dextram alicuius designatus relative. Si vero mutetur ille ad tuam dextram, fiet in eo permutatio secundum motum; tu vero permutatus non es".

8 Contra:

Philosophus in *Praedicamentis* cap. de substantia dicit quod diversorum generum non subalternatim positorum diversae sunt species et differentiae. Sed relatio est quoddam generalissimum et non subalternatim positum alicui de novem generibus. Igitur eius a quolibet alterius sunt diversae species et differentiae. Si diversae sunt species et differentiae, species relationis non erit eadem res alicui speciei alterius generis, cum idem et diversum dividant omne genus entis.

9 Item in omni genere primum in illo genere est maxime tale et alia sunt quae sunt participatione illius, in 10. *Metaphysicae.* Igitur in genere divisionis entis extra animam prima divisio est maxima; sed secundum Avicennam 2. *Metaphysicae* cap. 1 et Algazelem 1. *Metaphysicae* cap. 6 ens prima divisione dividitur in ens absolutum et comparatum, et ens absolutum in substantiam, quantitatem et qualitatem; igitur maior est prima quam secunda, et per consequens plus differunt dividentia prima quam secundaria. Sed hoc non obstante impossibile est eandem esse realitatem substantiae et quantitatis vel qualitatis; igitur impossibile est eandem esse realitatem absoluti et comparati et ita relationis et fundamenti absoluti.

28 idem dicit] idem EPQRW; *om.* L 30 1] 17 BMNW; 2 QR (.a. *add.* Q) 30–31 permutari] permutari et permutare QR (et permutare *del.* Q); permutare BPW (*post corr.* W); permuta[t-] M 31 designatus relative] designatur relatio ELP 35 cap. … substantia] *om.* LR 37–38 alicui … generibus] *om.* LP 38–39 si … relationis] igitur L 38 si] sed *praem.* EP; et *praem.* QR 39 diversae sunt] *post* differentiae QR 39–40 alicui speciei] speciei E; cum specie LP 41 maxime] *ante* est BMN; *post* tale QR ‖ alia] talia *add.* ELP 41–42 quae sunt] *om.* EL 42 illius] eius ELQR ‖ Metaphysicae] *om.* PQR (*sed add. sup. lin.* P) ‖ igitur] cum *praem.* QR ‖ entis] *om.* ELPQRW 43 est maxima] *om.* ELPQR (*sed add. sup. lin.* sic erit P) ‖ sed] *om.* PQR (*sed add. sup. lin.* P) 45–46 quantitatem … qualitatem] qualitatem et quantitatem EPQW; quantitatem etc. L 46 maior] divisio *add.* P ‖ prima] divisio *add.* EL 48–49 substantiae … realitatem] *om.* (*hom.*) L 48 quantitatis … qualitatis] qualitatis vel quantitatis PQ RW; quantitatis vel quantitatis et qualitatis E 49 esse] *om.* BQ

28–29 Cf. Arist., *Phys.* 5, c. 2 (225b 11–13) 30–33 Cf. Algazel, *Metaph.*, pars 1, tr. 3, sent. 1 (ed. Muckle, 63) 35–36 Arist., *Cat.*, c. 3 (1b 16–17); *Auct. Arist.*, n. 9 (ed. Hamesse, 302) 41–42 Cf. Arist., *Metaph.* 10, c. 1 (1052b 18–19, 31–32); *Auct. Arist.*, n. 239 (ed. Hamesse, 135) 43–46 Cf. Avic., *Prima phil.* 2, c. 1 (ed. Van Riet, 65–66); Algazel, *Metaph.*, pars 1, tr. 1, div. 1, c. 4 (ed. Muckle, 19)

⌈SOLUTIO

Articulus 1:

De relatione universaliter
Opinio Stoicorum et improbatio eius⌉

Hic est quaedam opinio primo universaliter de omni relatione, quod relatio 10
nihil est extra animam et per consequens nulla res realis est nec esse potest. Et hanc opinionem recitat Commentator super 11 comm. 20, quod relatio est debilioris esse aliis praedicamentis, ita quod quidam reputaverunt ipsam esse ex secundis
55 intellectis. Et istam eandem opinionem recitat Simplicius *Super Praedicamenta* cap. de ad aliquid, et dicit quod fuit opinio Stoicorum, ita quod secundum eos relatio nihil est exsistens extra animam in aliqua realitate, sed in anima tantum, ut similitudo nihil aliud sit quam conceptus mentis formatus circa duas qualitates conformes, puta circa duo alba.

60 Sed Simplicius hanc opinionem ibidem destruit tali ratione, quia intellectus 11
sic iudicans duo alba esse conformia, aut vere iudicat aut false. Si vere iudicat, igitur duo alba sunt inter se conformia; non quia iudicat ea conformia, sunt vere conformia, sed quia sunt, ideo vere iudicat ea conformia esse; et ita relatio est aliquid extra in rerum natura secundum propriam hypostasim. Si falsum iudicat,
65 vanus est intellectus talis et vanum est tale iudicium. Et tunc, ut dicit, hoc nomen relationis nihil haberet quod significaret nisi fictionem mentis. Et dicit quod vox vana esset et nomen inane, si nihil entium esset quod significatur aut concipitur, cum dicitur duplum, dimidium et sic de aliis. Ecce expresse dicit ipse quod relatio habet hypostasim et realitatem extra animam.

⌈Opinio Henrici⌉

70 Hoc tunc supposito pro certo, quod relatio sit quid positivum extra animam, 12
ad quaestionem dicunt aliqui universaliter de omni relatione reali quod non est alia res a realitate sui proximi fundamenti.

---

53 11] Metaphysicae *add.* LR 53–54 est … esse[1]] quam aliquod de *add.* BMN; est debilissimum esse Q; habet debilissimum esse omnibus (*om.* E) ELP 54 aliis praedicamentis] *om.* E 55 intellectis] *corr. in* intentionibus W; intentionibus LP 56 quod[2]] *om.* BW 59 conformes] formales LP 60 ibidem] *om.* ELPQR ‖ destruit] et *add.* BMN 61 sic] *om.* LQR ‖ vere[1]] vero MQW ‖ false] falso ELQW ‖ iudicat[2]] *om.* EL PQR 62 sunt[1]] *ante* igitur EQR; habet (*ante* igitur) P 63 quia] conformia *add.* L; vere *add.* BMN 65 vanus … iudicium] vanus est et vane iudicat et vanum est tale iudicium P; vane iudicat L ‖ vanum] vane BEMN 66 relationis] relatio ELQR 67 esset[1]] est BMNW (*corr. ex* esse W) 68 ipse] *om.* LPW 70 quid] *om.* ELPQR 71 aliqui] quod *add.* PQRW ‖ quod] *om.* P ‖ est] sit LP

53–54 Averr., *In Metaph.* 12, comm. 19 (ed. Iuntina, 8:306B) 55–66 Cf. Simplicius, *In Cat.*, c. de ad aliquid (ed. Pattin, 234–35) 66–68 Ibid. c. "eorum quae secundum nullam complexionem dicuntur" (93) 71–107 Cf. Henr. Gand., *Quodl.* 9, q. 3 (ed. Macken, 54–56)

13 Quod ponunt sic: relatio dupliciter consideratur: uno modo ut est medium intervallum inter duo extrema; alio modo ut est fundata in ipsis, non separata ab eis. Primo modo relatio est una duorum et est purus modus nullam habens in se distinctionem aut diversitatem, ita quod penes ipsum nullo modo accipitur genus aut species in genere relationis. Secundo modo, ut est in ipsis extremis, characterizatur ab ipsis et recipit realitatem et speciem et distinctionem; secundum quam characterizationem sumuntur in praedicamento relationis genus et species distinctae. Ex quibus duobus, scilicet ex modo et realitate quam habet per characterizationem a fundamento, integratur et constituitur hypostasis relationis, ita quod neutrum sine alio facit praedicamentum, sed modus simul cum tali differentia constituit rem praedicamenti relationis. Non tamen sic debemus intelligere quod res fundamenti secundum quod huiusmodi cadat in significato relationis cum habitudine, ut posuerunt aliqui, quia sic sequeretur, ut dicit Simplicius, inconveniens, scilicet composita facere genera et ex prioribus et secundis, ut ad aliquid ex quali et ad aliquid. Sed illud, ut dicunt, debemus sic intelligere quod habitudo, quae nuda est secundum se et non nisi modus quidam, characterizatur a fundamento in quo fundatur, ut per hoc fundamentum communicet illi modo realitatem suam, eo scilicet quod habitudo circumscripta realitate fundamenti purum modum dicit, non habens esse nisi in anima. Et ideo fundamentum in quo fundatur secundum condicionem suae realitatis dat ei realitatem, ut alia et alia sit habitudo secundum rem, secundum quod aliud et aliud est per se suum fundamentum. Quod declarant per exemplum quoddam: curvitas, quae de se dicit indeterminatam et communem rationem curvitatis nasi, cum curvitas habet esse in eo, dat ei propriam rationem curvitatis, quae dicitur simitas, habens per hoc rationem propriae differentiae a suo subiecto, propter quod etiam in definitionibus propriarum passionum cadit illud quod est per se loco generis et subiectum loco differentiae. Et est omnino, ut dicunt, simile hinc inde, nisi quia curvitas secundum se et absolute rem veram et absolutam significat determinatam secundum rem generis determinati, quae res sua est et qua est aliquid in essentia; habitudo

73 sic] quia *add.* ELP; quod *add.* QR 75 eis] eisdem EPQRW; ipsis L ‖ relatio] *om.* MQR 77 in genere] *om.* LP 78 et speciem] ab ipsis LP 81 a fundamento] *om.* LP 82 sine alio] *post* praedicamentum LP ‖ modus simul] ambo simul scilicet *praem. in marg.* Q; ambo simul scilicet modus BMNW 86 ad] *om.* EN 91 nisi] *om.* LW 93 suum] scilicet (*post* fundamentum, *ll. 93–94*) E; *om.* LR 94 quae] enim BMN 95–96 nasi … curvitatis] *om.* (*hom.*) E 95 nasi] nasus P; nasus autem BMN 95–96 cum … curvitatis] tamen curvitas sic accepta L ‖ cum … propriam] tamen curvitas quae de se dicit determinatam non communem P 96–97 per … differentiae] (per hoc *in marg.*) differentiae (*post corr.*) propriae rationem R; (per se *sup. lin.*) differentiae propriae rationem E; de per se propriae rationem Q; per hoc propriae differentiae secundum rationem LP 100 et^2 … significat] significat et absolutam BNP; signficat absolutam et (*sup. lin.*) M; absolute significat L 101 rem] rationem BMNP; respectum W ‖ quae] quia BMNP (*sed corr.* P)

85–87 Simplicius, *In Cat.*, c. de ad aliquid (ed. Pattin, 227)

autem non nisi modum rei omnino de se importat indeterminatum et secundum rem generis et secundum rem speciei, quia nullam realitatem habet ex se, neque secundum genus generalissimum neque secundum aliquam speciem contentam sub ipso, quia quod realitatem habet praedicamentum relationis secundum genus et speciem, hoc non est ex aliqua propria realitate quae ei debeatur ex se, sed illam quam habet solummodo ex suo contrahit fundamento.

Haec opinio certe, quia quodlibet verbum est eius.

Rationes quas tangit posui in quaestione propter brevitatem habendam et prolixitatem vitandam, tamen aliae tanguntur tales: 14

1. Si relatio esset alia res a fundamento, haberet esse in proprium sibi; et tunc, sicut est speciale praedicamentum ex habitudine ad aliud, sic esset aliud ex speciali modo essendi in, et essent plura praedicamenta quam decem. 15

2. Item si sic, tunc esset infinitas rerum extra animam, quia cuiuslibet rei ad rem potest esse relatio in infinitum, et tunc, qua ratione prima relatio diceret rem super fundamentum suum proximum, et secunda relatio adderet rem super primam, et tertia super secundam in infinitum. 16

3. Item illud quod est alii intrinseca ratio realis differentiae ab omni alio, est ei intrinseca ratio suae realitatis. Tale est fundamentum respectu unius similitudinis ab alia quae non differt realiter ab alia nisi quia albedo ab albedine. 17

4. Item omni alio circumscripto positis duobus albis sunt similia; igitur similitudo non est aliud realiter ab illis. 18

⌈Contra opinionem Henrici⌉

Contra istam opinionem: omne realiter determinabile sive characterizabile est aliquid reale secundum se secundum aliquam differentiam entis realis, potentiae scilicet vel actus, quia nisi esset realiter characterizabile, non posset realiter characterizari; sed non esset realiter characterizabile, nisi esset aliquid reale secundum aliquam differentiam entis (saltem entis realiter determinabilis). Sed habitudo ipsa secundum se est realiter characterizabilis a fundamento proprio et proximo; igitur est aliquid reale necessario secundum se secundum aliquam 19

---

104 genus … secundum²] *om.* (*hom.*) BMNPW 106 est] habet EL ‖ ex¹] eius QR ‖ aliqua] *om.* BMNPW ‖ debeatur] debetur EL; detur QR (*sed corr. in* debetur Q) ‖ ex²] secundum QR 107 habet] *om.* ELQRW 108 haec] est *add.* EL ‖ certe quia] ita quod ELQRW 109 rationes] *post corr.* Q; responsiones BEMNP (*post corr.* E) ‖ tangit] tangunt EQR 109–110 posui … tales] quae plus valent sunt istae L 109 in quaestione] breviter EQR 111 in proprium] proprium LPW (*corr. ex* improprium W) 114 item] et BMNP 116–119 proximum … fundamentum] *om.* B 117 secundam] et sic *add.* LP RW 118–120 item … albedine] *om.* L 119 unius] *om.* EQR 124 se] vel *add.* EL QR; et *add.* B 124–125 realis … scilicet] realis scilicet potentiae EL; scilicet potentiae realis QR 125–126 nisi … reale] aliter non esset realiter characterizabile QR ‖ realiter] *om.* EL

differentiam entis. Cuius oppositum dicis, quod nullam realitatem importat, nec secundum rem generis nec secundum rem speciei praedicamenti relationis.

20 Item quaero a te, si ex habitudine et characterizatione constituitur res et species relationis, puta similitudo vel aequalitas, secundum quod fundantur in qualitate vel quantitate, quid se tenet loco generis et quid speciei. Oportet dicere et dicis quod characterizatio se tenet loco differentiae, quia illa specificat et distinguit habitudinem in distinctis; et tunc sequitur necessario quod habitudo ipsa est loco generis. Igitur necesse haberes dicere quod habitudo ipsa intrat per se rationem rei praedicamenti relationis, puta rationem speciei realis, ut similitudinis et aequalitatis, sicut animalitas intrat rationem hominis; sed impossibile est quod aliquid sit de per se ratione rei realis nisi res; igitur habitudo ipsa aliqua res est. Vel si non, sed tantum ens rationis vel purus modus, numquam ex determinata characterizatione et illa habitudine constituitur res una alicuius unius praedicamenti.

21 Item quaero a te quid est illud per quod formaliter characterizatur habitudo illa sive intervallum illud, ut totum resultans dicatur similitudo et relatio realis. Aut est ipsa natura albedinis secundum se; et tunc sequeretur illud quod fugis, scilicet genera facere composita et similitudinem esse compositam ex quali et ad aliquid et ex absoluto et comparato, et ita res praedicamenti relationis non haberet conceptum unum nisi tantum per accidens ex prioribus et secundis, sicut superius est argutum. Aut est aliud ab albedine, tamen causaliter ei collatum ab albedine; et tunc sequitur quod, cum ratione illius dicatur similitudo res praedicamenti, ut dicis, quod alia sit realitas similitudinis et albedinis in qua fundatur; quod tu negas, quia illud causatum ab albedine et subintrans habitudinem constituendo speciem relationis non potest esse idem re cum albedine, quia nihil idem causat se ut sit secundum Augustinum 1. *De Trinitate* cap. 1.

22 Similiter exemplum de curvitate est contra intentum. Nisi enim curvitas esset aliquid reale, numquam realiter determinatur a naso ut diceretur simitas; quod etiam tu concedis. Igitur similiter: nisi ipsa habitudo etc., ut prius argutum est.

23 Item si illud characterizans formaliter habitudinem non sit formaliter ipsa albedo, sed aliud, tunc habitudo immediate fundaretur in eo; et si illud est sui generis, habitudo fundatur immediate in re proprii generis. Et sic sequitur primo proposi-

130 dicis] dicit quia dicit BMNP; ipsi dicunt L 132 et[1]] a W; *om.* EM 136–137 est … ipsa] *om.* (*hom.*) ER 137 necesse] necessario LPW 138 et] vel ELQR 139 rationem] naturam ELQR 142 constituitur] distinguitur EQR 143 a te] *om.* LW 148 nisi] sed QR; *om.* W 149 est argutum] fuit argutum L; arguisti EQRW 151–152 quod[2] … quia] quod tu negas quod MN; quia tu negas quod W 154 ut sit] *om.* BL 155–156 intentum … ut] *in marg.* E 156 aliquid] quid ELQR ‖ determinatur] determinaretur LQR 157 nisi] nec QR (*post corr.* Q) 158 characterizans … non] est characterizans formaliter habitudinem ut BMN; quod (*sup. lin.*) est characterizans formaliter habitudinem non P; characterizans formaliter dicit habitudinem quae non QR

153–154 Cf. Aug., *De Trin.* 1, c. 1, n. 1 (CCL 50, 28; PL 42, 821)

tum, quod habeat propriam realitatem aliam a re alterius generis, et inconveniens quod albedo sive qualitas non esset proximum fundamentum similitudinis; cuius oppositum dicit Philosophus 5. *Metaphysicae*.

Item contra opinantem: si haec est bona ratio et praecisa quare similitudo non 24
est aliud a qualitate nec aequalitas a quantitate, quia habitudo importata in aequalitate characterizatur et contrahitur ad determinatam speciem per fundamentum, tunc cum curvitas contrahatur per nasum ad certam speciem quantitatis, ut scilicet dicatur simitas, sequitur quod simitas et nasus sunt idem re, quia secundum Commentatorem super 7. *Metaphysicae* comm. 17 sic est simitas in naso, sicut aequalitas in quantitate. Et cum curvitas sit de intellectu simitatis, sequitur quod curvitas sit idem re ipsi naso, et ita substantia et quantitas sunt idem re; et eadem ratione de aliis praedicamentis, et ita etc.

Item contra conclusionem in se, quae multos habet fautores, probo primo quod 25
relatio omnis in creaturis sit aliud a fundamento et non idem realiter cum fundamento sic: nulla res est realiter eadem alii sine qua potest esse in effectu secundum totam rationem sui absque contradictione; sed albedo secundum completam rationem albedinis potest esse in effectu sine hoc quod sit similis, et potest etiam esse sub similitudine; igitur albedo et similitudo non dicunt eandem realitatem.

Maior est necessaria, quia est principium primum vel ipsum includens in in- 26
tellectu suo, quia dicere quod hoc et istud sunt realiter idem, et tamen hoc est in effectu et illud non, non est aliud quam dicere oppositum eius quod dicit principium primum, scilicet quod idem simul est et non est. Virtute enim ipsius quod impossibile est idem re simul esse et non esse probat Philosophus materiam realiter differre a forma, quia materia manet corrupta forma (1. *Physicorum*); similiter per hoc probat locum realiter differre a locato, quia locus manet recedente locato. Unde nega mihi maiorem; ego ponam hominem et asinum idem re et hominem esse et asinum non esse et omnia contradictoria.

Minor etiam patet. Sint duo albi; iam uterque est alteri similis realiter. Cor- 27
rumpitur albedo in altero; certum est quod destruitur similitudo in eo. Cum igitur relativa sint talis naturae quod posita se ponant et destructa se destruant, sequitur

161 habeat] habebat BNP ‖ inconveniens] est *add.* LW; esset *add.* R 162 cuius] quia ELQR; quod W 164 contra opinantem] contra hoc W; *om.* LR 169 17] quod *add.* EQW; dicit quod *add.* R 171 quantitas] qualitas QR 172 et … etc.] erit idem L; *om.* BERW 173 primo] *om.* EL 180 sunt] sint EMNW 181 non[1]] est *add.* NPW; *om.* BM 181–182 eius … primum] directe principii primi EQR; primi principii L; principium primum W 182 ipsius] istius EQRW; huius L 185 realiter] *post* differre EQRW; *om.* BL 188 patet] de se *add.* ELQR ‖ sint] sicut si *praem.* QR 189–192 altero … albedinis] uno tantum manet in altero non tamen similitudo quia relativa posita se ponunt etc. L 190 se[2]] *om.* BMNP

163 Cf. Arist., *Metaph.* 5, c. 15 (1021a 11–12); *Auct. Arist.*, n. 135 (ed. Hamesse, 125) 169–170 Averr., *In Metaph.* 7, comm. 17 (ed. Iuntina, 8:166K) 183–184 Cf. Arist., *Phys.* 1, c. 7 (190a 13 – 191a 22) 185 Cf. ibid. 4, c. 1 (208b 1–8)

quod similitudo in alio corrumpitur ex consequenti; et tamen manet vere albus secundum totam rationem albedinis; igitur albedo et similitudo differunt realiter.

28 Sed diceres quod similitudo adhuc manet negando Philosophum, sed secundum alium modum, non sub ratione similitudinis. Contra: saltem tantum datum est, quod sub ratione similitudinis non est iam; et tamen albedo vere est; igitur albedo et similitudo non sunt realiter idem.

29 Adhuc diceres: quodam modo adhuc similitudo manet, sed manet in abdito, non sicut ante. Contra: semper stat tamen istud, quod, sicut ante fuit, non fuit realiter idem quod albedo.

30 Item cum quidditas similitudinis sit in esse ad aliud, si non manet ad aliud, non manet; sed ad aliud non manet destructo extremo; igitur non manet simpliciter.

31 Item quaero quid intelligis per 'manere in abdito'. Verbum enim istud accipitur ab Augustino in illa quaestione utrum anima semper se intelligat. Et videtur ponere intelligere abditum ibi. Quod non potest nisi dupliciter intelligi: vel quod in actu elicito secundo novit se semper, sed non percipit semper se nosse propter alia quae cognoscit, vel quod novit se semper habitu (et hoc verum est, quia semper est praesto sibi ut cognoscatur, si super se ipsam convertatur). Si primo modo accipiendo 'manere in abdito' intelligas relationem manere in proposito, sed non percipitur (sicut cornu testudinis nunc se ostendit, nunc se retrahit, semper tamen manens illud quod est, quamvis non semper percipitur), tu destruis naturam relativorum simpliciter, quia secundum omnem doctrinam philosophorum et sanctorum relativa mutuo se ponunt et destruunt; et dicere quod sunt actu simul, et tamen non est correlativum terminans dependentiam relationis, hoc est album nigrum. Si secundo modo dicis, quod manet in habitu tantum, hoc non est actu manere, sicut intelligere solum habitu est non actu intelligere; et hoc est propositum.

32 Item secundum Philosophum actus et potentia sunt differentiae cuiuslibet entis immediate. Si igitur manet, aut actu aut potentia. Si actu, tunc sequuntur omnia

191 albus] albedo PQ; album R; asinus M 193 diceres] dicis BMNP || negando Philosophum] *om.* EL 194–195 tantum … est[1]] tantum dant esse N; tantum dant (*vel* datum*?*) mihi (*post corr.*) P; dant esse BM 197 quodam modo] quod immo EQRW; quod L 198 tamen] tunc ELQRW || quod] quia LW 200–201 si … aliud] *om.* (*hom.*) MN 202 istud] illud LPRW 203 quaestione] patet libro primo *add.* BEMNPQRW (*in marg.* E), *sed incertum quo spectet* 205–206 sed … habitu] vel habitu tantum EL (*sed del. et* sed … habitu *add. in marg. inf.* E) 205 semper[2]] *om.* QR 206 quod] quia QR 208 proposito] proprio fundamento EL 209 cornu testudinis] cornua testudinis EL; testudo (*post corr.*) W 210 manens] manet BL 211 quia] quod EL 212–213 sunt … simul] sunt actu similes QR; est (sit E) actu simile EL 213 est[2]] dicere *add.* LP (*sup. lin.* P) 214 album] et *add.* B; esse *add. sup. lin.* QR 217 cuiuslibet entis] *inv.* BMNP 218 actu[1] … actu[2]] manet actu et ELQRW

203 Cf. Aug., *De Trin.* 14, c. 6, n. 9 – c. 7, n. 10 (CCL 50A, 432–35; PL 42, 1042–44) 217–218 Cf. Arist., *Phys.* 3, c. 1 (200b 26, 201a 9–10); *Auct. Arist.*, n. 98 (ed. Hamesse, 148); Arist., *Metaph.* 9, c. 1 (1045b 32–35)

inconvenientia priora de relativis. Si in potentia tantum, hoc non tollit quin sit realiter aliud a fundamento sicut forma a materia, quamvis sit in ea in potentia.

Item, et est satis ad principale et contra istud datum pro responso, quod relatio non corrumpitur manente proprio fundamento, Commentator super 1. *Physicorum* comm. 70 loquens de materia prima: "accidit substantiae eius ut sit in potentia omnes formae, non quod potentia eius sit in substantia eius, quoniam si potentia esset in substantia eius, tunc esse eius destrueretur ablatione potentiae per praesentiam formae in actu, scilicet formae ad quam habebat potentiam ut reciperet. Et universaliter, si potentia esset in substantia eius, tunc substantia eius corrumperetur apud generationem et esset in praedicamento ad aliquid, non in praedicamento substantiae. Ex his patet", dicit ipse, "quod illud subiectum est substantia, non potentia neque privatio. Pars enim substantiae est substantia". Ecce quam expresse dicit respectum ad formam et privationem annexam corrumpi adveniente forma, et quod si potentia materiae, quae nominat respectum cum privatione formae, esset idem quod substantia materiae, materia in generatione corrumpitur. Non enim potest ipse videre quod essent realiter idem et quod unum corrumpitur reliquo manente, quin esset pura contradictio. Dicit etiam expresse quod respectus materiae corrumpitur in adventu formae. 33

Item si respectus et relatio manerent non manentibus extremis ut extrema sunt, sicut tu dicis, sequuntur multa inconvenientia fidei nostrae, quia si natura assumpta a Verbo de facto fuisset semper, sicut fuit Filius Dei, vel ante unionem saltem, tunc Filius Dei semper fuisset incarnatus, quia ipsum uniri naturae ad suppositum Verbi nulla res est alia quam ipsa natura plus quam ipsum non uniri. Tota igitur realitas incarnationis esset separatis natura et supposito Verbi, quia unio nihil est ultra naturam. Similiter, si dimitteret naturam, cum nihil reale corrumpitur, sequitur quod tota realitas incarnationis stat, et per consequens verum esset dicere quod Filius Dei esset realiter incarnatus. Quae omnia sunt absurda. 34

Item si inesse sive inhaerentia actualis quantitatis nihil est nisi quantitas, tunc facta transsubstantiatione quantitas est in subiecto sicut ante; nihil enim positivum amisit quod ante habuit. 35

219–220 sit realiter] *inv.* BMNP 221–222 et[1] … fundamento] *om.* L 222 manente] mediante MNW 223 prima] dicit *add.* BMNP 227 in] *om.* BMNPW ‖ substantia[1]] forma EQR (*sed corr. in marg.* Q); substantiae W 228–229 ad … praedicamento] *om.* (*hom.*) QR (*sed corr. in marg.* Q) ‖ non … praedicamento] et non EL 229–230 est … non] est positiva (positivum E) substantia non EL; est non MNP; nec est B 232–233 cum … formae] *om.* ELQR 234 quod[1]] aliqua *add.* ELQR 236 materiae] formae ELQR 238 sequuntur] consequuntur BMNP 239 vel] *om.* LW 242 incarnationis] *om.* EQR (*sed add. in marg.* EQ) ‖ est] reale *add.* QR (*in marg.* Q) 244 stat] staret LW; sit QR; *om.* E 247 transsubstantiatione] *vel* transmutatione BL; transmutatione *in marg.* W 248 habuit] igitur etc. *add.* LW

222–230 Averr., *In Phys.* 1, comm. 70 (ed. Iuntina, 4:41E–F)

36 Item responsio est pure contra Philosophum. Dicit enim Philosophus 7. *Metaphysicae* in fine: "dissolutis *a* et *b* non manet *ab*". Et tamen secundum te totum reale manet quod ante, et per consequens *ab* manet realiter, quia nihil realiter est in ipsis coniunctis quod non est in ipsis separatis, pro eo quod coniunctio nihil dicit ultra *a* et *b*.

37 Item tunc sequitur quod agens et patiens mutuo agerent et paterentur sine approximatione aliqua, quia approximatio nihil est in eis reale ultra substantiam utriusque. Vel si dicas quod approximata agunt et patiuntur, non approximata non agunt nec patiuntur, igitur approximatio aliquid est in eis quod non fuit in eis non approximatis.

38 Contra conclusionem principalem opinionis, quia praecedentia quasi sunt contra responsionem datam ad argumentum sexto loco factum contra opinionem: si realitas relationis esset realitas sui fundamenti, ita quod una sit realitas utriusque, tunc quanto fundamenta ipsa magis distinguuntur et differrent in realitate, tanto ipsae relationes magis differrent, ex quo utrobique differentia est penes eandem realitatem. Consequens falsum, igitur et antecedens. Falsitas consequentis patet, quia similitudinis fundamentum et aequalitatis, ut qualitas et quantitas, differunt genere, et tamen relationes sunt unius modi, scilicet modi numeri, et eiusdem generis proximi. Sed relatio modo potentiae et modo numeri fundantur in eodem fundamento numero, scilicet in calore, secundum quod per calorem aliquid est simile et calefactivum, et tamen relatio modo potentiae et modo numeri differunt genere proximo secundum doctrinam Philosophi 5. *Metaphysicae* cap. de ad aliquid. Sequitur igitur secundum datum, si esset consequentia vera quam dicunt, quod quae magis differunt magis essent realiter idem et quae plus conveniunt magis essent diversa.

39 Item plura eiusdem rationis omnino non possunt contineri in eodem numero per identitatem realem, scilicet plures coloreitates in eadem albedine. Sed idem

249 Philosophum] et philosophiam *add.* B; philosophiam MNP ‖ dicit … Philosophus] qui dicit LW 250 te] se NP; *om.* M 252 in[2]] *om.* BMN 253 dicit] sit LW 254 patiens] et *add.* EMNPQ (*sed del.* Q) 254–255 sine … reale] quia sine approximatione aliqua approximatio est in eis realis BMNP 255 substantiam] subiectum ELQRW 257 aliquid] reale *add.* LW 259 opinionis] in se LW ‖ quia] cum *add.* LW ‖ quasi] *om.* LQW 260 argumentum] supra *add.* MNP; s[m] *add.* B ‖ opinionem] arguo sic *add.* ELW 261 realitas[2]] re *add.* QR (*sed del.* Q); eadem realitas cum re E; eadem cum realitate LW 264 igitur … patet] *om.* LW 265 et[1] … ut] est qualitas et aequalitatis quantitas et R ‖ ut] et BMNP 266 scilicet modi] scilicet modo *in marg.* Q; scilicet R; *om.* ELW 267–269 fundantur … numeri] *om.* (*hom.*) ELQRW 269–271 differunt … igitur] *in marg.* E 270–271 secundum … aliquid] ex 5. Metaphysicae LW 271 secundum datum] ex datis EQR; ex dictis LW ‖ consequentia] conclusio BEPQR 274 in] uno *add.* W; uno et *add.* L 275 scilicet] sicut ELW

249–250 Cf. Arist., *Metaph.* 7, c. 17 (1041b 13–18) 269–271 Cf. ibid. 5, c. 15 (1020b 26 – 1021b 11)

fundamentum numero est fundamentum plurium relationum similium; patet de albedine eadem respectu plurium alborum.

Item istud videtur esse proprium divinae essentiae ratione illimitationis suae, 40
quod ipsa una numero exsistens fundet simul oppositas relationes reales per iden-
280 titatem realem relationum ad essentiam. Igitur hoc non videtur possibile alicui creaturae, quod una exsistens fundet simul oppositas relationes formaliter per realem identitatem relationum ad essentiam. Idem enim quandoque est activum et passivum, simile et dissimile. Igitur huiusmodi opposita non sunt realiter idem quod fundamentum.

285 Sed diceret aliquis quod bene probatur una negativa, scilicet quod relatio non 41
est eadem res cum fundamento, tamen ex hac negativa non sequitur affirmativa, scilicet quod relatio sit alia res, quia relatio non est res, sed modus rei, et ideo nec est res fundamenti nec alia res, sed modus rei tantum, nec sequitur 'distinguuntur sicut res et modus, igitur distinguuntur realiter sicut res et res'.

290 Contra: in primis tu recedis ab opinione praecedente, quia opinio expresse dicit 42
quod relatio non est alia res et etiam quod eadem est realitas relationis et fundamenti et quod dicunt eandem realitatem. Unde dicit quod, si relatio consideratur ut habitudo et sicut purus modus, sic non dicit genus relationis nec speciem, sed sic est in sola ratione; ut autem modus characterizatur a fundamento, recipit
295 distinctionem etc. Patet in opinione supra.

Item arguo contra te: relatio rationis facta circa rem opere intellectus est res 43
rationis secundum omnes; igitur relatio extra animam adveniens rei ex operatione reali circa ipsum vel aliud extremum est res extra animam et res realis.

Si dicas "non est res, quia diminutum quid est ab aliis quae sunt res absolutae", 44
300 istud simpliciter nihil est. Numquam enim aliquis loquens de relatione quaerit in ea realitatem absolutam nec tantam realitatem quanta est in absoluto. Si enim non dicatur res, quia non est ita perfectum in se sicut absolutum, tunc proportionaliter nec quantitas est res, quia non est ita perfectum quid sicut substantia.

Item quamvis modus consequens rem aliquam inseparabiliter ex natura rei, 45
305 sicut modus substantiae est substare vel per se stare, non sit res distincta ab ipsa

279 relationes reales] relationes (*in marg.*) reales E; relationes LQRW 281 fundet] in se *add.* ELQRW ‖ simul] *om.* LW 282 quandoque] quandocumque BMNP 283 opposita] relationes oppositae ELW 285 diceret aliquis] diceres LW 286 fundamento] suo *praem.* QR; tali *add.* ELW ‖ tamen … hac] sed ex illa ELW 287 scilicet] *om.* EQR 287–288 et … rei] *om.* (*hom.*) LW 287 ideo] ita EQR 290 quia opinio] quae LW 291–292 fundamenti] simultatis BNP; similitatis M 293 purus] primus MNP 295 etc.] *om.* BMNP ‖ patet … supra] *om.* LW 296 arguo … te] arguitur contra te EQR; *om.* LW 298 aliud] aliquod W; ad MNP; *om.* B 299 sunt] est LW 300 est] valet BMNP 302 in se] *om.* ER 303 est[2]] habet LW; reficit (*ante* non) Q, *sed del.* 304 inseparabiliter] in separatis BMN 305 sicut] *om.* BMN

295 Cf. supra, n. 13

essentia substantiae, eo quod formaliter nihil positivum dicit ultra substantiam, sed magis negationem dependentiae ad aliud, tamen quod modus adveniens rei et recedens re manente, cum sit quid positivum, non dicatur res alia, quamvis diminuta, nihil est.

46 Item quaero a te de paternitate, ut paternitas est, si est in eodem genere cum suo fundamento proximo vel non. Si sic (quomodocumque, directe vel per reductionem), cum genus fundamenti sit genus absolutum, non habemus aliquod genus nisi absolutum. Si est alterius generis et est positivum extra animam, est ens necessario; nihil enim est in genere aliquo, quod fugiat praedicationem entis. Sed ens et res sunt eiusdem ambitus et convertuntur; si enim aliquid est ens rationis, est res rationis et e converso, et si est ens reale, et res realis et e converso. Igitur cum necesse habeas dicere quod est ens aliud secundum rationem tuam, necesse habes concedere quod sit res alia a fundamento. Nec ego quaero nec aliquis quaerit quod sit res ita perfecta sicut res absoluta vel sicut fundamentum suum.

47 Sed diceret aliquis quod habitudo importata per paternitatem non est res aliqua de se nec in aliquo genere vel genus, sed solum est res et in genere reali ratione rei cui convenit habitudo, et haec videtur intentio magistri Henrici.

48 Contra: sicut absolutum mere habens conceptum mere absolutum, de quo natum est aliquid dici in quid, et est distinctum ab alio, et sic habet differentiam natam praedicari in quali, potest participare genus absolutum praeter hoc quod aliquid respectivum in se includit, sic respectus sive habitudo, ex quo vere potest concipi absque aliquo absoluto intrinseco sibi formaliter, potest de se praeter omne absolutum participare genus respectivum et ita recipere praedicationem entis et rei. Et ita relatio numquam erit res generis respectivi formaliter ratione alicuius absoluti nec e converso, cum ad aliquid secundum hoc ipsum quod est, id est secundum totam eius quidditativam rationem, sit ad aliud se habere. Et ideo substantia non dicitur ad aliud vel aliquod absolutum secundum Philosophum in *Praedicamentis.* Multa alia possunt argui de diversitate generum, quae in quaes-

306 formaliter] forte BMNP ‖ dicit] extra *add.* BP 307 quod] quia ELR 308 re manente] re remanente E; remanente re BMNP 310 a te] *om.* ELW 311 quomodocumque] quandocumque EM; quocumque B 311–312 per reductionem] propter reductionem BMNP; pro reductionem E; indirecte sive per reductionem W; indirecte L 312 genus[1]] igitur EPQR (*sed corr.* EQ) 313 animam] igitur *add.* ELW 314 fugiat] refugiat M; effugit LW ‖ sed] si BMNP 315 eiusdem] generis *add.*, *sed del.* Q; generis et *add.* R ‖ convertuntur] convertentur MN; convertitur Q 317 aliud] sicut BMNP; *om.* ELW ‖ rationem] responsionem BPQRW 317–318 necesse habes] oportet te LW 318 ego … nec[2]] *om.* (*hom.*) LW 321 nec … genus] *om.* L ‖ genere[1]] vere *add.* QR 323 sicut] omne *add.* BMNP 324 est distinctum] distinguitur P; distinguatur (*?*) B; distinctam MN 325 in quali] in quale W; in qualibet E; de quolibet quod BMNP; *om.* L ‖ genus] illud BMNP ‖ praeter] *in marg.* Q; per RW 326 vere potest] vere *add.* R; *inv.* BMNP 331 totam] *om.* LQR ‖ sit] dicit BP ‖ ad aliud] *inv.* BMNP

332–333 Cf. Arist., *Cat.*, c. 7 (8a 13 – b 24)

tione de actione et passione continentur, sed non fiant hic, sed in alia quaestione habent locum.

Item pro illa opinione sunt auctoritates: Commentator super 3. *De caelo* comm. 9: "comparatio enim accidens est separabile a re; res autem non separatur a se Secundum enim quod est respectivum, habet dispositiones contrarias et infinitas". Haec ille. 49

Item Avicenna 3. *Metaphysicae* cap. 1: "ad aliquid, inquantum est ad aliquid, est res accidens alicui necessario; similiter comparationes quae sunt in ubi et quando et in situ et agere et pati. Sunt enim dispositiones accidentes aliquibus in quibus sunt, sicut illud quod est in subiecto". Haec ille. Certum est quod ubi verum accidens est et acquiritur et amittitur, et similiter pati et agere; igitur et relatio sive ad aliquid, cum idem omnino dicat de uno et de omnibus aliis. 50

Item Avicenna 3. *Metaphysicae* cap. ultimo, et est de relatione: "non est relatio quae non sit accidens. Cuius prima accidentalitas est substantiae, sicut pater et filius". 51

⌈Articulus 2: De relatione creaturae ad Deum⌉

Alii autem propter rationes factas concedunt quod relationes reales creaturarum ad invicem sunt res vere praedicamentales praeter fundamentum, ita quod nihil fundamenti sit intrinsecum ipsi relationi, sed tamen relatio creaturae ad Deum non est aliud re ab ipsa essentia creaturae. 52

⌈Opinio Ware⌉

Sed isti bifurcantur; nam quidam dicunt quod creatura in ordine ad Deum est formaliter respectus quidam et dependentia. 53

1. Quod enim se toto dependet primo, est primo ipsa dependentia; sed creatura se toto primo dependet ad Deum, quia secundum quodlibet eius; igitur creatura in ordine ad Deum est totaliter ipsa dependentia. 54

334–335 sed² … locum] *om.* L 334 sed²] quia EW 336 illa] ista BPQW; alia L ‖ caelo] et mundo *add.* ELW 337 accidens] accidentis LW ‖ res … se] *om.* W ‖ se] re BR 340–342 ad¹ … et²] *om.* M 341 similiter] sibi BNP (*sed corr.* P) 342 aliquibus] animalibus BLMNPW 344 amittitur] admittitur BMNPRW; adimitur Q 344–345 igitur … relatio] igitur relativa LW; et relatio MNP; *om.* B 346 et … relatione] *om.* LW 353 nam quidam] quidam enim W; quidam L; nam quidem EM

334–335 Cf. infra, d. 14, q. un. 336–338 Averr., *In De caelo* 3, comm. 9 (ed. Iuntina, 5:179H; ed. Carmody-Arnzen, 502) 340–343 Avic., *Prima phil.* 3, c. 1 (ed. Van Riet, 104) 346–348 Ibid. c. 10 (173) 353–376 Cf. Guil. de Ware, *In Sent.*, q. 105 (Cod. Città del Vaticano, BAV, Chigi B VII 114, f. 98vb)

55 2. Item si lapis essentialiter dependeat ad Deum dependentia realiter differente a substantia, circumscribo illam dependentiam et quaero de substantia lapidis secundum se aut ipsa dependet formaliter aut non. Si sic, habetur propositum quod dependentia sui ad Deum est de eius intellectu vel est ipsa substantia formaliter. Si non, igitur est essentia alia a Deo, quae non dependet ab ipso.

56 3. Item quod relatio lapidis sit idem realiter lapidi ostendo, quia si est aliud in essentia et reali entitate, aut est ens participatum aut ens per essentiam. Non per essentiam, quia tunc esset Deus; nec ens participatum, quia tunc sua participatio est idem sibi vel proceditur in infinitum. Igitur similiter de lapide et sua participatione.

57 4. Item si esse ad aliud dicit rem aliam a lapide, igitur esse ad in Deo; igitur esse ad aliud removetur a Deo, sicut quantitas, pro eo quod dicit rem aliam a substantia quam extendit.

58 5. Item non obstante quod lapis sit aliquid in se et in genere suo, tamen in comparatione ad Deum est nihil secundum Anselmum *Monologion* cap. 31. Et similiter secundum Augustinum *De perfectione iustitiae* omnia creatori comparata sunt quasi non bona, quamvis in se bona sint. Igitur non obstante quod lapis ad se sit absolutum et bonum aliquid, in comparatione tamen ad Deum est tantum respectus et quasi non bonum.

⌈OPINIO DUNS⌉

59 Sed alii sunt qui dicunt relationem creaturae ad Deum esse realiter idem per identitatem cum substantia creaturae, non tamen est de formali ratione substantiae absolutae, ita quod possim dicere quod lapis non est ipsa dependentia formaliter, sed est quid absolutum ad se, et tamen eius relatio ad Deum non est aliud re, sed idem per identitatem solum, non formaliter. Hoc tamen non dicunt de omni relatione creaturae ad Deum, sed de omni relatione communi in ordine ad Deum,

358 item] pro opinione prima Ware *add.* EQR ‖ dependeat] dependeret LW 359 circumscribo] circumscribendo BMNP ‖ et] *del.* P; tunc *add.* LW; *om.* BEN 361–362 vel … formaliter] *om.* L 361 substantia] dependentia BMNP 363–367 item … participatione] *om.* BMNP 365 nec … tunc[2]] ens (*post corr.*) participatum igitur E; sed participatum igitur W; si participatum tunc L 366 proceditur] ibitur LW 368–370 item … extendit] *om.* BMNP 368 aliud dicit] *corr. in* addit E ‖ aliud] *om.* QR (*sed add. in marg.* R) ‖ esse[2] … igitur[2]] esse ad in Deo (*sup. lin.*) igitur R; esse ad (*del.*) in igitur Q; *om. (hom.)* ELW 369 esse … aliud] in Deo *add.* E; vel *add.* R; esse ad vel in Q (ad vel in *post corr.*); omne aliud LW 371 se] re BMNP 372–373 similiter secundum] *om.* LW 374 sint] licet BMNP ‖ ad] in ELW 375 est] erit EQW 376 quasi] *post* bonum EMQR; *om.* BNP 377 sed] quare BNP ‖ alii] haec opinio Duns *annot. in marg.* B 379 possim] possum BLPRW ‖ non] *om.* BMNPQ (*sed add. sup. lin.* BMPQ) 382 communi] omni creaturae *add.* BMNP

371–372 Cf. Ans. Cant., *Monol.*, c. 31 (ed. Schmitt, 1:49; PL 158, 184B) 373–374 Cf. Aug., *De perf. iust.*, c. 14, n. 32 (CSEL 42, 32; PL 44, 308) 377–430 Cf. Ioan. Duns Scotus, *Lect.* 2, d. 1, qq. 4–5, nn. 238–55 (ed. Vaticana, 18:80–86)

ut excipitur relatio unionis naturae assumptae ad Verbum; quae relatio eo ipso quod destrui possit manente natura humana, si separetur a Verbo, est aliud re a natura.

Primum autem declarant dupliciter, scilicet quod relatio communis omni creaturae ad Deum non sit aliud re a substantia creaturae: 60

1. Primo sic: omne inhaerens formaliter alicui, sine quo impossibile est illud esse cui inhaeret, est idem realiter illi cui inest; sed relatio lapidis ad Deum inest substantiae lapidis et impossibile est substantiam lapidis esse sine illa relatione ad Deum; igitur relatio est idem per identitatem ipsi substantiae lapidis. 61

Ponitur in maiore "omne quod formaliter inhaeret" etc., non sic "omne illud quod non potest esse sine alio" etc., quia unum correlativum non potest esse sine alio extremo, et tamen non est aliud extremum. 62

Minor probatur, quia contradictionem includit lapidem esse et Deum non esse (hoc est certum de effectu et causa in ordine essentiali, et maxime de prima causa); et contradictionem includit extrema esse et relationem non esse, quia non potest non esse nisi propter defectum fundamenti vel extremi; igitur etc. 63

Sed isti instant rationi iam factae quantum ad maiorem, quia si maior est vera, cum impossibile sit Deum ab aeterno non intelligere se intelligere creaturam et per consequens non se comparare ad creaturam intellectam, quia de necessitate naturae ipsam intelligit et etiam se ipsam intelligere, quia utrumque est perfectionis in Deo, igitur ista relatio intelligentis ad intellectum est ipse Deus secundum identitatem realem, et ita relatio rationis esset vera res; quod falsum est, igitur illud ex quo sequitur, scilicet maior rationis, sub qua accipitur minor vera, scilicet quod Deus de necessitate naturae et perfectionis suae intelligit creaturam et intelligit se ipsam intelligere; et ita dicitur fundare relationem rationis in intellectu suo ad creaturam intellectam. 64

---

383 excipitur] excipiatur LQW 384 possit] posset ELQRW ‖ manente] mediante BP ‖ separetur] separatur EQR 386 dupliciter] *om.* ELQW (*sed add. sup. lin.* Q) 386–388 scilicet … primo] *om.* L 388 alicui] aut LW ‖ impossibile] incompossibile MNP 390 substantiae] subiecto QR ‖ impossibile] incompossibile BEMN PW ‖ est] esset EQW 391 relatio] illa *praem.* QR; eius *add.* LW ‖ ipsi … lapidis] substantiae suae LW 392 ponitur … sic] probatur B ‖ ponitur] probatur maior quia *praem.* MNP; autem *add.* EW ‖ maiore] sic *add.* ELW ‖ non] *om.* MNP 396–397 de[2] … causa] in causa prima ELQRW 397 et[1]] similiter *add.* LW 397–398 quia … extremi] *om.* L 397 quia] relatio *add.* EW 399 isti] non *add.* BM NP 400 impossibile] incompossibile EMQ ‖ Deum] etiam *add.* ELQR; vel *add.*, *sed del.* W ‖ intelligere[1] … creaturam] intelligere se et (*del.* Q) intelligere (*post corr.* Q) creaturam EQR; intelligere creaturam et se LW 402 naturae] *om.* LW ‖ se … intelligere] intelligit (*in marg.* W) se ipsum (ipsam *post corr.* W) intelligere BMNW; se ipsum L 404 rationis] etiam *add.* MNP 405 vera] ista LW 406 Deus] quia Deus *add.* BMNP 407 ipsam] *post corr.* W; ipsum BELMNP ‖ dicitur fundare] fundaret Q; fundat R; fundare ELW

65 Sed dicunt quod maior debet intelligi, quando illud quod formaliter inest alicui, sic inest quod non potest non inesse; et cum hoc, quod insit ex natura rei cui inest, non ex causa extrinseca. Modo relatio quae inest Deo ad creaturam non inest ex natura rei, scilicet essentiae divinae, sed ex causa extrinseca circa eam, scilicet ex opere intellectus. Et ideo non sequitur quod sit idem per identitatem illi cui inest, et quod relatio sit realiter res quae Deus est. Sed in proposito relatio inest lapidi ad Deum ex natura lapidis et formaliter inest et incompossibile est ipsam non inesse, quare etc.

66 2. Item omnis relatio quae universaliter et de necessitate naturae convenit omni alii a suo extremo, non est accidens ei cui convenit et diversum ab eo secundum rem; sed huiusmodi est relatio creaturae ad Deum, quod convenit omni alii a Deo; igitur non est diversum re ab eo cui inest.

67 Probatio maioris, quia si esset aliud re ab eo cui inest, illud haberet habitudinem conformem ad Deum aut per aliquam habitudinem differentem re aut non. Si sic, procederetur in infinitum in rebus et essent actu infinitae res diversae realiter in quolibet. Si non, igitur nec lapis est aliud re ab habitudine sua ad Deum nec habitudo a lapide. Virtute enim maioris huius rationis tenet ratio Commentatoris contra Avicennam, quod unum super ens non addit rem aliam, quia tunc illud, cum esset ens, aut esset unum se ipso realiter etc. Patet ratio 4. *Metaphysicae* cito post principium.

68 Dicunt igitur isti quod relatio cuiuslibet creaturae ad Deum est idem per identitatem illi cui inest, sed non formaliter, sicut dixit opinio praecedens.

[CONTRA OPINIONES WARE ET DUNS]

69 Istae duae opiniones habent aliquid commune, scilicet quod substantia cuiuslibet creaturae et relatio eius ad Deum tamquam ad causam primam realiter sunt idem. Ex hoc immediate sequitur quod idem realiter continetur sub diversis praedicamentis primis, scilicet sub genere absoluto et comparato. Cuius contrarium dicit Anselmus libro *De grammatico* versus finem, ubi discipulus interrogat An-

409 inest] *om.* BMNP 410 inesse] esse BLNPQRW (*sed corr.* QW) 411 extrinseca] intrinseca QR ‖ inest[1]] *add.* in MN; est in LW 413 illi] alicui BMNP 414 et … est] *om.* L ‖ relatio[1]] ratio QW; ideo R 415 incompossibile] impossibile LQR; inde compossibile W 416 inesse] esse BMNP 417 et] *om.* BMNP 417–418 omni alii] omni (*sup. lin.*) alii Q; alii ELR; alicui W 418 et] nec LW; ad E ‖ diversum] diversa LW 419–420 sed … eo] *om.* M 419 quod] et QR ‖ omni … Deo] alii QR 420 diversum] diversa LW 421 aliud] a *add.* QR 423 procederetur] erit processus LW 424 nec lapis] lapis non BNR (*sed corr.* N) 425 maioris] *om.* EQR 426 super ens] *post* aliam LW ‖ addit] addat QR; cadit E 426–427 quia … ratio] *om.* LW 427 Metaphysicae] comm. 3 *add.* MN 430 sicut … praecedens] *om.* LW 432–433 sunt idem] *inv.* EQRW 435–436 interrogat Anselmum] quaerit LW

425–428 Cf. Averr., *In Metaph.* 4, comm. 3 (ed. Iuntina, 8:66K–67I) 435–437 Ans. Cant., *De gramm.*, c. 19 (ed. Schmitt, 1:164–65; PL 158, 578A)

selmum, si idem re possit sub diversis generibus collocari. Respondet: "quidem unam eandem rem non puto sub diversis aptari praedicamentis".

Sed diceres: "non asserit, ideo dicit 'non puto'"; verumtamen non possumus plus quaerere ab eo quam opinionem suam et dicit quod non putat, id est non opinatur. 70

Item Avicenna 7. *Metaphysicae* cap. 1: "non dico autem quod una res sub diversis contineatur generibus (hoc enim est quod ego refugio)". Ecce ille asserit. 71

Item Commentator super 8. *Metaphysicae* comm. 5 (in fine quasi) dicit contra illos qui posuerunt qualitates primas differentias substantiales elementorum quod ex hoc sequitur inconveniens, scilicet quod aliquid sit in se qualitas et respectu alterius sit substantia, ut calor in se est qualitas et respectu ignis substantia (secundum alios). Quod ipse dicit absurdum esse et subdit quod substantia non dicitur in respectu alicuius. Igitur eadem ratione impossibile est quod illud quod est in se substantia et absolutum, ut lapis, sit respectus vel respectivum in ordine ad Deum. 72

Item arguo ratione contra utramque opinionem. Secundum Philosophum 10. *Metaphysicae* in omni genere est dare primum et perfectissimum in illo genere, quod maxime et perfectissime habet naturam illius generis, et non solum naturam generis, sed cum hoc includit perfectiorem differentiam. Unde illud perfectissimum est perfectissima species generis, sicut in genere colorum albedo. Igitur et in genere relationis est dare aliquam relationem primam, quae maxime habet naturam illius generis; per cuius participationem dicuntur alia talia. Sed prima relatio creaturae simpliciter est relatio creaturae ad Deum; igitur illa maxime et verissime habet naturam praedicamenti illius. Cum igitur aliae relationes sint accidentia differentia realiter a suis fundamentis, ut alii concedunt, relatio creaturae ad Deum verissime erit accidens et maxime differens ab eo in quo fundatur inter omnes relationes quae rebus insunt. 73

436 si] utrum ELW ‖ respondet] Anselmus *add.* E; et respondet Anselmus (*om.* L) sic LW ‖ quidem] *om.* ELW 437 eandem] eandemque QR (*post corr.* Q) 438 sed diceres] et si dicas quod LW 439 quam] nisi LW ‖ et] quia LW; *om.* M ‖ id est] ideo *sup. lin.* E; *om.* QR 443 in … quasi] *om.* LW ‖ dicit] *post* elementorum (*l. 444*) LW 444 quod] quia BQR; *om.* L 446–447 secundum alios] secundum illos E; *om.* LRW 447 ipse … esse] est absurdum ut ipse dicit LW 448–449 in se] *om.* LW 451 arguo ratione] per rationes arguitur (*om.* L) LW 451–452 secundum … Metaphysicae] ex 10. Metaphysicae *post* generis (*l. 454*) LW 452 perfectissimum] perfectum BMNW 453 naturam[2]] illius *add.* BMNP 455 species] illius *add.* BMNP 456 aliquam relationem] *om.* LW 458 creaturae[2]] *ante* est BMN; *om.* PW (*sed add. sup. lin.* P) 461 et maxime] *om.* LW ‖ fundatur] et maxime differens *add.* W; et hoc maxime differens *add.* L

441–442 Avic., *Prima phil.* 7, c. 1 (ed. Van Riet, 354) 443–450 Cf. Averr., *In Metaph.* 8, comm. 5 (ed. Iuntina, 8:213F) 451–453 Cf. Arist., *Metaph.* 10, c. 1 (1052b 18–19, 31–32); *Auct. Arist.*, n. 239 (ed. Hamesse, 135)

74 Item si sic, tunc absolutum et comparatum non essent differentiae contrariae dividentes ens, quia Philosophus in *Praedicamentis* cap. de quantitate probat quod magnum et parvum non sunt contraria, quia tunc contraria inessent eidem, cum idem numero per comparationem ad diversa possit dici magnum et parvum. Cum igitur idem re dicatur absolutum in se et ad se et in ordine ad Deum sit ipsa dependentia sive comparatio quaedam secundum unam opinionem et secundum aliam idem quod comparatio ipsa, sequitur quod absolutum et comparatum non sunt differentiae entis oppositae.

75 Item dicere quod lapis est formaliter respectus (etiam in comparatione ad Deum) est simpliciter contra mentem Augustini 7. *De trinitate* cap. 2, ubi dicit quod omnis essentia quae relative dicitur etiam est aliquid excepto relativo, ut homo dominus et homo servus. Et hoc etiam dicit in divinis, ubi est maxima identitas relationis et illud cuius est. Unde dicit quod, si pater non est aliquid ad se ipsum, non est omnino qui relative dicatur ad aliquid. Lapis igitur est aliquid ad se et non formaliter dependentia; aliter non esset aliquid quod diceretur ad aliud.

76 Item omnis dependentia est alicuius dependentis et fundatur in aliquo, quia dependentia non subsistit vel exsistit in se, sed in aliquo ad aliud; alioquin posset poni quod quaelibet relatio exsisteret per se, non in aliquo sibi subtracto. Cum igitur creatura relative dicatur ad Deum, a quo realiter dependet, oportet dicere quod sit aliquid praeter dependentiam, in quo exsistat dependentia ad aliud.

77 Item creaturae inter se formaliter distinguuntur, quia sunt alterius rationis simpliciter, quia alterius speciei et generis. Sed illa distinctio formalis non potest esse per dependentiam ad Deum, quia relatio sive dependentia earum ad Deum est eiusdem rationis in omnibus.

78 Item quaelibet creatura dependet ad Deum triplici relatione; sed nihil idem numero est formaliter et formali identitate tria; igitur lapis non est formaliter dependentia sua qua dependet ad Deum.

79 Item in definitione lapidis non cadit respectus seu relatio; sed lapis non est formaliter aliquid quod non cadit in eius definitione; igitur lapis non est formaliter respectus (quod concedo).

---

464 cap. … quantitate] cap. de qualitate EMNPQ; *om.* LW 465 inessent eidem] simul inessent eidem L; eidem simul inessent E; simul essent eadem W 466 per … diversa] respectu diversorum LW ‖ possit] posset BMNP 475 et … est[1]] *om.* BMNP 476 qui] aliquid quod BMNP; quod (*post corr.*) E ‖ aliquid[1]] aliud BMNP 479 dependentia] secundum quod dependentia *add.* BMNP 480 dependentia] secundum quod dependentia *add.* BMNPQ (*in marg.* Q) ‖ non] *om.* LQ ‖ subsistit … exsistit] consistit LW 484 inter] in QR 485 speciei … generis] generis et speciei BLW 486 relatio sive] *om.* LW 488–489 ad … numero] *om.* M 488 relatione] *vel* ratione L; ratione BENPW 490 qua dependet] *om.* LW 491 non[1]] nulla QR; nullus W ‖ respectus … relatio] relatio vel (nec L) respectus LQR

464–465 Cf. Arist., *Cat.*, c. 6 (5b 32 – 6a 11) 472–476 Cf. Aug., *De Trin.* 7, c. 1, n. 2 (CCL 50, 247–48; PL 42, 935)

Item †6.† de argumento Philosophi 4. *Physicorum*, contra dicentes omnia ap- 80
parentia esse; et est sextum argumentum pro opinione in quaestionibus †tuis Richimendi† in quaestione illa utrum relatio creaturae ad Deum sit accidens. Vide, quia bona ratio est contra ponentem omnia esse relativa seu dependentias quasdam.

Item secundum Augustinum 7. *De Trinitate* cap. 8 et 2 similiter, si substantia 81
secundum se nullo addito sibi dicatur relative, substantia non erit substantia. Dicere igitur quod substantia lapidis secundum se dicatur relative, ita quod sit ipsa dependentia sive relatio ad Deum, est dicere quod substantia non est substantia; quod est contradictio manifesta.

[Contra opinionem Duns specialiter]

Contra opinionem secundam specialiter est Augustinus 5. *De Trinitate* cap. 19 82
de magnis: "quod igitur temporaliter incipit dici Deus quod antea non dicebatur manifestum est relative dici, ut cum dicitur refugium nostrum vel dominus noster, non tamen secundum accidens Dei quod aliquid ei acciderit, sed plane secundum accidens eius ad quod aliquid dici Deus incipit relative". Relatio igitur creaturae ad Deum est accidens ei.

Item Avicenna 3. *Metaphysicae* cap. ultimo: "non est enim relatio quae non 83
sit accidens. Cuius prima accidentalitas est substantiae, sicut pater et filius". Ecce quod relatio quae fundatur super substantiam est prima relatio in accidente. Et haec auctoritas est confirmatio quartae rationis per Philosophum 10. *Metaphysicae*.

Item Avicenna 6. *Naturalium* parte 5 cap. 2: "substantia ex se ipsa non refertur 84
ad aliud ullo modo".

494–498 item … quasdam] *om.* W 494–496 6. … Richimendi] vide sextum argumentum apud Ric- L 494 Physicorum] Metaphysicae ph- MN 495 et est] etc. BMNP ‖ opinione] prima *add.* QR; et *add.* B 495–496 tuis Richimendi] (*spat. vac.*) Richimendi R; tuis Ric^{i} E; t. et ethm̄d- BMNP 496–497 vide] in Deo BMNP; *om.* L 497–498 ponentem … quasdam] creaturas esse dependentias L 497 esse] formaliter *add.* BMNP 499 secundum Augustinum] Augustinus LRW ‖ 7] 9 BMNP ‖ et … similiter] et 2 QR; *om.* LW 500 nullo] modo BMNP 505 magnis] ubi dicit sic *add.* BMNP 505–506 quod^{2} … dici] *om.* W 506 relative] reale BN 507 quod] quia QR ‖ acciderit] accideret M; accidit EW; accidat L 508 aliquid] *om.* ELQRW 510 enim] *ante* est W; vera R; *om.* BLMNP 511 accidentalitas] actualitas PR; auctoritas M 513 Philosophum] in *add.* EQR ‖ 10] 4 QRW 515–516 item … modo] *om.* EQR (*sed add. in marg.* Q) 515 substantia] creatura W; ecce MN 516 ad aliud] ad aliquid Q; *om.* W

494–495 Cf. Arist., *Metaph.* 4, c. 6 (1011a 3 – b 22) 499–500 Cf. Aug., *De Trin.* 7, c. 4, n. 9 (CCL 50, 260; PL 42, 942) 504–508 Ibid. 5, c. 16, n. 17 (227; 923–24) 510–511 Avic., *Prima phil.* 3, c. 10 (ed. Van Riet, 173) 515–516 Avic., *De an.* 5, c. 2 (ed. Van Riet, 96)

⌈OPINIO PROPRIA⌉

85 Ad quaestionem igitur dico quod omnis relatio realis in creaturis est res differens per essentiam a suo proximo fundamento, sive sit relatio lapidis ad Deum sive creaturae ad creaturam. Et illud idem quod est relationi causa ut sit est sibi causa ut non sit alia entitas et alia realitas, sicut in aliis praedicamentis quod est causa homini ut sit est causa sibi ut non sit asinus. Nolo enim ponere rerum genera sic permixta, ut quodlibet praedicamentum sit aliud vel quod diversa comparatio eiusdem rei faciat ipsam nunc absolutam, nunc respectum purum. Sic enim ponerem hominem una comparatione esse rationalem et alia irrationalem et quaecumque alia absurda. Unde videtur quod multo rationabilius dicunt illi qui ponunt quamlibet relationem eandem rem esse cum fundamento suo, quam illi qui ponunt aliquam et aliquam non, sicut placet eis.

⌈AD ARGUMENTA PRINCIPALIA⌉

86 Ad primum principale, quando arguis quod plus et essentialius dependet creatura a Deo quam accidens a subiecto, sed dependentia accidentis etc., respondeo quod aequivoca est ‘dependentia’ hinc inde, ideo nihil ad propositum, quia accidens dependet a subiecto sicut forma a formabili vel actus a potentia informabili; creatura autem dependet a Deo sicut effectus a causa tam in esse quam in fieri, non autem sicut forma a subiecto; ideo aequivoca est ‘dependentia’.

87 Verumtamen, ut propius accedamus, quaero quid intelligis per dependentiam accidentis. Si inhaerentiam, dico quod inhaerentia non est idem re cum essentia quantitatis, quia quantitas est in sacramento altaris et tamen non inhaeret, et ideo potest esse sine respectu quem ultra quantitatem importat inhaerentia quantitatis. Sed non tamen potest esse quantitas sub opposito modo inhaerentiae, sicut est substantia, quia substantia (saltem perfecta) non inhaeret nec nata est inhaerere. Tunc argumentum est ad oppositum: respectus accidentis ad subiectum est aliud ab accidente, igitur sic in proposito.

88 Et quando arguis “igitur illud inhaeret aliqua inhaerentia”, verum esset, si inhaerentia simili modo compararetur ad utrumque, scilicet ad respectum quem

517 creaturis] creatura QR 518 suo proximo] *inv.* BMNP ‖ lapidis] creaturae LW 519 relationi] relationis BEMNP; relatio est W 520 non] *om.* ELQRW 521 causa homini] *inv.* BMNP ‖ ut[1] … sibi] ut sit homo est homini causa *in marg.* M ‖ causa sibi] *inv.* BENP 521–522 rerum genera] *inv.* BEMNP 523 eiusdem] *om.* LW ‖ purum] pure BMNP 525 alia] *om.* BMNP 525–526 illi … ponunt] ponentes LW 526 eandem … esse] esse eandem LW 527 placet] placuit BMNP 528 plus et] *om.* LW 529 sed … accidentis] *om.* LW ‖ respondeo] dico LRW 531 formabili[1]] formali BE LP (*sed corr.* P) ‖ informabili] informali BLP 532 creatura autem] sed creatura LW; creatura EQR 534 accedamus] accedam LQW 536 tamen] *om.* BEMNP 537 quantitatem] essentiam (*post corr.* E) quantitatis EQR; rem quantitatis LW 540 respectus] enim *add.* BMNPW ‖ subiectum] non *add.* QR (*sup. lin.* R) 543 simili modo] similiter LQR; aequaliter (*post corr.*) W

inhaerentia dicit ultra quantitatem et ad ipsam quantitatem. Sed non est sic, quia inhaerentia comparatur ad quantitatem, sicut ad illud quod inhaeret ipsa inhaerentia, sed non sic comparatur inhaerentia ad inhaerentiam, quia inhaerentia non inhaeret, sed est solum alteri ratio inhaerendi formaliter; et quia non inhaeret proprie, ideo non inhaeret aliqua inhaerentia.

Amplius aliquid infra ad unum argumentum pro opinione una quae ponit relationem creaturae ad Deum idem substantiae creaturae per identitatem. 89

Item argumentum non est ad propositum, quia modo loquimur de vera relatione in comparatione ad fundamentum, cuiusmodi est relatio creaturae inquantum serva ad Deum inquantum dominus. Et dico quod relatio est aliud re a fundamento, sed respectus quem importat accidens ad subiectum non est relatio vera de genere relationis propter quod non refert quantitatem. Et ideo non sequitur, quamvis huiusmodi respectus (aptitudinalis saltem) non sit re aliud ab eo cuius est, quod relatio praedicamentalis non sit res alia a fundamento suo. Duns super quartum aliter, consequenter ad opinionem suam; sed quia hic eum non teneo, non servit sua responsio modo. 90

Ad secundum argumentum, cum dicitur quod tunc in divinis esset compositio et diversae essentiae, dixi in primo libro quod nihil alicuius generis praedicamentalis dicitur de Deo, quia omne quod in genere est quocumque modo, est limitatum et determinabile, sive sit res praedicamenti sive modus; unde relatio praedicamentalis non est in Deo. Unde sicut sapientia transfertur a creaturis ad Deum et tamen non est in Deo accidens nec faciens compositionem cum essentia, sicut facit in creaturis, ut propter hoc dicatur in Deo alia essentia sapientiae, alia iustitiae, sic de relatione, quod non est accidens in Deo nec diversum quid per essentiam a fundamento; et ideo non facit compositionem, sicut est accidens in creaturis, et realiter componit. Vel si sic, igitur eadem ratione et sapientia. Solve tu unum et ego solvo aliud. 91

Et quando ultra adducitur quod, si relatio non componit cum fundamento, non est aliud re a fundamento, respondeo quod Boethius et commentator suus dicunt 92

545–546 ipsa inhaerentia] *om.* LW 548 non] *om.* LW 549 amplius … infra] quae (*sup. lin.*) amplius aliquid sit (*in marg.*) infra P; amplius ad idem infra R; amplius de hoc infra W; amplius dicetur ad illa L ‖ ponit] unam *add.* BMNP 551 loquimur] loquitur LRW 552 cuiusmodi] non *add.* BN 554 vera] nec LQW 556 saltem] *om.* LW 557–558 Duns … aliter] respondet *add.* E; aliter respondet Duns (*om.* W) hic LW 558 hic] *om.* BMPQR ‖ teneo] tenemus BMN 559 servit] mihi *add.* LW 560 argumentum] *om.* ELW ‖ compositio] comparatio LM 569 et[1] … componit] et aliqualiter componit EQR; et aliqualiter (*in marg.*) realiter componit W; et realiter compositi BP; *om.* L ‖ eadem ratione] *om.* LW 570 solvo] solvam QR; *om.* ELW 571 adducitur] additur LW ‖ si] *om.* BMNP ‖ relatio] in creaturis *add.* BMNP ‖ fundamento] igitur *add.* BMNP 572 a fundamento] *om.* BMNP

561–564 Cf. Rob. Cowton, *In Sent.* 1, d. 8, q. 1 (cod. Oxford, Merton College 117, ff. 55vb–57rb)

quod etiam non dicat rem aliquam, et ideo oportet quod intelligitur. Dicere enim quod album simile non est compositius quam album tantum non est principium primum, quamvis multum sit in ore hominum, quia non est propositio nota ex terminis, quamvis multi utantur ea sicut per se nota ex terminis. Sed oppositum est notum magis, quia universaliter, ubi est actus et potentia, ibi est compositio; et certum est quod relatio in creaturis aliquis actus est et est alicuius ad aliud; cum hoc etiam est subiectum in potentia; et ideo componit cum fundamento in creaturis. Verumtamen ideo dicit Commentator quod non facit compositionem, quia non facit aliquid compositius ad se, sed ad aliud, sicut non praedicat aliquid ad se, sed ad aliud. E converso res generum absolutorum componunt ad se et absolute et similiter praedicant; et ideo ad istorum differentiam dicitur relatio non componere nec rem praedicare, sed hoc non est simpliciter non componere, sed non componere sic. Et hoc alii dicunt, quod in divinis etiam essentia est quasi materia et relatio est quasi forma; igitur est ibi quasi compositio. Tamen qui vellet effugere, posset dicere quod relatio non componit cum fundamento, quia compositio est unitorum, sed unio non est unibilis. Unde relatio unit extrema relativa et componit ea ad invicem non per informationem, sed per mutuam correspondentiam ad invicem. Simpliciter tamen dico quod relatio apponit rem ad fundamentum et est ibi appositio realis, quamvis non compositio, ut utimur compositione rerum ad se.

93 Ad tertium, cum dicitur quod, si sic, materia posset poni sine respectu primo, accipit dubium apud multos, quod non probat, scilicet quod omne absolutum differens essentialiter ab alio potest poni sine eo. Exemplum apud multos: materia non potest poni absque contradictione sine forma.

94 Similiter falsum accipit in argumento, cum dicit quod non potest poni sine respectu et relatione ad formam. Patet manifeste contrarium per Commentatorem super 1. *Physicorum*, sicut argutum fuit supra. Ideo argumentum de forma est ad oppositum: fundamentum potest esse sine relatione, ut materia sine respectu ad formam adveniente forma, et album sine similitudine; igitur differunt re (quod verum est).

573 dicat] praedicant EQR (dicit *add.*, *sed del.* E) ‖ intelligitur] intelligantur LR; intelligatur W 576 quamvis … terminis[2]] *om.* (*hom.*) LW 577 magis] *om.* BMNP 579 cum[1] … est] cum hoc tamen QR; et BMNP ‖ potentia] ad illud *add.* BMNP ‖ componit] componitur BMN; non componit (*corr. ex* componitur) P 581 quia … compositius] *om.* LW (quia non facit *add. in marg.* W) ‖ aliquid[1]] *om.* QR 582 e converso] modo ELQ; modo quo R 583 et[1]] *om.* BMNP ‖ et ideo] *om.* BMNP ‖ istorum differentiam] differentiam talium BMNP 584–585 nec … sic] *om.* LW 585 et] ad E 587 vellet] vellent BMNP ‖ effugere] fugere BEMNP ‖ posset] possent MN; possunt BP ‖ relatio] *om.* ELQRW 588 unibilis] unibile EMN; *om.* BP 596 absque contradictione] *ante* poni E; *post* forma LQRW 597 non] *om.* BMNP (*sed add. sup. lin.* P) ‖ poni] primo BMNP (*sed corr.* P); *om.* E 599 super] *om.* BMNP ‖ fuit] est LPW 601 adveniente forma] *om.* BMNP ‖ igitur] ideo LQRW

599 Cf. supra, n. 33

Ad quartum, quando arguitur quod relatio advenit fundamento sine sui mutatione, igitur non est aliud re, medium est ad oppositum. Eo enim ipso quod advenit et advenit ut positivum, sequitur quod est aliud a fundamento et positive aliud et per consequens re aliud sicut entitate aliud. Si enim esset realiter idem quod fundamentum, non adveniret. 95

Et quando dicit Anselmus et alii quod advenit sine mutatione illius cui advenit, potest dici pro nunc quod verum est, sed non sine mutatione alterius extremi. Et haec mutatio tunc est ad aliquid absolutum in altero extremo per se, et per accidens est ad relationem surgentem, et accidentaliter per accidens ad relationem in alio extremo. Et mutatur saltem accidentaliter per accidens, quia aliter se habet nunc quam prius. Unde Simplicius super *Praedicamenta* cap. de ad aliquid: per omnem formam quantum ad esse quod dat mutatur recipiens ipsam; ideo mutatur non ad se, sed ad aliud, et similiter mutatur privative destructo alio extremo, quia privatur eo quod habuit, scilicet habitudine ipsa. Utrum tamen ad relationem posset esse mutatio sicut ad per se terminum, de hoc alibi. 96

Tunc ad auctoritates dico quod potest advenire relatio sine mutatione illius cui advenit per se et ad se, non tamen sine omnimoda mutatione accidentaliter per accidens et sui ad aliud. 97

⌈Ad argumenta opinionis Henrici⌉

Ad primum opinionis primae, quod tunc esse in eius esset distinctum praedicamentum, idem argumentum de omni alio accidente, quod esse in eius esset speciale praedicamentum. Sed ad hoc dixi supra ad primum principale quod esse in accidentis, puta coloris, non est relatio; ideo nihil ad propositum. Posito quod esse in aptitudinalis non sit aliud a re cui inest, non sequitur propter hoc quod relatio non sit aliud a fundamento. 98

Aliter, quia esse in est commune, licet non univoce, omnibus novem praedicamentis, ideo non est genus distinctum. 99

Ad secundum, quod sicut relatio non est relata, sed ratio referendi, sic relatio non est similis alii relationi, sed ratio assimilandi; vel, si sic, est praedicatio deno- 100

605 et[1]] *om.* ELQR (*sed add. sup. lin.* ER) 606 enim] entitate *add.* BMNP 610 et haec] *om.* BMNP ‖ ad aliquid] ad (*sup. lin.*) aliquod Q; aliquid BLMN; ad P 611 est] *om.* QR 611–612 surgentem … relationem] *om.* (*hom.*) BMNP 612 mutatur] tunc *add.* Q, *praem.* W ‖ saltem] tunc *add.* L 612–617 quia … alibi] *in marg. inf.* QR 613 ad] *om.* BM 613–614 aliquid] quod *add.* QR 617 posset] possit QR; potest E 618–620 tunc … aliud] *om.* EQR (*sed add. in marg. inf.* QR) 618 dico] *om.* LQRW 621–623 esset … praedicamentum] speciale praedicamentum faceret L 622 argumentum] sequitur BMNP 625 a re] re ab illo (ipso L) LW 626 non … a] non sit alia a EQR; sit eadem LW 627 licet … univoce] *post* praedicamentis (*ll. 627–628*) LW ‖ novem] decem BW; *om.* L 628 distinctum] cogita *add.* BPQ; de hoc cogita plus *add.* EW 629 sed] est *add.* BMNP

613–616 Cf. Simplicius, *In Cat.*, c. de ad aliquid (ed. Pattin, 225–26, 232–33) 623–624 Cf. supra, n. 86

minativa essentialis, sicut cum dicitur 'candor est candidus'. Et ideo argumentum deficit, ut patet in primo principali. Et Avicenna 3. *Metaphysicae* cap. ultimo dicit universaliter quod, si relatio refertur, non refertur alia relatione, sed se ipsa. Aliter etiam quam ibi quod Commentator non haberet pro inconvenienti quod relationes multiplicantur in infinitum, si extrema possent in infinitum multiplicari, sicut patet supra opponendo contra opinionem Henrici, versus finem.

101 Ad alia duo sicut ubi fiunt; vel si poteris cogitare, cogita.

⌈AD ARGUMENTA OPINIONIS WARE⌉

102 Ad primum opinionis Ware dico quod, eo quod se toto dependet, sequitur quod non est dependentia, quia dependentia non dependet, sed est tantum ratio dependendi.

103 Ad rationem opinionis Ware aliter: cum dicitur quod creatura se tota dependet ad Deum, verum est fundamentaliter, non tamen formaliter. Nam prius est intelligere aliquid ad se quam ad aliud secundum Augustinum. Ex quo dicto satis potest haberi quod nulla relatio refertur, quia praeter relationem qua refertur non est aliquid ad se. Et haec confirmatio responsionis ad argumentum supra de processu in infinitum.

104 Ad aliam rationem opinionis, cum dicitur "si lapis essentialiter etc., circumscribo illam dependentiam" etc., respondeo quod in re non potest illa dependentia circumscribi, quia stantibus extremis stat relatio. Sed in intellectu circumscribatur; et tunc dico quod intelligitur substantia lapidis, et non intelligitur in eo dependentia aliqua includi formaliter, sed intelligitur absolute. Nec sequitur 'igitur substantia illa non dependet', quia in re dependet, dum est aliquid; et illa dependentia quae excluditur per intellectum, in re excludi non potest. Sed tantum

632 ut] *om.* BMP ‖ Avicenna] *om.* LW 632–633 dicit universaliter] vult EQ (*in marg.* Q); *om.* LRW 633 si … refertur[2]] relatio refertur sed non refertur N; relatio refertur (et *add. sup. lin.* P) non refertur etiam BP; relatio refertur et non (*sup. lin.*) M ‖ alia relatione] *ante* non QR 636 sicut] *om.* BMNP ‖ patet supra] *inv.* BMNPR ‖ opinionem Henrici] Henricum ELW (*post corr.* E) 637 ad … cogita] *om.* LW ‖ duo] *om.* EQ ‖ sicut ubi] sicut ibi R; sic ubi BNP ‖ poteris] alia *add.* R; aliud *add.* E 638 dico] dicendum LW; *om.* EQR 641 ad … aliter] ad rationem opinionis Ware EQ; et tunc R; ad secundum LW 644 refertur[2]] referetur EQ; referretur W 645 haec … responsionis] hoc confirmat responsionem LW ‖ haec] est *add.* ER 647 ad … opinionis] secundum R; aliud LW ‖ etc.] *om.* BMNP 647–648 circumscribo] circumscribendo BMNP 649 sed in] sed si (*sup. lin.*) in Q; sed si W; si R; sed M 649–651 in … formaliter] *in marg.* M 649–650 circumscribatur] circumscribitur E; circumscribet BM NP (*sed corr.* P) 650–651 dependentia aliqua] *inv.* BEMNP 653 quae … intellectum] excluditur per intellectum quae BP; excluditur per intellectum quia MN

632–633 Cf. Avic., *Prima phil.* 3, c. 19 (ed. Van Riet, 180) 636 Cf. supra, n. 49 642–643 Cf. Aug., *De Trin.* 7, c. 1, n. 2 (CCL 50, 247–48; PL 42, 935) 645 Cf. supra, n. 100

sequitur quod substantia lapidis intelligitur, et nulla in ea intelligitur dependentia. Et sic potest intelligi et sic definiri; et ideo in intellectu lapidis nulla dependentia includitur. Unde substantia lapidis est illud quod fundamentaliter dependet et natum est dependere, sed non formaliter se ipsa nisi formalitate fundamentali, sed formalitate relativa non, sed per realitatem additam, cuiusmodi est ipsa relatio.

Ad aliam dico quod ens participatum potest intelligi dupliciter: uno modo 105 sicut quod participat et quod per se terminat causalitatem agentis; alio modo sicut quo participans participat. Relatio est ens participatum secundo modo, sicut quo aliud participat, non aliquid quod participat. Et ideo est et non per se creatur, sicut generatio est et non generatur, sed est quo aliud generatur; et tamen est aliud ab illo quod est generatum, quia lapis qui generatur est et generatio non est et est congeneratum sicut quo aliud producitur. Sic de relatione: est concreatum, quo aliud creatur; et tamen non sequitur 'est concreatum, igitur creatum', sed est fallacia secundum quid et simpliciter.

Ad aliam, "si esse ad" etc., respondeo quod ex hoc quod est ad non est res 106 vera (sed in hoc conveniunt relatio realis et rationis), sed ex fundamento, non formaliter, sed causaliter aliquo modo. Sed in divinis non accipit aliam realitatem propter actualitatem et simplicitatem, quia fundamentum non est in potentia.

Ad aliud, cum dicitur quod creatura in comparatione ad Deum est nihil etc., 107 dico quod sermo metaphoricus est, sicut dicit Damascenus quod angelus respectu Dei est corpus; quod non est sermo verus, sed metaphoricus. Et ideo dicit Anselmus quod creatura respectu Dei est quasi nihil, et Augustinus quod est quasi non bona. Unde pro tanto auctoritates dicunt talia, scilicet quod est non ens vel non bona, quia in infinitum exceditur entitas et bonitas creaturae a Deo, non quia creatura sit formaliter nihil vel dependentia. Sed quale est res in se, tale est cuicumque compares eam; unde comparatio non variat substantiam rei sive essentiam.

---

654 in … intelligitur[2]] in eo intelligitur BMNP; intelligitur vera esse in ea W; intelligitur in ea esse L 655–656 nulla … lapidis] *om.* (*hom.*) MW (*sed add. in marg.* W) 657–658 nisi … non] *om.* LW 658 ipsa relatio] *inv.* BMNP 659 aliam] aliud LW; alium E; tertium R 661 participat] *om.* BMNP 661–662 sicut[2] … participat[2]] et (*om.* L) non primo LW 663 est[1]] *om.* BEMNPQ (*sed add. in marg.* Q) 664–665 quia … producitur] *om.* L 664 generatio] *post corr.* R; lapidis *praem.* EQW; lapis M 665 de relatione] relatio LW 666 est[1]] *om.* BMNP ‖ concreatum] sic *add.* ELQRW 668–671 ad[1] … potentia] *post l. 680* LW 668 aliam] aliud cum dicitur LW ‖ ad[2]] aliud BMNPW ‖ respondeo] dico LRW ‖ ad[3]] aliud LW; *om.* BMNP 669 et] relatio *add.* LW 671 fundamentum] finitum MNP; factum B 672 aliud] tertium BMNP; secundum E 674 corpus] corporeus LW ‖ quod] qui ELW 675–676 et … bona] *om.* LW 676 auctoritates] sancti LW 676–677 scilicet … bona] *om.* LW 677 exceditur] differt NP; differunt B; dicetur M 678 quia] quod BMNP ‖ quale] qualis BL ‖ tale] talis LW

673–674 Cf. Ioan. Dam., *De fide orth.*, c. 17 (ed. Buytaert, 69)

[AD ARGUMENTA OPINIONIS DUNS]

108 Ad primum opinionis Duns, quod maior universaliter intellecta est falsa, quia subiectum non est in re sine propria passione, quia quamvis possibile sit intelligere hominem non intelligendo risibilitatem, tamen impossibile est hominem esse et non esse risibilem; et tamen risibilitas consequitur hominem ex natura rei et est verum accidens, in cuius definitione cadit subiectum sicut additamentum, secundum doctrinam Philosophi, licet sit accidens inseparabile. Commentator super 4. *Physicorum* comm. 94 super illud "et quia dignius est" dicit quod impossibile est quod tempus imaginetur nisi cum motu; et tamen ex intentione Philosophus et Commentator probant ibi tempus non esse motum. Sed isti sunt illius opinionis cuius fuit Plato, qui posuit tempus et motum idem, quia non separantur in esse, aestimantes quod illud quod sequitur rem sit ipsa res (et decipiebantur).

109 Similiter quod relatio creaturae ad Deum non potest non inesse lapidi lapide manente, non est propter identitatem realem relationis et fundamenti, sed propter incorruptibilitatem sui extremi, scilicet Dei; et non est intelligibile quod extrema maneant, ut extrema sunt, et quod relatio non maneat. Si enim ponatur unum album separatum, sicut ponit Plato, hoc album nunc generatum esset simile illi. Numquid propter hoc esset similitudo eadem realitas cum fundamento suo? Non secundum te, quia non est relatio creaturae ad Deum; et tamen non posset amitti similitudo hoc albo manente. Similiter non potest amitti relatio scientiae ad scibile scientia manente; et tamen non est relatio illa ad Deum sicut effectus ad causam essentialem primam, quae Deus est, sed relatio creaturae ad creaturam; et tu ponis quod sola relatio creaturae ad Deum est idem per identitatem ei cuius est.

110 Et quando instando contra maiorem dicis quod intelligis de relatione quae sequitur rem non ex causa extrinseca, certum est quod relatio creaturae ad Deum consequitur rem ex causa extrinseca, scilicet Deo ponente rem in esse, postquam

681 quod] dico *praem.* LW; quia BMNP 685 additamentum] *post corr.* W; *vel* additum B; additum ELM 686 inseparabile] unde *add.* QR 688 imaginetur] imaginatur EPR 690 motum] esse *add.* LW ‖ separantur] separetur BMNP; separatur E 691 et decipiebantur] et decipitur BEMNPR (*nisi* decipiuntur BNR); *om.* L 692–693 lapidi … manente] lapidi (*in marg.*) lapide manente E; lapide (lap-) manente MNP; lapis manente B; lap- maior W 695 quod] *om.* BMNP ‖ ponatur] ponitur EQR; poneretur LW 696 Plato] certe *add.* BMNP 697 numquid … non] et tamen propter hoc non esset similitudo eadem realitas cum suo fundamento etiam (et W) LW ‖ numquid] numquam BMNP 700 illa] creaturae ELW (*sup. lin.* E) 700–702 sicut … Deum] *om.* (*hom.*) W, *sed add. in marg.* sed creaturae ad creaturam et tu ponis quod sola relatio creaturae ad Deum 700–701 sicut … creaturam] *om.* L 701–702 creaturam … ad] *om.* (*hom.*) EM 703 quando] arguitur *add.* BMNP ‖ relatione] creaturae ad Deum *add.* QR 703–704 quae … relatio] *om.* LW 704–705 certum … extrinseca] *om.* (*hom.*) P 705 consequitur rem] consequitur rem non E; non consequitur rem non L; non consequitur rem ex natura rei nisi W

684–686 Cf. Arist., *Metaph.* 7, c. 5 (1031a 1–14) 686–688 Averr., *In Phys.* 4, comm. 95 (ed. Iuntina, 4:176M)

nihil erat; et quod est causa exsistentiae creaturae, est causa dependentiae eius ad causam extrinsecam. Et ita tu ipse solvis maiorem.

Ad secundum, cum dicitur in minore quod omni alii a Deo convenit relatio 111
quam importat creatura ad Deum, respondeo quod, si sic intelligitur, quod omne
710 aliud a Deo est creatura per se creata et per se relata ad Deum, sicut effectus per se ad causam per se, dico quod falsum est; multa enim sunt in creatura, quae non habent per se causalitatem, sicut per se terminus creationis vel productionis, cuiusmodi sunt respectus omnes paucis exceptis. Si tamen debeant excipi et privationes et negationes et principia rei intrinseca, sicut non per se generantur, ita
715 nec per se creantur; ideo talia non debent dici per se creaturae nec per se referuntur ad Deum, sed per accidens relatione qua totum refertur, sicut generantur per accidens generatione qua totum generatur.

Et quando dicis quod virtute maioris tenet ratio Commentatoris contra Avi- 112
cennam, dico quod verum est, et cum uno vero assumpto, quod ens sit de ratione
720 cuiuslibet et quod nihil sit quod non dicatur ens et per consequens quod non dicatur unum. Sed minor sub maiore tua est falsa, quia quaedam sunt quibus non convenit relatio creaturae ad Deum, ut dicantur per se creaturae, sicut per se terminus creationis. Patet per Augustinum 7. *De Trinitate* cap. 2: "omne quod relative dicitur est aliquid ad se excepta ipsa relatione; quapropter si pater (etiam
725 in divinis) non est aliquid ad se ipsum, non est omnino qui relative dicatur ad aliud". Ex quo manifeste patet quod relatio non refertur, cum non sit aliquid ad se ipsum excepta relatione.

Et sic terminatur quaestio haec. 113

---

708 minore] *vel* minori Q; minori LPR 709–710 respondeo … Deum] *om.* E 709 respondeo] dico LRW ‖ quod[1]] *om.* BMNP ‖ intelligitur] intelligas BMNP 710–711 et … se[2]] *om.* P 710 ad Deum] *om.* LQRW 711 dico quod] *om.* LW 712 terminus] *ante* per[2] LQRW 713 si … debeant] aliqua *add.* R; si tamen debeat aliqua EQ; si tamen (*om.* B) non debeant BM; sed tamen aliqua debet L; tamen aliqua debet *in marg.* W ‖ et] *corr. sup. lin. in* ut W 714 ita] *om.* BMNP 715 creantur] et *add.* LQW 721 quaedam] aliqua BMNP; alia E 724 ipsa relatione] *inv.* BMNP; relatione R 725 qui] cui BMNP QR 726 aliud] haec ille *add.* ELW 727 relatione] patet *add.* Q; ut patet *add.* R

723–726 Cf. Aug., *De Trin.* 7, c. 1. n. 2 (CCL 50, 247–48; PL 42, 935)

⌈Quaestio 7:
Utrum creatio passio addat aliquid supra creaturam⌉

Ex qua patet ad quaestionem qua solebat quaeri utrum creatio passio addat aliquid supra creaturam. Dico quod sic: relationem realem, de qua fuit sermo, et nihil aliud.

1 qua[2]] quae ER; quod W || solebat] solet LW || passio] passiva R; *om.* BMNP
2 sic] quia addit *add.* LW

⌈DISTINCTIO 2

Quaestio 1:

UTRUM TEMPUS QUOD MENSURAT MOTUM RERUM MOBILIUM CORPORALIUM SIT ALIQUID REALE EXTRA ANIMAM IN ACTU⌉

In distinctione secunda huius libri agit Magister de mensura naturae angelicae. 1
Et quia nos devenimus in cognitionem incorporalium et abstractorum secundum esse per ista corporalia et sensibilia, ideo primo quaero unam quaestionem de mensura rerum corporalium et mobilium, quae dicitur tempus, utrum tempus quod mensurat motum rerum mobilium corporalium sit aliquid reale extra animam in actu.

Quod non: 2

1. Quia si sic, aut est extra animam in actu secundum se totum aut secundum aliquam eius partem. Non secundum se totum et omnes eius partes, quia hoc repugnat successivo, nec secundum aliquam eius partem, quia nihil eius potest actu poni nisi instans; instans autem non est pars temporis. Quod probatur dupliciter, quia pars habet mensurare totum et aliquotiens sumpta reddit totum; sed instans non mensurat tempus, cum non sint unigenea nec eiusdem rationis. Item pars componit totum; instans non componit tempus, cum sit indivisibile (tempus autem, si esset, esset divisibile et continuum). Sequitur igitur quod tempus nihil actu sit extra animam, cum nihil eius actu sit.

2. Item secundum Philosophum 4. *Physicorum* cap. de tempore tempus est numerus motus secundum prius et posterius. Ex hoc accipitur quod de ratione temporis est numerus, quia cadit in eius definitione. Tunc sic: illud cuius esse dependet ex actione animae, non est aliquid actu extra animam, quia quae sunt aliquid actu extra animam, esse talium non dependet ab anima; sed esse temporis dependet ab anima; igitur etc. Minor probatur, quia cum tempus sit numerus et numerus non sit actu sine numerante, quae est anima, sequitur quod tempus non est nisi in anima. 3

1–4 in … tempus[1]] *om.* L 1 in … secunda] circa secundam distinctionem QRW 3 corporalia … sensibilia] sensibilia et corporalia W; corpora sensibilia BMNP 8 quia] *om.* BMNP 9 eius[1]] sui LQW 11 est] per se *add.* BMNP 11–12 dupliciter] primo *add.* LW 13 sint] sit LPW ‖ item] secundo quia LW 17 secundum Philosophum] Philosophus LW 20–21 quia … anima] *om.* L ‖ quae … animam] *om.* E 20 aliquid[2]] *om.* BMNP 22 igitur … quia] *om.* LW 23 sequitur quod] igitur LW

17–18 Cf. Arist., *Phys.* 4, c. 11 (219b 1–2, 220a 24–26); *Auct. Arist.*, n. 137 (ed. Hamesse, 151)

4 Contra:

Passio entis realis extra animam est aliquid reale extra animam; sed tempus est passio motus realis extra animam secundum Philosophum et Commentatorem 4. *Physicorum*; igitur est aliquid reale extra animam.

⌈SOLUTIO

OPINIO PLATONIS⌉

5 1. Ad istam quaestionem dicerent aliqui breviter se expedientes quod tempus est aliquid reale et actu extra animam, quia tempus et motus sunt idem realiter; et motus est aliquid extra animam; igitur et tempus.

6 Maior probatur, quia si tempus esset aliud a motu, sequeretur necessario quod, sicut haberet aliquod esse reale aliud a motu, ita haberet aliquam durationem sui esse proportionaliter. Aut igitur duraret se ipso aut alio mensurante ipsum. Si primo modo, eadem ratione hoc concedendum esset de motu. Si alio, quaeritur de illo et ibitur in infinitum; hoc est inconveniens; igitur etc.

7 Probatio minoris est, quia cum motus sit sensibile et appareat sensui multa corpora moveri et aliter se habere nunc et prius, negare motum esse extra animam est negare sensum.

8 Et haec est opinio Platonis, sicut recitat Commentator super 4. *Physicorum* comm. 92 (et est super illud capituli de tempore "ista igitur sunt dubitabilia"). Haec est igitur opinio quod tempus ultra motum non addit aliquid reale, sed partes motus sunt partes temporis, sed non quocumque modo, sed ut absolute transeunt super spatium, dicuntur partes motus, ut autem numerantur et copulantur ad terminum communem, sunt partes temporis; et ita unum et idem sub diversa ratione est mensura sui ipsius.

9 2. Item prius et posterius in motu sunt idem quod motus, quia sunt partes eius; sed tempus est prius et posterius in motu secundum quod numerata sunt; quare tempus et motus sunt realiter idem.

---

27 secundum … Commentatorem] ex LW 29 breviter … expedientes] se expedientes B; breviter QR; *om.* LW 30 et actu] *om.* LW 31 aliquid] *om.* LQRW ‖ et tempus] etc. MNP 33 aliquod] *om.* ELW 35 hoc] *om.* LQW ‖ esset] *sup. lin.* E; est LQ RW 36 hoc est] hoc esset BMNP; quod est LW 37 est] *om.* BLW 38 et[2]] quam LQ RW ‖ esse] *om.* LQR (*sed add. in marg.* L) 40–41 sicut … tempore] secundum Commentatorem 4. Physicorum 92 (*om.* W) cap. de tempore super illud LW 41 92] 43 BM NP ‖ dubitabilia] dubitanda BMNP; dubi[a] (*corr. ex* dubia) E 42 ultra motum] *post* reale LW 48 quare] igitur LRW

26–28 Cf. Arist., *Phys.* 4, c. 11 (219a 8–10); Averr., *In Phys.* 4, comm. 98 (ed. Iuntina, 4:178G)
40–41 Cf. Averr., *In Phys.* 4, comm. 93 (ed. Iuntina, 4:176D)

3. Item secundum mentem Philosophi tempus non est quiscumque numerus, sed numerus numeratus. Sed numerus numeratus est idem realiter cum re numerata; sed quod numeratur est motus; quare sequitur quod tempus est motus realiter. 10

4. Item sicut se habet quantitas ad substantiam corpoream, sic se habet tempus ad motum; sed quantitas non obstante quod sit mensura substantiae corporeae, est tamen realiter idem cum ipsa substantia; quare et tempus cum motu. 11

Probatio assumpti: cum enim quantitas sit continuitas substantiae corporalis et sit formaliter una numero per suam continuitatem, continuitas autem est ipsa substantia, quia secundum Philosophum et Commentatorem unaquaeque res est una numero per essentiam suam (4. *Metaphysicae*), igitur etc. 12

5. Item si quantitas esset aliud a substantia, aut esset prius ordine naturae ipsa positione partis substantiae extra partem aut quid posterius. Non prius, quia quantitas praesupponit in substantia illud in quo est habere partem extra partem, si differret realiter a substantia; aliter divisibile, cuiusmodi est quantitas, reciperetur in indivisibili. Nec est aliquid posterius, quia substantia non habet partem extra partem nisi per quantitatem; et ita si esset aliud a substantia, esset causa partibilitatis substantiae, non aliquid causatum a substantia, et ita prius eo quod est habere partem extra partem. Restat igitur quod non sit aliquid absolutum aliud a substantia. 13

6. Ad principale directe: sicut se habet aeternitas ad aeternum et aevum ad aeviternum, sic tempus ad motum; sed aeternitas non differt realiter ab aeterno nec aevum ab aeviterno; quare nec tempus a motu. Maior patet, quia secundum similitudinem et habitudinem mensurant. Minor probatur, quia illae mensurae se habent ad mensurata sicut aeternum esse ad aeternaliter esse et aeviternum esse ad aeviternaliter esse; sed aeternaliter esse et esse aeternum et aeviternaliter esse et esse aeviternum non differunt nisi secundum solam rationem; igitur tempus et motus sola ratione differunt. 14

---

52 quare … quod[2]] igitur LRW ‖ est[2] … realiter] et motus sunt realiter idem BM NP 55 quare … motu] *om.* LW 56 probatio assumpti] probo assumptum M; probo LW ‖ cum enim] quia cum EW; quia L 57 autem] *om.* ELW 59 igitur etc.] *om.* ELQ RW 69 ad[1] … directe] item LW 70 sic] se habet *add.* QR 71–72 quare … probatur] *om.* LW ‖ quia … mensurant] per similitudinem et habitudinem mensurarum QR 73–74 aeternum … esse[1]] aeviternaliter esse ad esse aeviternum (*om.* BMP) et sicut aeternaliter esse ad (et BM) esse aeternum BMNP 74–75 aeternaliter … aeviternum] esse aeternum et aeternaliter esse et aevi esse et aeviternaliter esse L; esse aeternum et aeternaliter esse W; aeternum esse etc. E; aeviternaliter esse et esse aeviternum et esse aeternaliter et esse aeternum N; aeviternaliter esse et esse aeternaliter et esse aeternum BP; aeviternaliter esse et aeviternaliter (*del.*) aeternum M 75 non … nisi] differunt BEMNP 75–76 igitur … differunt] igitur etc. LW; *om.* QR

50–51 Cf. Arist., *Phys.* 4, c. 12 (220b 8–9) 58–59 Cf. Arist., *Metaph.* 4, c. 2 (1003b 22–31); Averr., *In Metaph.* 4, comm. 3 (ed. Iuntina, 8:67B–C); *Auct. Arist.*, n. 113 (ed. Hamesse, 124)

15 Dicunt igitur isti quod tempus est aliquid extra animam, quia et motus, et quod sunt idem realiter, differentia secundum modum se habendi, quia illud idem quod dicitur motus absolute, dicitur tempus secundum habitudinem et respectum ad animam, ut numerabile vel actu numeratum.

⌈IMPROBATIO OPINIONIS⌉

16 Haec opinio quantum ad conclusionem in se est satis probabilis. Quia tamen est contra mentem Philosophi et Commentatoris, improbo eam primo ratione Philosophi et Commentatoris super 4. *Physicorum* cap. de tempore, comm. 7 illius capituli, quia, si sic, aut est idem omni motui aut motui primo. Si omni, tunc sicut plures sunt motus, ita plura tempora et tunc plures dies et plures noctes simul; cuius oppositum dicit sensus. Si motui primo, tunc si essent plures caeli, essent plura tempora, quia tunc essent plures motus primi. Conclusionem vero quod plura sint tempora habet Philosophus pro impossibili.

17 Item quando aliqua duo sic se habent quod proprietates eorum differunt realiter, et ipsa realiter differunt. Huiusmodi sunt tempus et motus, quia proprietates motus sunt velox et tardum, non autem temporis, quia velox et tardum definiuntur tempore (quia velox est quod in parvo tempore multum pertransit, tardum quod in multo tempore parvum); tempus autem non definitur tempore.

18 Item eorum definitiones sunt diversae; igitur et illa. Patet assumptum: motus est actus entis in potentia secundum quod in potentia, et tempus est numerus motus secundum prius et posterius.

19 Item sicut prius et posterius in motu sunt a priori et posteriori in spatio et sunt realiter differentia ab eis, quia possunt ab invicem separari manente spatio et priori et posteriori in eo, sic prius et posterius temporis sunt a priori et posteriori motus; et per consequens differunt realiter ab eis, cum effectus et causa non possunt esse idem.

78 idem realiter] realiter QR; *om.* LW 79 secundum] per LQRW 81 haec] et *praem.* BE MNP 82 mentem … Commentatoris] Philosophum et Commentatorem L ‖ Commentatoris] sui *add.* QRW 83 Physicorum] *om.* BEMNP 83–84 illius capituli] *om.* LW ‖ illius] vel comm. 93 totius libri *add.* BMNP 85 ita] et BMNP 85–86 et[1] … sensus] *om.* L 85 plures[3]] *om.* QR 87–88 conclusionem … quod] conclusionem quod QR; quod autem ELW 88 sint] sunt BRW ‖ tempora] simul *add.* BEMNP ‖ pro] inconvenienti et *add.* LW 90 differunt] sed *add.* LW; et *add.* B 91–92 et[2] … velox] *om.* (*hom.*) QR 92–93 quod[2] … parvum] e converso L 93 parvum] transit *add.* BMNP 94 eorum definitiones] quorum definitiones sunt diversae ipsa sunt diversa sed definitiones motus et temporis BMNP ‖ assumptum] antecedens quia LW; *om.* EQR 95 secundum … potentia[2]] etc. LW ‖ et tempus] tempus autem LW; tempus E 96 secundum … posterius] etc. LW 97 posterius] post BMNP 97–98 sunt[2] … differentia] realiter differunt LW 101 possunt esse] possint esse NQ; sint L; sunt W

83–84 Cf. Arist., *Phys.* 4, c. 10 (218b 1–5); Averr., *In Phys.* 4, comm. 93 (ed. Iuntina, 4: 176D–G)

Item eodem modo quo alii probant propositum suum, probo nunc meum sic: 20
continuitas substantiae est aliud absolutum a substantia; igitur continuitas motus est aliud a motu; sed tempus est ipsa continuatio motus; igitur tempus est aliud a motu. Probatio maioris: quantitas remanet sine substantia in sacramento altaris; igitur est aliud absolutum a substantia panis.

Si dicatur quod non remanet quantitas, sed qualitas tantum habens partem 21
extra partem, et illa partibilitas non est aliud a qualitate, sicut partibilitas substantiae a substantia, sed differt secundum modum se habendi, qui modus est ut pars sit extra partem non discontinuate ab invicem, contra: secundum Philosophum 6. *Physicorum* quantitati debetur partibilitas per se, qualitati per accidens; sed contrarium dat responsio, quia ponit quod ipsa qualitas quae remanet in sacramento altaris sine substantia panis est idem quod ipsa qualitas ut est habens partem extra partem, et ita qualitas esset partibilis et extensibilis per se.

Item si sic, tunc a pari esset quantitas idem qualitati et substantiae. Et tunc 22
sic: quae sunt realiter idem in tertio, sunt realiter idem inter se. Cum igitur qualitas et substantia sint realiter idem quantitati, sunt realiter idem inter se. Et tunc periret realis distinctio praedicamentorum, et tunc omnia essent idem et unum ens secundum errorem antiquorum ponentium tantum unum esse.

Item tunc plures dimensiones essent simul in eodem, sicut plures qualitates 23
extensae et etiam subiectum extensum. Et cum in eodem sint plures qualitates, sicut calor, humor et sapor, et ubique in corpore secundum longum, latum et profundum, plura corpora essent simul.

Item si sic, tunc substantia panis transsubstantiati esset de se extensa; et tunc, 24
sicut transsubstantiatur substantia panis, sic et extensio eius; et esset corpus Christi in altari dimensive, sicut illud quod immediate transsubstantiatur est quid dimensionatum actu. Si dicas quod substantia panis transsubstantiatur et non dimensio eius, sequitur quod non sunt realiter idem.

---

102 nunc] *om.* LQW 104–105 sed … maioris] antecedens patet quia LW 105 sacramento altaris] altari LW 106 igitur est] item est E; sicut LW ‖ substantia panis] pane LW 107 qualitas] quantitas BE ‖ tantum] tamen LW 108 extra] *post corr.* Q; post ELW ‖ non] et *praem.* EW; et ideo BMNP ‖ qualitate] quantitate BEMNP 110 discontinuate] *post corr.* Q; distincte BEMNP ‖ ab] ad BRW 111 per[1]] secundum BEMNP 112 sed] cuius ELW ‖ dat] dicit ELW ‖ qualitas] quantitas EMQR 113 qualitas] quantitas BEMNP 114 extensibilis] extensa BEMNP 115 quantitas … qualitati] quantitas (*corr. in* qualitas M) idem quantitati BEM 116–117 qualitas … substantia] substantia et qualitas QR 117 tunc] sic LW 118 tunc] ita LW ‖ idem … unum] unum et idem QR; unum (*post corr.*) W 119 secundum … esse] *om.* LW 121 extensae … qualitates] *om.* (*hom.*) BELW ‖ sint] sunt MNP 122 sicut] ut LQRW ‖ longum latum] *inv.* EP; latum et longum BMN 124 tunc[2]] *om.* LQRW 125 transsubstantiatur] transsubstantiabatur BN; transmutabatur P ‖ et[1]] *om.* BLMN ‖ corpus] substantia corporis LW 126–127 quid dimensionatum] dimensionatum in LW

110–111 Cf. Arist., *Phys.* 6, c. 4 (235a 17–18)

25 Item quando aliqua duo sic se habent quod uno manente secundum substantiam totam et essentiam reliquum non manet, sed corrumpitur vel minuitur, ista sunt realiter diversa; sed manente aliqua substantia corporea secundum totam substantiam corrumpitur vel minuitur ipsa quantitas; quare etc. Maior patet de se. Minor probatur: videmus enim quandoque substantiam raram condensari substantia manente salva (sed ibi necessario minuitur quantitas); similiter in rarefactione crescit quantitas sine appositione alicuius substantiae. Igitur quantitas est aliud a substantia, et non respectivum, cum distinguitur contra respectum a Philosopho, igitur aliud absolutum.

26 Item ad principale directe: videmus maiorem motum quandoque fieri tempore minori quam motus minor, sicut motus per unam leucam fit in minori tempore quam motus per dimidiam, secundum quod mobile unum est velocius in duplo alio; quod non esset verum, si idem esset realiter tempus et motus. Haec ratio probat quod motus particularis inferior non est tempus nec e converso.

27 Item Commentator super 4. *Physicorum* comm. 130: "tempus est accidens motui et forma eius, cum sit numerus illius, quoniam numerus est accidens numerati".

⌈OPINIO AUGUSTINI⌉

28 Istud igitur tenendum est tamquam certum, quod tempus, qualecumque sit, est aliud a motu. Est enim secundum Philosophum passio motus et aliud per consequens. Et ideo restat difficultas an tempus sit aliquid in anima tantum vel extra, ita quod sit passio realis ipsius motus vel aliquid conceptum circa motum ab ipsa anima et ita habens esse tantum in anima.

130 reliquum … minuitur] reliquo (corrupto mutato vel *add.* W) non manente LW ‖ minuitur] mutatur EQR 132 vel minuitur] seu mutatur EQRW; *om.* L ‖ quare etc.] igitur etc. EQR; *om.* LW 132–133 maior … probatur] minor probatur maior patet de se E; minor probatur quia maior patet de se BMNP; *om.* LW 134 minuitur] mutatur ELQRW 136 respectivum … respectum] respectum cum distinguitur contra respectivum R; respectivum sed distinctum contra respectivum (respectivam W) LW ‖ a Philosopho] per Philosophum LW; *om.* R 137 igitur] est *add.* LW 138 videmus] enim *add.* QR 139 quam] fiat *add.* BM NP 139–140 sicut … dimidiam] *om.* LW 140 in duplo] *om.* LW 141 haec] et *praem.* BLPW 144 et … numerus[1]] cum sit forma eius et numerus ELQRW 146 tenendum] intelligendum ELW ‖ tamquam certum] pro certo LW 147–148 secundum … restat] *om.* B 147 secundum Philosophum] *post* motus LW; per Philosophum MNP ‖ aliud[2]] *post* consequens (*l. 148*) LRW 148 aliquid] *post corr.* M; aliud BNP 149 vel] aut BNP; et M 150 et … anima[2]] *om.* (*hom.*) LW

136 Cf. Arist., *Cat.*, c. 6 (5b 16) 143–145 Averr., *In Phys.* 4, comm. 130 (ed. Iuntina, 4:201I–K) 147 Cf. Arist., *Phys.* 4, c. 11 (219a 8–10)

Et hanc quaestionem solvit beatus Augustinus 11. *Confessionum.* Ubi ante me- 29
dium incipit inquirere quid sit tempus et in quo sit subiective; et finaliter concludendo sententiam suam de subiecto eius dicit (et est cap. 21 secundum aliquem librum): "quod autem nunc liquet et claret, nec futura sunt nec praeterita, nec proprie dicitur … tria tempora sunt, praesens de praeteritis, praesens de futuris, praesens de praesentibus. Sunt enim haec in anima tria quaedam et alibi ea non video, praesens de praeteritis memoria, praesens de praesentibus contuitus, praesens de futuris exspectatio". Ecce secundum Augustinum quod non alibi videt partes temporis nisi in anima. Et tota ratio Augustini, sicut Philosophi et Commentatoris cap. de tempore, comm. 2 illius capituli, est: cum partes temporis non sint, scilicet praeteritum et futurum, ex quibus debet tempus constitui, si aliquid esset, quia praeteritum praeteriit et sic non est, futurum autem nondum est – quod autem constituitur ex non entibus in re, impossibile est quod sit ens reale –, ideo videtur Augustino quod tempus non est nisi in anima concipiente praeteritum et futurum ad instans fluens copulata; quod quidem instans non est pars temporis nec tempus ipsum. Sic igitur tempus secundum Augustinum nihil aliud est quam conceptus transitus motus secundum prius et posterius super magnitudinem, ut quod tempus futurum nihil aliud sit quam conceptus secundum exspectationem praetereundi, praeteritum nihil aliud quam conceptus secundum recordationem iam pertransiti, praesens vero nihil aliud quam conceptus secundum contuitionem iam pertranseuntis. Et secundum tales conceptus dicitur secundum ipsum tempus longum vel breve, non secundum aliquid quod est extra animam verbi gratia secundum ipsum. Dicit enim: "dicturus sum canticum, quod novi: antequam incipiam, in totum exspectatio mea tenditur, cum coepero, quantum ex illa in praeteritum discerpsero, tenditur in memoriam quod dixi et in exspectationem

151 ubi] *post* medium (*ll. 151–52*) ELW 152 incipit inquirere] incipit quaerere seu inquirere B; incipit quaerere QR; quaerit LW; inquirit E ‖ in quo] ubi BMNP 153–154 et … librum] *om.* LW 153 et est] etc. BMP 154 nunc] non LMW 157 praeteritis] praeterito LW 159 partes temporis] tria tempora QR; haec tria ELW ‖ sicut] et *add.* EL QR 160 illius capituli] *om.* EQR ‖ est] *ante* sicut (*l. 160*) EL; *om.* QRW 161 sint] sunt BMNP 161–162 si … esset] *om.* BMNP 162 autem] *om.* EMQ 164 Augustino] secundum Augustinum BMNP; dicere Augustinus W 166 quam] affectio seu *add.* QR; affectus (*post corr.*) seu *add.* W; effectus seu *add.* E 167 secundum] *om.* BMNP (*sed add. sup. lin.* M, *in marg.* P) 169 praetereundi] *om.* BMNP 170–171 contuitionem] contentionem E; intuitionem LQR; intentionem W 171 secundum tales] sicut (sic R) talis QR 172 tempus longum] *inv.* BMNP 173 secundum ipsum] *om.* L ‖ enim] sic *add.* LW 174 tenditur] tendetur BMNP; cum dicitur W 175 tenditur] tendat BMNP; tendit EQW

154–158 Cf. Aug., *Conf.* 11, c. 20, n. 26 (CCL 27, 206–7; CSEL 33.1, 297–98; PL 32, 819) 154–183 Pendet ex Henr. Gand., *Quodl.* 3, q. 11 (ed. Parisiis 1518, 63Z–64Z) 159–166 Cf. Aug., *Conf.* 11, c. 14, n. 17 – c. 20, n. 26 (CCL 27, 202–7; CSEL 33.1, 292–98; PL 32, 815–19); Arist., *Phys.* 4, c. 10 (218a 1–4); Averr., *In Phys.* 4, comm. 88 (ed. Iuntina, 4:173M–174B) 173–181 Cf. Aug., *Conf.* 11, c. 28, n. 38 (CCL 27, 214; CSEL 33.1, 307–8; PL 32, 824–25)

quod dicturus sum: praesens tamen adest attentio, per quam traicitur quod erat futurum, ut fiat praeteritum. Quod quanto magis agitur, tanto abbreviatur exspectatio et prolongatur memoria, donec tota exspectatio consumatur, et cum tota transierit in memoriam, finita est actio. Et quod in toto cantico, hoc in singulis eius particulis fit, hoc in actione longiore et hoc in tota vita hominis, hoc in toto saeculo filiorum hominum". Haec ille. Et sic secundum Augustinum non nisi eo quod est in anima metimur illud quod est extra, et non nisi secundum esse quod est in anima.

⌈IMPROBATIO OPINIONIS AUGUSTINI⌉

30 Sed salva reverentia Augustini, si pro eo quod nihil temporis est extra animam nisi instans ad quod partes temporis copulantur, non est tempus, cum similem modum essendi habeat motus et tempus, quia quod de motu in praeteritum acceptum est, non est (sicut neque tempus praeteritum), et quod de motu futurum est, nondum est (sicut neque tempus futurum), et quod de motu in praesenti est, non est motus, sed mutatum esse, quod statim transit (sicut instans), sequitur quod motus nihil esset extra animam; quod est contra clarum iudicium sensus percipientis motum extra tamquam suum sensibile commune. Cum igitur motus sit aliquid extra animam, non obstante quod eius partes non sunt nisi copulatae ad aliquid indivisibile praesens, sequitur quod etiam tempus sit aliquo modo extra animam, cum tempus secundum Philosophum consequitur motum; et motus potest esse sine anima; igitur etc.

⌈MODUS PROCEDENDI⌉

31 Ideo oportet aliter incedere ad investigandum naturam temporis. Et quia natura temporis latens est et difficilis ad investigandum – in talibus autem quorum esse

176 adest] *rep.* EQR; aliud est BMNP ‖ traicitur] et *add.* BMNP; trahitur ELQRW 177 tanto] magis *add.* LQRW 178 tota[1]] *om.* LW 179 memoriam] memoria BMNP ‖ in singulis] visibilis BMNP 180 particulis] partibus LQRW ‖ fit] fuit QW; sit EMNP; sed B ‖ hoc[1]] hic BMN; *om.* W 181 Augustinum] eum LW 182 est[1]] *om.* EMR 183 est in] habet in R; habet BMNP ‖ anima] eo quod nihil temporis est extra animam nisi instans ad quod partes temporis copulantur *add.* BMNP 184–185 si … tempus] *om.* BMNP 184 animam] *om.* LW 185 non … tempus] *om.* LQR 186 essendi] *om.* BP ‖ habeat] habeant QR 186–187 acceptum est] *inv.* LQRW 187 neque] nec LQRW; *om.* B 188 futurum] est *add.* LW 190 clarum] *om.* LW 191 commune] *om.* LQW 191–192 cum … animam] *om.* L 191 igitur] enim EQRW 192 sunt] sint EQR 192–193 copulatae] copulata BEMNP 193 etiam] *ante* quod MNR; igitur L; *om.* W 194–196 cum … investigandum] *in marg.* M 194 secundum Philosophum] *om.* LW 196 incedere] *vel potius* intelligere BLMNW 196–197 et … investigandum] *om.* L 197 et difficilis] et difficilis (*post corr.*) Q; difficilis est BMN; et (*sup. lin.*) difficile est P ‖ autem] enim BMNP; *om.* E

184–190 Pendet ex Henr. Gand., *Quodl.* 3, q. 11 (ed. Parisiis 1518, 64A) 194 Cf. Arist., *Phys.* 4, c. 11 (219a 19, 219b 23) 197–199 Cf. Averr., *In Phys.* 4, comm. 50 (ed. Iuntina, 4:147F)

obscurum est, prius oportet scire quid sunt quam an sint et quomodo sint, ut dicit Commentator 4. *Physicorum* comm. 50 super cap. de vacuo –, propterea primo intendo declarare, ut potero, quid sit tempus, et secundo quomodo sit et in quo sit. Quibus declaratis patebit ad formam quaestionis an sit in anima tantum vel extra.

⌈Articulus 1: QUID SIT TEMPUS⌉

Inquirendo autem quid sit tempus oportet inquirere quid sit motus, ut dicit 32
Philosophus 4. *Physicorum* cap. de tempore. De motu autem, secundum quod potest haberi 4. *Physicorum* et 6. et 3. ex definitione eius, sciendum est quod nullam continuitatem includit in sui per se ratione, sed omnis continuitas accidit sibi tamquam quid extrinsecum suae naturae. Unde in definitione motus nulla cadit continuitas, cum definitur quod est actus entis in potentia secundum quod in potentia. Sed sicut in accidentibus permanentibus est, quod qualitas exsistens in substantia quanta extenditur extensione subiecti et ideo est extensa per accidens et non est ipsa extensio, sic motus non est formaliter extensio ipsa, sed extensus et quantus universaliter extensione sui subiecti vel magnitudinis super quam transit motus vel utriusque. Et praeter hoc motus etiam habet aliam extensionem saltem ab extensione temporis fundati in motu. Propter quod dicit Avicenna 2. *Physicorum* cap. ultimo: "motus continuus est ex duobus, scilicet secundum spatium et secundum tempus, sed ipse in se non est nisi perfectio eius quod est in potentia, et non continetur in hoc intellectu continuatio nec mensuratio". Et post aliquibus interpositis: "manifestum est quod continuatio est quoddam accidens quod concomitatur motum propter spatium et tempus". Motus igitur nihil aliud est

198 dicit] *om.* BP 199 4. … 50] *om.* ELQRW 203 autem] igitur LW; *om.* QR ‖ inquirere] incipere EQRW 205 4. … eius] 4. Physicorum et 6. et 3. Physicorum ex definitione eius QR; 4. et 6. Physicorum et etiam ex definitione eius 3. Physicorum LW; 4. Physicorum ex definitione eius E; et 6 et 3 ex definitione eius M 207 quid] *om.* LQRW 209 qualitas] quantitas ELMQW (*sed corr.* Q) 211 sed] est *add.* BMNP 213 utriusque] virtus BM NP ‖ motus etiam] *inv.* EQW; motus LR 213–214 saltem … extensione] secundum (*in ras.*) extensionem (*corr. ex* extensione) Q; saltem aliam secundum extensionem R, *sed* saltem aliam *del.*; saltem aliam ab extensione L; saltem aliquis ab extensione E 214 fundati] fundata ELW (*sed corr. in* fundatam W) 214–215 Physicorum] Metaphysicae LW 216 in se] *om.* LW 217 intellectu] respectu BMNP; *om.* L 217–218 aliquibus interpositis] pauca LW 218 continuatio est] continuus est propter LW 219 tempus] haec ille *add.* ELW

203–204 Cf. Arist., *Phys.* 4, c. 11 (219a 2–4) 203–289 Sumpta fere ex Henr. Gand., *Quodl.* 3, q. 11 (ed. Parisiis 1518, 64B–65E) 205–207 Cf. Arist., *Phys.* 3, c. 1 (201a 10–11, 201b 4–5); 4, c. 11 (219a 12–13); 6, c. 4 (234b 10 – 235b 5) 214–217 Avic., *Liber primus nat.* 2, c. 13 (ed. Van Riet, 357) 218–219 Ibid. (358)

quam translatio mobilis a priori in posterius illius super quod fit motus; cuius quidem motus nihil est in actu nisi simplex mutatio et per eam totus motus, sicut motus natus est esse in actu. In hac autem translatione quae motus est tria possunt considerari: primo eius continuatio, qua non cessat fluxus eius nec sistit aut deficit, quamvis haec continuatio accidat sibi, ut dictum est; secundo consideratur illud quod de ea acceptum est, ut distinctum ab eo quod accipiendum est, et utrumque secundum se ut distinctum ab eo quod de ipsa instat in praesenti; tertio est considerare in ea utrumque eorum, ut continuata secundum rem ad illud quod instat de ea, ut distincta secundum rationem prioris et posterioris. Primo modo consideratur ut continuum, quamvis continuitas sibi accidat, secundo modo ut discretum, tertio modo ut discretum in continuo. Primo modo translatio quae motus est tantum habet esse in re mota, quia esset in ea, etsi anima non esset apprehendens eam. Secundo modo habet esse in conceptione animae tantum, quia discretio partium motus a termino medio continuante non est in re extra, sed eam solum format mentis conceptus. Tertio modo partim est in re, partim in anima. Inquantum enim habet rationem rei continuae, est in re; inquantum autem habet rationem discreti, est in anima.

33 Cum igitur secundum determinationem Philosophi tempus sequatur motum ut passio quaedam eius, potest tempus considerari ut sequitur motum secundum primam eius considerationem vel secundum secundam vel secundum tertiam. Si ut secundum primam, sic tempus solummodo habet rationem continui et est solummodo in re quae movetur per ipsum motum, et non in anima, nisi forte sicut cognitum in cognoscente per suam similitudinem, sicut alia cognoscibilia. Et haec est materialis consideratio temporis. Et de isto modo essendi temporis loquitur Philosophus dicens quod tempus est in terra, in mari et in caelo; sed an aeque primo et a pari, postea patebit. Et de ista materiali consideratione temporis loquitur Avicenna 2. *Physicorum* cap. 13 sic: "non est enim tempus aliquid cui accidit continuatio propria illi, immo ipsum est ipsa continuatio". Et ita patet quod secundum hanc considerationem, qua habet esse extra in re, non est nisi

220 translatio mobilis] *inv.* BMNP 220–221 cuius … motus[2]] *om.* (*hom.*) ELQW (*sed add. in marg. inf.* Q) 220 cuius] *om.* BMNP 223–224 nec … deficit] nec sistit nec deficit QR; nec deficit P; qua (*sup. lin.*) exstit aut deficit M; *om.* L 224 accidat] accidit EL PQW 225 distinctum] est *add.* BMNP 228 ea] et *add. sup. lin.* M 229 accidat] accidit ELQR 231 quia] quod EMN ‖ etsi] etiamsi ELQW 233 medio continuante] *om.* BMNP 234 re] et *add.* LMW 235 inquantum autem] inquantum vero Q; sed inquantum ELW; inquantum BR 237 sequatur] sequitur EQR; consequitur L 239–240 vel[1] … primam] et LW 244 terra] et *add.* ELQ ‖ caelo] et Commentator super 4. Physicorum comm. 130 *add.* BMNP; *cf. Averr.*, *In Phys. 4*, *comm. 130* (*ed. Iuntina*, *4:201H–L*) ‖ an] aliquando BMNP 245 temporis] *om.* BMNP 246 loquitur] Philosophus *add.* BP 247–248 et … quod] et ita quod R; et ita QLW; ita quod E 248 extra] *post* re LW

244 Arist., *Phys.* 4, c. 14 (223a 17–18) 246–247 Avic., *Liber primus nat.* 2, c. 13 (ed. Van Riet, 359)

distentio sive continuatio quaedam ipsius motus quem consequitur, et secundum hoc per se est in genere quantitatis.

Si vero consideratur tempus ut sequitur motum secundum aliam considera- 34
tionem motus, sic tempus solum habet esse in anima et non in re extra, quia quod praeteriit, ut praecisum ab instanti praesenti et non ei copulatum, omnino in re non est, et ideo esse quod habet ut sic in conceptu mentis habet; et similiter est de futuro, quod nondum est. Et secundum hanc considerationem temporis processit argumentum primum ad principale et argumentum Augustini supra, quod quia partes eius non sunt in re, ideo ipsum non est in re. Sed tamen Philosophus loquitur de praeterito et futuro ut copulantur ad terminum communem, scilicet ad instans; et ex tali copulatione ponuntur a Philosopho habere esse in re. Sed Augustinus loquitur de praeterito et futuro ut stant inter sua instantia distincta, et sic certum est quod non habent esse nisi in anima concipiente. Sed ista consideratio Augustini multum insufficienter respexit naturam temporis in praeterito et futuro includendo ipsa inter instantia praeterita et futura et non copulando ea ad instans praesens, sicut in sua consideratione copulavit ea Aristoteles, et bene. Ipsum enim nunc fluens secundum substantiam et secundum esse, quia est aliud et aliud non solum secundum esse, sed secundum substantiam in toto tempore, quamvis ut terminus praeteriti huius et principium futuri huius sit idem secundum substantiam et diversum secundum esse, id est definitionem, inquantum est finis et principium, causat fluxu suo totum tempus compositum ex praeterito et futuro ab initio mundi usque nunc.

Si vero consideratur tempus secundum eius tertiam considerationem, ut sci- 35
licet habet partium suarum continuationem secundum rem ad praesens nunc, et cum hoc ut distincta secundum rationem prioris et posterioris respectu instantis medii continuantis, sic consideratur tempus secundum perfectam rationem essentiae eius. Ratio enim successionis formaliter consistit in ratione prioris et posterioris, non in ratione continuationis, quia continuatio convenit permanentibus. Tam igitur ratio motus quam ratio temporis, inquantum ratio essendi eorum, tantum consistit in continuatione quadam. Iuxta primam considerationem non est perfecta consideratio ipsorum, sed accidentalis consideratio motus et materialis

250 per se] *post* est EQR; *post* quantitatis LW 251 si vero] alio modo LW ‖ consideratur … motum] potest considerari tempus L; consequitur motum MNP; consideratur motus B ‖ aliam] eius secundam LW 252 motus] et LW 253 ei] *om.* ELQW 254 habet[2]] *om.* MN ‖ et[2] … est[2]] similiter etiam est BMN; *om.* P 256 primum] *ante* argumentum[1] LW; *post* ad R; *om.* BMNP 261 anima] mente BMNP 261–262 consideratio] distinctio BP 262 multum] *om.* LW 265 ipsum … nunc] quia ipsum nunc est LW 267 futuri] *om.* BMNP 269 ex … futuro] *om.* ELW 271 si … tempus] tertio modo potest tempus (*om.* L) considerari ut consequitur motum LW 273–274 respectu … continuantis] respectu instantis W; *om.* BMNP 278 primam] secundam BN 279 consideratio[1]] ratio QR ‖ materialis] vel *add.* BMN; et *add.* P

256–257 Cf. supra, n. 2 et n. 29

temporis, quamvis essentialis. Quae quidem ratio continuationis eorum licet sit in re extra, ratio tamen distinctionis partium talis continui secundum prius et posterius non habetur ex natura, sed potius ex conceptu mentis. Et ideo secundum hanc rationem formalem et perfectam tempus habet esse in anima solum, tamquam mensura et numerus motus secundum prius et posterius, secundum quod Philosophus definit tempus. Secundum igitur suam materialem rationem, quae est continuatio seu distentio secundum Augustinum 11. *Confessionum*, est in re extra, secundum vero suam formalem rationem, qua numerus motus est secundum prius et posterius, est in anima tantum, ut sic tempus secundum completam rationem sui aggreget in se continuationem et discretionem et intentionem animae.

36 Et haec est expresse intentio commentatoris Averrois dicentis super cap. de tempore 4. *Physicorum*, comm. illius capituli 2: "motus enim comprehenditur sensu et nulla pars eius est in actu, sed quaelibet pars demonstrata recessit; igitur est compositus ex hoc quod iam deficit et ex hoc quod nondum est. Et talia non habent esse completum, sed esse eorum componitur ex actione animae et eo quod est in eis extra animam. Et entia completa sunt illa, in quorum esse nihil facit anima, ut post declarabitur de tempore, scilicet quoniam est de numero entium quorum actus completur per animam". Haec ille.

37 Et comm. 109 totius 4. *Physicorum* dicit sic: "substantia temporis, quae est in eo quasi forma, est numerus, et quod est in eo quasi materia, est motus continuus, id est continuatio motus, quoniam non est numerus simpliciter, sed numerus motus. Continuatio igitur accidit ei gratia materiae et discretio, scilicet numerus, gratia formae. Et est compositum ex duabus quantitatibus, scilicet discreta et continua, et illa compositio accidit mensuris, quando dividuntur". Haec ille.

38 Et comm. 131 dicit sic: "secundum quod prius et posterius sunt in tempore numerata in potentia, est tempus in potentia, et secundum quod sunt numerata in actu, est tempus in actu. Tempus igitur in actu non erit, nisi anima sit, in potentia vero erit, licet anima non sit". Et concludit quod tempus nihil aliud est quam prius et posterius in motu, sed secundum quod sunt numerata, et ideo indiget ad hoc, quod sit in actu, quod sit anima. Haec ille.

39 Ex his patet quid sit motus et quid tempus, de quo est intentio principalis, scilicet quod ratio temporis completa integratur ex continuo et discreto, ita quod

289 discretionem] rem *add.* LQRW; rei *add.* E 290–291 Averrois … Physicorum] 4. Physicorum cap. de tempore LW 291 2] et comm. 88 totius libri *add.* BMNP; ubi sic dicit *add.* ELW ‖ enim] componitur sive *add.* ELRW; cognoscitur (*post corr.*) sive *add.* Q ‖ comprehenditur] apprehenditur LW 296 scilicet] *om.* ELQRW 298 109] 108 ELRW; 208 Q 299 quasi[1]] quod BP ‖ quasi[2]] quod BP 301 continuatio] *om.* LW 306 nisi] in *add.* QRW 306–309 in[3] … anima] *om.* L 308 sed] *om.* EW 308–309 ad … actu] *om.* EQRW 310 his] igitur *add.* ELQW

290–297 Averr., *In Phys.* 4, comm. 88 (ed. Iuntina, 4:174A–B) 298–303 Ibid. comm. 109 (187C) 304–309 Ibid. comm. 131 (202F–G)

tempus ut in re est ipsa continuatio; sed in hoc non stat completa ratio temporis, sed in continuatione simul cum passiva numeratione prioris et posterioris facta ab ipsa anima et applicata motui tamquam mensura mensurabili.

⌈DUBITATIONES⌉

Sed contra ista surgunt grandes dubitationes: 40

1. Nam impossibile videtur quod tempus componatur ex continuo et discreto. Nam cum continuum et discretum sint primae differentiae quantitatis, impossibile est ex continuo et discreto unam speciem esse mixtam, sicut nec ex rationali et irrationali, corporeo et incorporeo.

2. Item Philosophus in *Praedicamentis* et 5. *Metaphysicae* utrobique vult quod 41 tempus sit quantitas continua; igitur discretio nihil ad ipsius confert rationem. Continuum enim dupliciter definitur: uno modo sic 'continuum est cuius partes copulantur ad terminum communem'; alio modo, quod est divisibile in semper divisibilia. Sed utraque definitio per se convenit tempori, ut per se patet.

3. Item si sit verum quod dictum est, tunc tempus aggregaret in ratione sui rem et 42 intentionem animae, scilicet passivam numerationem partium eius, et ita tempus non esset unum ens per se nec esset de per se consideratione philosophi naturalis.

4. Item haec opinio ponit quod tempus secundum formalem rationem sui et per 43 consequens secundum veriorem rationem sui sit in anima. Cum igitur plures sint animae, plura erunt tempora formaliter; cuius oppositum vult Philosophus, quod tantum sit unum tempus.

5. Item tunc anima mensuratur tempore, quia tempus mensurat subiectum suum; 44 et ita anima haberet esse successivum secundum substantiam.

⌈RESPONSIONES AD DUBITATIONES⌉

Ad primum istorum dico quod nihil unum et idem numero componitur ex 45 continuo et discreto, secundum quod sunt reales differentiae quantitatis. Reales autem differentiae quantitatis dividentes genus reale sunt ut in re extra, quia ens extra animam descendit in decem genera rerum. Et ideo quod aliquid idem simul

312 ut] *om.* LQRW 316 componatur] componitur ELRW 317 sint] sunt BR; fuit E 318 ex[2] … et[2]] ex (*sup. lin.*) rationali et P; rationali et BMN; rationale W 319 corporeo[1] … incorporeo] *om.* LW 320 utrobique] *om.* LW 321 ad … rationem] confert ad eius rationem LW; ad ipsum hoc etiam confirmatur ratione BMNP 322 sic … est] dicitur continuum BMNP 325–326 si … ita] sic L 325 est] sequitur quod *add.* BMNP 330–331 quod … tempus] *om.* LW 332 mensuratur] mensuraretur EQR 334 nihil] *om.* LQW (*sed add. sup. lin.* Q) 335–336 reales[2] … quantitatis] *om.* (*hom.*) L 336 autem] igitur QR (*sed del.* Q) ‖ sunt] *post* extra ELW ‖ ut] *del.* Q; *om.* BR

320–321 Cf. Arist., *Cat.*, c. 6 (4b 23–25); *Metaph.* 5, c. 13 (1020a 25–30) 330–331 Cf. Arist., *Phys.* 4, c. 10 (218b 3–5)

et semel sit actu continuum reale extra, omnino actu indiscretum, et tamen quod sit discretum extra animam et multa in actu, hoc est impossibile et contradictio manifesta. Sed tamen quod aliquid quod est aliquid in se continuum extra animam, ut tempus, sit numeratum ab anima solum, stante tamen sua continuitate simpliciter in re, hoc est bene possibile, sicut stante continuitate lineae possum signare per intellectum unum punctum in actu et ita numerare lineam. Isto modo pono tempus componi ex continuo extra et discretione animae numerantis in se prius et posterius in motu, non quod ponam tempus componi ex differentiis realibus oppositis, sed ex una reali et alia intentionali, quae nullam repugnantiam formalem includunt. Et patet tunc ad formam quod verum est de differentiis realibus eiusdem generis.

46 Ad secundum concedo quod tempus secundum esse reale extra animam est quantitas successiva formaliter, et sic loquitur Philosophus realis in 5. *Metaphysicae*; tamen secundum esse intentionale est discretum.

47 Ad tertium, cum dicitur quod tunc esset ens per accidens et aggregaret rem et intentionem animae, respondeo quod haec est natura successivorum, quae diminuta sunt ab entibus completis, secundum Philosophum et Commentatorem, quod partim habeant esse in re extra et partim in anima, entia vero completa nullo modo dependent ab anima. Nec est hoc inconveniens. Nam video in aliis quod actu universale aggregat in se naturam rei, speciei vel generis et intentionem universalitatis factae ab anima; nam intellectus facit universalitatem in rebus secundum Commentatorem 1. et 3. *De anima*. Et sicut universale non est aliquid unum per se, sed ens per accidens, et ratione sui materialis est in re extra et ratione intentionis, universalitatis et formalis est in anima, sic proportionaliter dico de tempore quod accipiendo tempus secundum totum illud quod importat, non est aliquid unum per se, sed aggregatum, et ratione materialis sui est in re et ratione formalis in intellectu. Et non est magis inconveniens de uno quam de alio, immo est necessarium quod ita sit, sicut dicit Commentator.

338 indiscretum] E; indistributum W; indistinctum *cett.* 339 discretum] E; distributum W; distinctum *cett.* 340 quod[2] … aliquid[2]] *om.* (*hom.*) BMNP ‖ continuum] *ante* in BM NP 341–342 continuitate simpliciter] simplicitate BMNP 342 in] et MN ‖ continuitate] simplicitate BMNP 345 motu] priori et posteriori *add.* BMNP 345–346 differentiis realibus] pluribus realibus differentiis LQRW 349 secundum[1]] dico et *add.* QW; dico quod *add.* R 350 realis in] *om.* LW 351 discretum] distinctum BMNP 352 cum dicitur] *om.* EQRW 354 secundum … Commentatorem] et (*om.* BP) secundum Commentatorem BMNP; scilicet E 355 habeant] habent LQ; habeat E ‖ et] *om.* EQRW 359 1. et] *om.* LW ‖ aliquid] aliquod BMNP

353–356 Cf. Averr., *In Phys.* 4, comm. 88 (ed. Iuntina, 4:174A–B) 358–359 Cf. Averr., *In De an.* 1, comm. 8 (ed. Crawford, 12); *Auct. Arist.*, n. 27 (ed. Hamesse, 176); Averr., *In De an.* 3, comm. 18 (ed. Crawford, 440); *Auct. Arist.*, n. 193 (ed. Hamesse, 190) 365 Cf. Averr., *In De an.* 3, comm. 8 (ed. Crawford, 437–40)

Et quando dicis quod tunc non esset de consideratione naturalis, respondeo 48
quod sic, quia considerare motum est per se ipsius, et ideo passiones motus,
cuiusmodi est tempus. Et eiusdem philosophi est considerare materiale alicuius
rei et formale illius, sicut quia naturalis est considerare corpus physicum orga-
370 nicum, ita ipsius est considerare de anima intellectiva et aliis formis, et ultra de
earum operationibus interioribus et habitibus et potentiis et actibus, quae sunt
aliquid in anima, quamvis non omnia ista aeque primo cadant sub considératio-
ne naturalis. Sic in proposito physici est considerare tempus materialiter, et ideo
formaliter.

375 Ad quartum dicitur quod, sicut tempus non numeratur ex numeratione cu- 49
iuscumque motus, sic nec ex numeratione animarum, sed sicut habet unitatem
materialem ex aliquo subiecto uno, quodcumque sit illud, sic habet unitatem for-
malem ex aliquo uno intellectu, cuiusmodi est intellectus intelligentiae moventis
caelum, posito quod motus et tempus sint secundum esse suum reale in primo
380 mobili.

Ad quintum, cum dicitur "si tempus secundum formale suum sit in anima, 50
anima mensuratur tempore", respondeo quod consequentia non valet. Numquam
enim mensuraretur tempore, nisi in ea reperiretur ratio mensurabilis, cuiusmodi
est successio; quae non invenitur in ea secundum substantiam suam. Sicut nu-
385 merus numerans est in anima in actu secundum Commentatorem super 4. *Phy-
sicorum* comm. 130, et tamen anima non numeratur eo, sed illo numerat alia
numerabilia, sic quamvis tempus sit formaliter in anima, non mensuratur eo, sed
anima eo mensurat ipsum motum. Sicut etiam universale est in anima, non ut
praedicet illud de se, sed de aliis de quibus abstrahit ipsum.

390 Ex his patet aliqualiter natura temporis et quod secundum suum formale sit in 51
anima.

366 quando dicis] quando dicitur LW; ipsi dicunt E ‖ naturalis] philosophi *praem.* LW, *add.* QR 367 sic] immo BMNP 368 et] quia LQRW 369 quia] *ante* sicut BNP; *om.* M 370 ita] *om.* EQRW 371 earum] eorum EQR ‖ interioribus … habitibus] *om.* L ‖ habitibus] habitualibus MN ‖ et actibus] activis QR; accidentibus E 372–373 consideratione naturalis] eius consideratione W; illius consideratione L 373 physici] philosophi QR; ph-i^{ri} E 375 dicitur] *om.* EQRW ‖ numeratur] mensuratur BP 375–376 cuiuscumque] cuiuslibet BMNP 376 habet] *in marg.* M; *post* materialem (*l. 377*) BNP 379–380 sint … mobili] secundum suum esse reale sint in primo mobili LW; reale sunt in primo mobili secundum esse suum E 379 sint] sit BP 381 si … anima] quod tunc ELW 382 respondeo] dico LRW 383 mensuraretur] mensuratur BM NP, *in marg.* W ‖ reperiretur] reperiatur BMNP; inveniretur LW 385 in^{1}] *om.* BMP 385–386 Physicorum] *om.* EQR 386 eo] *om.* LW 386–387 illo … sed] *om.* (*hom.*) M 387 non … eo] non tamen mensuratur eo (anima *add.* E) ELW; anima non mensuratur eo NP 388 anima^{1}] *om.* ELW ‖ sicut] sic LQW 389 de^{3}] a EQRW 390 aliqualiter] aliter BNP ‖ et … secundum] et secundum quid BMNP; et secundum quod W; secundum et quod E; et secundum L ‖ suum] esse *add.* W, *praem.* L

385–386 Cf. Averr., *In Phys.* 4, comm. 131 (ed. Iuntina, 4:202E)

⌈Articulus 2: IN QUO SIT TEMPUS SUBIECTIVE⌉

52 Modo restat de secundo articulo: in quo sit subiective secundum suum esse materiale et potentiale.

⌈OPINIO PRIMA⌉

53 Circa quod dicunt aliqui sic, quod cum accidens in eodem sit subiective, a quo habet unitatem et entitatem, et tempus habeat unitatem a materia prima, tempus erit in materia prima subiective. Quod autem tempus habeat unitatem a materia prima, declarant, quia aliter est de entibus quae sunt entia completa in actu et de entibus successivis potentialibus et imperfectis. Nam entia completa unitatem habent ab aliquo actu, sed entia potentialia unitatem habent ab aliquo potentiali et materiali. Cum igitur materia sit causa omnis potentialitatis et transmutationis et successionis in omnibus rebus, et tempus est quid potentiale et successivum, sequitur quod tempus habet unitatem a materia. Et quia materia prima est una numero in omnibus rebus, ideo tempus est unum numero.

⌈IMPROBATIO OPINIONIS PRIMAE⌉

54 Sed haec opinio est omnino irrationalis, tum quia fundamentum est falsum, quod materia sit una numero in omnibus; posset enim Deus destruere et annihilare lapidem unum secundum totum quod habet manente alio lapide. Si igitur materia esset eadem numero in utroque, idem simul esset et non esset.

55 Item posito quod sic, adhuc non haberet unitatem a materia, quia sicut accidens non numeratur numeratione cuiuscumque subiecti, sed proximi (unde si sint plures superficies albae, sunt plures albedines), sic non habet unitatem a quocumque subiecto, sed a subiecto proximo. Et ideo si una superficies sit in quocumque, quantumcumque alia praecedentia numerantur, albedo erit una ab unitate superficiei (una, dico, subiective, non formaliter). Cum igitur materia non sit proximum subiectum temporis, sicut nec motus, quia non movetur, sed corpus compositum in actu est subiectum temporis (et hoc non nisi ut est actu sub

392 sit] tempus *add.* LW 394 accidens] actus ELQRW 395 unitatem[1] … entitatem] entitatem et unitatem LW ‖ habeat] habet ELW ‖ prima] ideo *add.* LQR; quare *add. in marg.* M 395–397 tempus[2] … prima] *om.* W 397 prima] *om.* BMNP ‖ entia] *om.* LW 398–399 completa … entia] *om.* (*hom.*) BMNP 399 potentialia] incompleta BMNP 400 potentialitatis] possibilitatis LQW ‖ transmutationis] transsubstantiationis MNPW 401 et[2]] *om.* BMNP (*sed add. sup. lin.* M) 402 prima] *om.* BMNP 405 destruere et] *om.* LW 407 eadem] una LQW; una eadem R ‖ simul] *post* esset[2] BMNP; *om.* E 408 a materia] prima *add.* LQRW 410 plures[2]] multae LW 411 a] *om.* LQRW ‖ ideo] *om.* BMNP 412 numerantur] numerentur LQ RW 415 est[2]] in *add.* LW; sub *add.* BP

motu, quia aliter stante caelo tempus esset in eo et substantia eius mensuraretur tempore; quod nihil est, quia impossibile est tempus esse non exsistente motu secundum Philosophum et Commentatorem), sequitur quod sicut materia non est proximum subiectum temporis, sic nec est causa proxima suae unitatis, sed causa remotissima. Sed sicut accidens non numeratur a subiecto remoto, ita nec habet unitatem, sed a proximo.

Item tempus non mensurat variationem in potentia, sed variationem in actu; actus autem variationis in materia non est unus, sed plures; igitur secundum hoc plura essent tempora. 56

⌈OPINIO SECUNDA⌉

Ideo est alia opinio, quod unum est tempus commune omnibus; quod tamen est in uno sicut in subiecto, scilicet in motu primi mobilis, sicut passio in subiecto et sicut mensura intrinseca in mensurato, sed in aliis motibus est tamquam mensura in mensurato solum, non sicut accidens in subiecto. Sed praeter huiusmodi mensuram propriam uni motui et communem omnibus ponunt quidem quod quilibet motus habet proprium tempus tamquam propriam periodum et mensuram sui, ut quot sunt motus, tot sunt tempora particularia, quamvis unum sit tempus commune consequens primum motum. 57

1. Et isti videntur habere Philosophum pro se quantum ad hoc quod quilibet motus habet proprium tempus, quia quando aliqua passio definitur per subiectum in communi acceptum, illa passio convenit omnibus participantibus naturam illius subiecti (patet de simo et aliis passionibus definitis per subiectum); sed tempus definitur per motum in communi, non per aliquem determinatum motum; quare tempus erit passio cuiuslibet motus. Et ita quilibet motus habebit proprium tempus sive periodum propriam. 58

2. Item secundum Philosophum 4. *Physicorum* tempus est numerus motus secundum prius et posterius. Sed ita est in aliis numeris, quod numeri sunt passiones eorum quorum sunt numeri. Si enim sunt quinque canes et quinque equi, quin- 59

416 mensuraretur] mensuretur BW; mensuratur E 418 et Commentatorem] *om.* LW ‖ sequitur] igitur *add.* ELW ‖ materia] prima *add.* LW 420–421 habet unitatem] *inv.* BMNP 422 sed … actu] *om.* LW 424 essent] erunt QR 425 omnibus] *om.* ELW 427–428 et … subiecto] *om.* (*hom.*) ELQ (*sed add. in marg.* Q) ‖ sed … mensurato] *om.* (*hom.*) RW (*sed add. in marg.* W) 428–429 huiusmodi … omnibus] illud tempus commune L 429 et] quam B; *om.* MNP ‖ quidem] *del.* Q; quidam BP; *om.* R 431 particularia] participata BMN 433 Philosophum] *post* se LQRW 434 per] proprium *add.* QR 438 habebit] habet LRW 439 sive … propriam] *om.* LW 442–443 quinque] videtur quod ELW

417–418 Cf. Arist., *Phys.* 4, c. 11 (218b 21); Averr., *In Phys.* 4, comm. 97 (ed. Iuntina, 4:177L)
440–441 Cf. Arist., *Phys.* 4, c. 11 (219b 1–2, 220a 24–26); *Auct. Arist.*, n. 137 (ed. Hamesse, 151)

que non plus sunt in his quam in illis. Cum igitur tempus numeret quemcumque motum, tempus erit in quolibet motu.

60 3. Item Philosophus 4. *Physicorum* inquirit naturam temporis per motum, eo quod percipiendo quemcumque motum percipitur tempus. Quod non esset, nisi tempus esset in quolibet; sed non tempus commune; igitur proprium.

⌈OPINIO TERTIA⌉

61 Alii sunt qui istam opinionem reprobant quantum ad aliquid, scilicet quantum ad hoc quod dicunt quemlibet motum habere tempus proprium distinctum a tempore alterius, quia secundum Philosophum 4. *Physicorum*, si essent plures caeli primi et per consequens plures motus primi, non essent tamen plura tempora. Sed si quilibet motus haberet tempus proprium tamquam passionem propriam, cum ad multiplicationem rei alicuius sequitur multiplicatio sui accidentis proprii et propriae passionis, ut quot sunt risibilia, tot sunt homines, sequitur quod ad multiplicationem motuum sequitur multiplicatio temporis; cuius oppositum dicit Philosophus.

62 Et haec ratio probat quod tempus non est in motu primo praecise sicut in subiecto, quia si essent plures motus primi, non esset nisi unum tempus, cum non esset maior ratio quare esset in uno quam in alio. Vel igitur esset in ambobus sicut in subiecto, vel in neutro; non in neutro, quia non est ponere motum sine tempore; igitur oportet quod sit in ambobus. Et qua ratione esset in illis ambobus, est nunc in omnibus motibus simul exsistentibus sicut in subiecto.

63 Item opinio habet proprios contradictores, quia illi qui ponunt unitatem materiae esse causam unitatis temporis, ponunt hanc positionem. Et ideo simul ponunt tempus esse unum numero in omnibus, sicut materiam esse unam numero in omnibus, et quod sint plura et infinita tempora secundum numerum; et ita contradicunt sibi ipsis.

Deest E *inde ab* in[1] (*l. 443*)

443–701 in[1] … actus] *om.* E, *sed add. in marg.* quaere plus ante in cum folio (*pro* folio cum) tali signo (*quem locum non repperi*) 446 percipitur] participatur BP 447 igitur proprium] *om.* W ‖ igitur] *sup. lin.* M; sed BP; sibi N 448–449 ad … quantum] *om.* (*hom.*) LW ‖ scilicet … hoc] *om.* R 449 dicunt] dicit LW ‖ tempus proprium] *inv.* LQRW 453 multiplicationem] multitudinem BMNP ‖ multiplicatio] multitudo BMNP 455 multiplicationem] multitudinem BMNP ‖ multiplicatio] multitudo BMNP 457 probat] etiam *add.* QRW ‖ primo] *om.* LW 458 tempus] *ante* nisi LW; et *add.* QR 461 oportet … sit] erit LW ‖ esset … illis] esset tunc in W; tunc esset in L 464 positionem] potentiam BMN 465–466 esse[2] … omnibus] *om.* LW 466 et[2]] *om.* BMNP

---

445 Cf. Arist., *Phys.* 4, c. 11 (218b 21 – 219a 1) 450–451 Cf. ibid. c. 10 (218b 3–5)

Item Aristoteles et Commentator et omnes auctores concordant in hoc, quod impossibile est plura tempora esse simul. Dicit enim Philosophus quod non possunt esse plura instantia simul nec plures dies nec plures anni. Ideo dicunt isti quod nullus unus motus est causa unitatis temporis, ita quod non alius, et tamen tempus est tantum unum. Nec determinat sibi aliquem determinatum motum pro subiecto, sed est in omnibus motibus simul exsistentibus et non in motu primo; quod patet per argumentum Philosophi supra, scilicet quod non est in motu primo, quia si plures essent caeli, tempus esset unum. 64

Item secundum Augustinum 11. *Confessionum* tempore Iosue sol stabat et tempus ibat. Ex quo secundum Augustinum caelum stabat et tempus ibat, sequitur quod tempus non est in primo motu sicut in subiecto. 65

Item si aliquis motus sit, tempus est, cum sit numerus motus etc. Sed stante caelo possunt alii motus esse, maxime motus localis rectus, quia secundum Philosophum in fine *De generatione* motus caeli non est causa motus localis recti, sed motus secundum formam, ut generationis et corruptionis et alterationis et augmenti; motus igitur rectus posset esse stante caelo. 66

Et si quis vellet instare et dicere quod omnis motus realis reducitur ad motum primi motoris, quo movente influit virtutem motivam cuilibet posteriori moventi, et ita caelo stante non posset esse motus inferior, istud nihil est, tum quia de facto contrarium accidit tempore Iosue, quando victoriosissimum bellum peregit sole stante. 67

Item stante caelo, si grave esset sursum nullo impediente descensum, impossibile esset ibi quiescere, quia esset perpetua violenta quies sine aliquo inferente violentiam; quod falsum est. 68

Item secundum Commentatorem 4. *Physicorum* cap. de vacuo et super *De caelo et mundo*, si esset vacuum, posset animal moveri motu progressivo. Sed 69

Deest E

468 auctores] *om.* LW 469–470 dicit … simul] *om.* (*hom.*) BMNP 473 et] *om.* BMNP 474 quod[1] … primo] *om.* (*hom.*) LQRW ‖ scilicet … motu] *om.* M 477 ex … ibat[2]] *om.* (*hom.*) M ‖ ex quo] si igitur LW 480 possunt] possent MQRW ‖ rectus] rationis MN ‖ quia] *om.* LW 481 fine] 1 BMNP 482 et[1] … alterationis] et corruptionis alterationis QRW; alterationis corruptionis L 483 rectus] elementorum *add.* LQRW 485 movente] mediante BPW 486 non] nullus QRW ‖ tum] *om.* BMNP ‖ de facto] *post* Iosue (*l. 487*) W; *om.* LR 487–488 quando … stante] qui bellavit caelo stante LW 487 victoriosissimum] victoriosum QR 489 item] tum quia LW 490 esset[1]] ipsum *add.* W; eum *add.* L ‖ esset[2]] ibi *add.* BMNP 492 secundum Commentatorem] Commentator QR 492–493 et … mundo] *om.* LW 492 super] similiter BNP 493 et mundo] *om.* QR ‖ animal] aliquis BMNP

469–470 Cf. Arist., *Phys.* 4, c. 10 (218a 25–30) 474 Cf. supra, nn. 61–62 476–477 Cf. Aug., *Conf.* 11, c. 23, n. 30 (CCL 27, 209; CSEL 33.1, 301; PL 32, 821) 481–483 Cf. Arist., *De gen. et corr.* 2, c. 10 (336a 32); *Auct. Arist.*, n. 41 (ed. Hamesse, 170) 492–493 Cf. Averr., *In Phys.* 4, comm. 71 (ed. Iuntina, 4:162B); *In De caelo* 3, comm. 28 (ed. Iuntina, 5:197F–199C; ed. Carmody-Arnzen, 551–57)

certum est: si esset vacuum, caelum staret, quia moto caelo non potest esse vacuum. Igitur stante caelo posset esse motus progressivus animalium.

70 Item secundum fidem caelum stabit. Si igitur stante caelo non posset esse aliquis motus realis, si animal inveniretur vivum in hora status caeli, in aeternum viveret naturaliter; quod vanum est dicere. Similiter si invenirentur cadavera mortua, semper manerent incorrupta naturaliter; quod nihil est dicere.

71 Licet igitur motus qui requirunt principium extra non essent stante caelo, motus tamen qui habent principium sufficiens intra essent, sicut motus liberi arbitrii et corporum gloriosorum et motus corruptionis mixtorum, ut praetactum est. Sed posito quocumque motu necesse est ponere tempus. Quare tempus non est in primo motu, sed in omnibus simul exsistentibus.

72 Quod isti declarant sic: primo probando possibilitatem ponendi plures motus esse simul, secundo ostendendo quomodo omnes simul possunt esse subiectum unum unius temporis.

73 Primum patet sic: licet omne dimensionatum ex ea parte qua dimensionatum est, excludat aliud dimensionatum secum esse et a sua mensura, tamen ex parte illa qua non est dimensionatum, non excludit aliud. Sed motus non habet dimensionem nisi secundum longitudinem spatii (et hoc a praeterito in futurum); igitur respectu praesentis non habebit dimensionem qua excludit alium motum. Igitur simul possunt esse plures motus in praesenti, licet praeteritus et futurus simul esse non possunt.

74 Maior patet in suo simili de mensura loci et ubi. Nam linea, quia secundum longum habet dimensionem, non compatitur aliam in eodem loco secundum longum, sed excludit eam a loco suo; sed quia secundum latum et profundum est indivisibilis, ideo secundum istas vias compatitur secum lineas infinitas. Eodem modo superficies secundum longum et latum excludit aliam, secundum autem profundum non, sed possunt esse infinitae simul, quia secundum profundum sunt omnino indivisibiles. Patet igitur quod plures motus possunt simul esse; et ideo

Deest E

495 stante … animalium] etc. LW 496 posset] potest BPW 497 vivum] *post corr.* P; unum BN 498 vanum … dicere] vanum esset dicere BNP; nihil est L 501 intra] necessarii BMN; necessario P 502 est] *om.* BP 504 exsistentibus] ut in subiecto *add.* LW 505 probando] ostendendo LW 506 esse[1]] *om.* LW ‖ simul[1]] et *add.* BMNP ‖ quomodo] *post corr.* W; quod LQR; quando M ‖ simul[2]] motus QR 508 patet] *om.* LW 510 aliud] *ante* non[2] LW; illud QR 511 secundum longitudinem] prolongationem LW 512 excludit] excludat BLQR 515 maior patet] maior propositio patet QR; maior probatur patet enim BMNP ‖ suo] *om.* LW ‖ nam … quia] quia enim linea LW 516 aliam] lineam *add.* LW 516–517 secundum … suo] *om.* LW 519 aliam] superficiem *add.* LW 519–520 secundum[2] … sed] non autem secundum profundum quia sic LW; secundum profundum autem sic (*ante* autem N; *om.* P) MNP ‖ autem … secundum] *om.* (*hom.*) B 520–521 simul … indivisibiles] ut sint indivisibiles W; *om.* L 521 simul esse] *inv.* BMNP

unum tempus potest esse in omnibus simul et in nullo eorum per se et praecise dato.

Sed posset aliquis rationabiliter obicere quod, si tempus sit in omnibus motibus 75
simul exsistentibus sicut accidens in subiecto, et accidens numeratur necessario ad numerationem subiecti, sequitur quod erunt plura tempora, sicut sunt plures motus.

Respondetur, et in hoc declaratur secundus articulus propositus ad declaran- 76
dum, scilicet quomodo omnes motus simul exsistentes habent rationem unius subiecti respectu temporis; et ideo tempus non multiplicatur, sed est unum tantum. Circa quod sciendum quod quattuor sunt accidentia quae consequuntur res subiectas aliter quam alia accidentia; et sunt ubi et duratio praesens et duae mensurae durandi, scilicet locus et tempus. Nam haec duo, scilicet ubi et duratio praesens, debentur rebus per naturam unionis et indivisionis et indistantiae et per privationem dimensionis. Et ideo una res subiecta eis non excludit aliam, sicut patet de ubi plurium linearum secundum profundum et latum, quia ubi debetur hic pluribus rebus, inquantum sunt indivisibiles et indistantes et per privationem dimensionis quae facit distantiam. Linea enim non habet latitudinem; et ideo a loco suo proprio non habet unde excludat secundum latitudinem aliam lineam. Et ideo secunda linea non distat secundum latitudinem a loco primae lineae. Quapropter secunda linea est immediata loco primae lineae. Et ideo ubi earum secundum latitudinem unum est numero, quia debetur eis per modum unionis et indivisionis. Et similiter earum locus unus est. Et sic est duratio praesens, ut dictum est, quia debetur motui toto, inquantum non habet dimensionem nisi per decursum a praeterito in futurum. Et per comparationem ad praesens non habet motus dimensionem, per quam faciat alium motum distare a suo praesenti; et propter hoc ista duratio, scilicet tempus, debetur pluribus motibus per naturam unionis et indivisionis et privationis omnis distantiae. Et ideo sese compatiuntur in hac duratione in praesenti tempore. Unde tempus non debetur pluribus motibus tamquam pluribus subiectis, sed tamquam uni subiecto; et non plus addunt duo motus ad pluralitatem subiecti quam unus. Debetur igitur unum tempus pluribus motibus tamquam pluribus rebus, sed non tamquam subiectis, sed tamquam uni

Deest E

522 et[1]] est et *add.* BMNP 524 posset] potest LW 526 erunt] sunt LW ‖ sunt] *om.* LW 528–529 propositus … declarandum] *om.* LW 530–531 sed … tantum] *om.* LW ‖ unum tantum] *inv.* MQR 531 sciendum] est *add.* QR ‖ consequuntur] sequuntur QRW 532–533 et[1] … scilicet[1]] scilicet ubi duratio praesens LW 534 indivisionis] divisionis MN 535 non] *om.* BMNP 536 secundum] *om.* BMNP (*sed add. sup. lin.* P) 539 proprio] *om.* QR 542 quia] quod LW 543 indivisionis] divisionis MN 544 toto] toti QR 545 praeterito … futurum] futuro in praeteritum QR; futuro in praeterito BMNP 546 per quam] per quem LR; per quod W; quem B 550–552 et … subiectis] *in marg.* Q 552 tamquam[2]] pluribus *add.* QR 552–553 sed[2] … subiecto] *om.* QR

subiecto. Sed alia accidentia omnia a praedictis debentur pluribus rebus per naturam diversitatis et differentiae, secundum quod res distinctae sunt in se; et ideo numerantur in eis.

[IMPROBATIO TERTIAE OPINIONIS]

77 Haec via subtilis est. Puto tamen quod aliqua falsa hic implicantur. Quod primo dicitur in primo articulo, quod motus non habet dimensionem nisi unam secundum longitudinem, scilicet praeteriti et futuri, contra: motus secundum Philosophum est in mobili sicut in suo per se subiecto. Tunc sic: omne per se mobile est per se divisibile, non solum secundum longum, sed etiam secundum latum, quia omne per se mobile est corpus habens tres dimensiones. Cum igitur movetur secundum se totum aliquo uno motu, puta locali, motus est in toto corpore mobilis, cum nihil eius sit quod non movetur. Cum igitur accidens extendatur extensione subiecti, sicut motus extenditur secundum longum ipsius mobilis, ita etiam extenditur secundum latum. Igitur motus habet plures dimensiones quam unam secundum longitudinem, quia habet dimensionem secundum latitudinem, quamvis utramque per accidens ratione subiecti. Sicut igitur motus praeteritus et futurus non sunt simul, quia habent dimensionem qua se excludant secundum longitudinem, ita nec motus unius corporis est simul cum motu alterius secundum latum; quam dimensionem habent in praesenti; et ita non possunt esse unum subiectum respectu temporis unius.

78 Quod confirmatur per lineas, quae simul sunt secundum latum. Et arguitur sic: licet lineae mathematicae omnino abstractae a corporibus naturalibus et mathematicis simul possunt esse in eodem ubi infinitae ex ea parte qua non se excludunt, impossibile est tamen quod lineae omnes simul exsistentes in corporibus naturalibus vel etiam mathematicis sint simul in eodem ubi, quia sicut corpus meum hic et corpus Petri Romae sunt in diversis ubi simpliciter, ita linea terminans superficiem corporis mei et corporis Petri est in alio et alio ubi et similiter in alio et alio loco, sicut eis competit ubi et locus, immo non plures lineae possunt esse simul naturaliter in eodem ubi et in eodem loco quam sint corpora quae possunt simul se invicem immediate tangere. Ibi enim indivisibilia ultima sunt simul, sed pauca

Deest E

556 quod[2]] enim *add.* LW 557 in … articulo] *om.* LW 558 et … contra] ad futurum videtur falsum quia LW 561 igitur] mobile *add.* QR 563 mobilis] mobili LQW 564 ipsius mobilis] *om.* LW 565 extenditur] *om.* BLRW 566 secundum[1]] scilicet *praem.* QR; scilicet BPW ‖ habet … latitudinem] longitudinem et latitudinem LW 567 utramque] utrumque BLMNPW (*sed corr.* W, utramque *add.*, *sed del.* M) 569 longitudinem] latitudinem BMNP 571 respectu] *om.* LW 573 abstractae] subtractae MN 576 ubi] et *add.* BMNP (*sed del.* P) 579 simul] *post* naturaliter (*l. 580*) QR; *om.* BMNP 580 quam] quamvis MN

558–559 Cf. Arist., *Phys.* 3, c. 3 (202a 13–14)

corpora sunt talia quae possunt immediate se tangere. Cuiuscumque figurae sint corpora illa, sive sphaerica sive oblonga, non est verum quod omnes lineae etiam secundum latitudinem et profundum sunt simul in eodem ubi vel in eodem loco, sicut nec corpora quorum sunt lineae.

Item arguo specialiter de motibus qui sunt in eodem praesenti, quod non sunt 79
sic simul quod aliquod accidens idem numero possit simul esse in omnibus illis, et per consequens nec tempus, sic: omnis motus sive transmutatio est in eo quod movetur subiective; et omne quod movetur est in aliquo ubi; igitur omnis motus est in aliquo ubi. Sed plura per se mota sunt in pluribus ubi et in pluribus locis a se invicem realiter et localiter distinctis. Sicut igitur propter distinctionem mobilium secundum essentiam et secundum ubi et secundum locum impossibile est quod unus et idem motus numero sit in omnibus mobilibus seu motis simul exsistentibus (et hoc propter distinctionem secundum subiectum, locum et ubi), ita impossibile est quod aliquod accidens idem numero simul sit in omnibus motibus distinctis secundum subiectum, locum et ubi secundum distinctionem eorum proximorum subiectorum. Unde trufa est dicere quod aliquid idem numero sit subiective in motu meo hic et motu lapidis Romae.

Alii imaginantur de motibus quod essent separati a mobilibus et simul positi 80
secundum latitudinem et profundum. Quod non potest esse propter mobilia ipsa, quae loco et ubi distinguuntur et distant et dividuntur; et ideo nullum accidens idem numero in eis omnibus esse potest. Et haec est ratio Commentatoris in simili super 4. *Physicorum* comm. 94 ad probandum tempus non posse esse idem cuilibet motui simul exsistenti propter hoc quod motus sic distinguuntur subiecto, loco et ubi; et ideo nihil idem numero, cuiusmodi est tempus, potest esse realiter idem omnibus illis; igitur nec in illis subiective propter eandem causam. Ideo dicit super eundem 4. comm. 132 parum ante finem libri: "si posuerimus quod quilibet motus accipitur in definitione temporis, ita quod esset passio cuiuslibet, sequitur quod multiplicatur ad multiplicationem motuum, sicut albedo multiplicatur per subiectum suum". Ideo dicit quod tempus tantum est in primo motu sicut accidens

Deest E

584 sunt] sint BLNP ‖ in eodem[2]] *om.* LW 585 corpora] *post corr.* P; corpus BMN 586 arguo] arguitur RW; *om.* B ‖ motibus qui] motibus quae BMNPW (*vel* mobilibus BM NP) 587 idem] in *add.* QR; unum LW 588 sive transmutatio] *om.* LW 590–591 locis] et *add.* BMP 591 invicem] et *add.* LMP 593 mobilibus] *in marg.* W; motibus BM NPQ 596 subiectum] et *add.* MQR; *om.* L 598 hic] *om.* BMNP 599 alii] enim *add.* BMNP; autem *add.* W ‖ quod] si *add.* LW ‖ positi] posita QR 602 idem numero] *post* omnibus LW; idem in numero BMNP ‖ eis omnibus] *inv.* BMNP ‖ ratio] positio BMNP 603 esse idem] *inv.* BMNP 606 omnibus] in *praem.* LW; *om.* BM NP 607 super … 4.] 4. Physicorum LW ‖ 132] 131 BMNP; 13 W ‖ libri] *om.* QRW

602–606 Cf. Averr., *In Phys.* 4, comm. 95 (ed. Iuntina, 4:177A) 607–610 Cf. ibid. comm. 132 (203I–K)

in subiecto, et etiam sicut mensura in mensurato per se et primo; et in aliis motibus solum est sicut in mensurato, non sicut accidens in subiecto, nec in illis adhuc sicut in mensurato primo, sed sicut in mensurato secundario, sicut dicit Commentator comm. 130.

⌈OPINIO AVICENNAE⌉

81 Verumtamen sciendum quod secundum Philosophum 10. *Metaphysicae* et etiam 4. *Physicorum* in omni genere entis est dare unum aliquod primum et perfectissimum illius generis, quo mensurantur omnia quae sunt illius generis, sicut in genere colorum albedo, in genere sonorum diesis. Et haec mensura est mensura intrinseca proprii generis. Et isto modo loquendo motus primus circularis, quo fertur caelum motu diurno, quia est certissimus et perfectissimus motus, est mensura in genere omnium aliorum motuum. Et ideo alii motus inferiores non requirunt de necessitate aliam mensuram quam motum primum, qui est mensura in genere. Sed quia motus primus non habet motum priorem nec perfectiorem quo possit mensurari tamquam mensura sui proprii generis, ideo requirit aliquid alterius generis quo immediate mensuretur; cuiusmodi est tempus. Et haec est necessitas ponendi tempus. Sed ex hoc quod tempus mensurat motum primum immediate et primo (qui motus mensurat alios), ideo tempus ex consequenti, non primo mensurat alios motus. Et tunc tempus est formaliter unum sua propria natura et causaliter causalitate effectiva habet unitatem ab eo qui causat eius naturam, sive hoc sit motus sive illud quod est per se causa motus, cuiusmodi est movens caelum; et subiective habet unitatem ab ipso motu primo, qui est unus, cuius tempus est passio. Et mensura mensurando etiam motum per se mensurat quietem per accidens, secundum quod quies accipitur privative, ut scilicet est terminus naturalis ipsius motus, et est in mobili inquantum natum est moveri.

82 Istius opinionis, scilicet quod tempus est subiective tantum in primo motu et tamen mensura omnium aliorum motuum, fuit Avicenna 2. *Physicorum* cap. ultimo,

Deest E

611 mensura] mensurans QR ‖ et[3] … aliis] in aliis autem BMNP 612 est sicut] mensura LW 613 adhuc] *om.* QR 615–616 10. … Physicorum] *om.* LW 616–617 perfectissimum] perfectum BLMNPW 617 illius generis[1]] *om.* LW 619 isto modo] sic LW ‖ primus] *om.* LPQW 620 certissimus] motus regularissimus *add.* R; regularissimus *add.* L; rectissimus *add.* W; circularissimus (*corr. ex* clarissimus) motus Q 623 motus primus] *inv.* BMNP 625 immediate] mediante LW ‖ mensuretur] mensuratur BMNP; mensuraretur L 627 consequenti] et *add.* LPW (*sup. lin.* P); sed *add.* R 629 et] *om.* QR 633 est] *om.* BMNP 635 istius opinionis] ista opinio LW 635–636 scilicet … motuum] *om.* L ‖ tamen] est BP 636 omnium] *om.* MN ‖ Avicenna] Avicennae LW ‖ 2] 3 BMNP

613–614 Cf. Averr., *In Phys.* 4, comm. 130 (ed. Iuntina, 4:201K) 615–618 Cf. Arist., *Metaph.* 10, c. 1 (1052b 18–19, 31–32); *Phys.* 4, c. 14 (223b 13–20); *Auct. Arist.*, n. 239 (ed. Hamesse, 135) 636–638 Avic., *Liber primus nat.* 2, c. 13 (ed. Van Riet, 354)

ubi dicit sic: "illud quod mensurat aliud non debet esse accidens illi et exsistere in illo, quia aliquando separatum est ab illo aequalitate aut aequidistantia". Et aliquibus interpositis: "nos non probamus de tempore nisi quod dependet ex motu et est eius affectio" (id est accidens eius) "nec de motu nisi quia omnis motus mensuratur tempore. Et propter has probationes non oportet ut unumquemque motum concomitetur per se tempus proprium, nec ut quidquid mensurat aliquid sit accidens illi, ita ut omnis motus habeat tempus proprium quod accidit illi tantum per se". Hoc expresse dicit. Igitur patet per istum quod unum est tempus, quod est mensura omnium motuum, et tamen non habet nisi unum motum pro subiecto.

⌈AD ARGUMENTA PRINCIPALIA⌉

Ad primum principale, cum probatur tempus nihil esse extra animam, quia nihil ipsius actu est, sed tantum instans, quod non est pars eius, respondeo quod quaedam sunt entia quorum partes omnes simul sunt actu, et sunt permanentia, ut homo, lapis et cetera talia; quaedam sunt entia successiva, quorum partes non sunt simul actu, immo repugnat eis esse simul. Et talia habent esse extra animam per hoc quod partes eorum ad aliquem terminum communem eis copulantur. Et huiusmodi entia sunt tempus et motus. Et talia sunt entia imperfecta, quorum esse completum, ut dixi, dependet ab anima accipiente et comparante priorem partem ad posteriorem. Et ideo tempus non habet esse perfectum extra animam, sed potentiale solum et materiale, per hoc quod partes copulantur ad terminum communem. Nec requiritur ad hoc quod aliquid sit quod partes eius simul sint, sed solum de permanentibus. 83

Ad secundum, quod tempus quoad suum formale, inquantum numerus est, dependet ab anima, sicut dictum est in pede. 84

⌈AD ARGUMENTA OPINIONIS PLATONIS⌉

Ad primum primae opinionis, quando probatur tempus esse reale quid extra animam, quia est idem motui, quia si aliud esset, duraret alio, respondeo 85

Deest E

638–639 aliquibus interpositis] post parum LW 639 probamus] probabimus BMNP (*corr. ex* probamus M) 640 quia] quod BMNP 640–641 omnis … mensuratur] omnes motus mensurantur BMNPW 641 ut] quod QRW 642 concomitetur] communicetur BMNP 643 illi[1]] tantum BMNP ‖ omnis] *om.* BMNP ‖ habeat] habet BMNP 644 hoc … patet] haec ille expresse igitur patet QR; haec ille patet igitur expresse LW ‖ per[2] … quod] quod secundum eum LW 647 cum] quando BMNP 648 respondeo] dico LRW 649–650 quorum … entia] *om.* (*hom.*) W 649 et sunt] ut LQR 650 ut … talia] *om.* L ‖ lapis] domus *add.* QR ‖ quaedam] quidam MNP 652 per] ex BMNP 654 accipiente et] *om.* LW 658 sed] nisi LW 661 quid] *om.* LW 662 animam] *om.* QR ‖ esset] cum duret tunc *add.* QR

639–644 Avic., *Liber primus nat.* 2, c. 13 (ed. Van Riet, 354–55) 659–660 Cf. supra, nn. 32–51

quod tempus non durat, sed est alii ratio durandi, nec mensuratur proprie, sed est mensura. Unde ad talia argumenta respondi in suo simili de relationibus supra distinctionem primam.

86 Ad secundum, cum arguitur quod tempus est prius et posterius in motu, et prius et posterius in motu sunt ipse motus, igitur etc., respondeo quod esse in aliquo multis modis dicitur. Et quantum sufficit ad praesens, duo sunt modi quibus aliquid est in alio, uno modo ut pars in toto, alio modo ut accidens in subiecto. Dico igitur quod prius et posterius in motu, ut pars in toto, sunt ipse motus, quia sunt ambae partes eius, et illud prius et posterius non sunt ipsum tempus; prius autem et posterius in motu, ut accidens in subiecto, non sunt ipse motus nec partes eius, sed sunt ipsum tempus et accidentia et mensurae partium motus et per hoc totius motus. Et hoc secundo modo intelligit Philosophus et Commentator quod tempus est prius et posterius in motu, non primo modo. Et ideo tempus non est motus.

87 Ad tertium, quod sicut aliud est prius et posterius motus et temporis, ut iam dixi, ita alius est numerus numeratus temporis et motus. Et ideo, quando arguis "tempus est numerus numeratus, et motus est numerus numeratus, igitur tempus est motus", arguitur ex duabus affirmativis in secunda figura, et est fallacia consequentis.

88 Ad quartum, quod quantitas continua permanens est aliud realiter a substantia, et ideo tempus a motu.

89 Ad probationem, quod substantia non est una unitate essentiali per quantitatem, sed unitate accidentali, quia si esset substantia in actu, subtracta quantitate adhuc esset una essentialiter, non per aliquid diversum in essentia. De hoc infra, quando quaeritur de causa individuationis.

90 Ad quintum, quod quantitas est posterius natura quam substantiam habere partem extra partem, quia prius natura est substantia possibilis habere partem extra partem quam actu habeat partem extra partem, ita quod hic est duplex prioritas, ita quod uno modo substantia est prior, alio modo quantitas. In ratione extensibilis substantia est prior sicut potentia actu, sed in ratione formae exten-

Deest E

667 igitur etc.] igitur QR; etc. W; *om.* L 668–669 quibus] quo BMNPQ (*sed corr.* Q) 669 uno modo] scilicet LW ‖ alio modo] et W; *om.* L 678 ideo] ita QR; *om.* LW 679 et … numeratus[2]] *om.* (*hom.*) LW ‖ numerus[2]] *om.* MN 680 arguitur] arguis QR; *om.* BMP ‖ duabus] *om.* LW 680–681 et … consequentis] *om.* LW 683 et … motu] *om.* LW 684 quod] *om.* BMP ‖ substantia] *om.* BMNP 685 unitate] *om.* LQW 686 adhuc] *ante* subtracta (*l. 685*) QR; *om.* LW 687 quando quaeritur] in quaestione LW 691 substantia … prior] prior est substantia et LW 692 extensibilis] extensibili BMNP 692–693 extendentis] extensionis BMNP

665 Cf. supra, d. 1, q. 6 686–687 Cf. Rob. Cowton, *In Sent.* 3, d. 5, q. 2 (cod. Oxford, Merton College 117, ff. 181rb–186ra)

dentis quantitas est prior substantia actu extensa, sicut pars prior toto, ut albedo homine albo, et tamen homo est prior albedine. Et extensio recipitur in extensibili et divisibile in divisibili in potentia, non in actu; et ideo extensio est aliud re ab extensibili, scilicet quantitas a substantia.

Ad sextum, quod non est simile de aeternitate respectu aeterni et aevo respectu aeviterni et tempore respectu motus, quia Deus ipse, cuius mensura est ipsa aeternitas, est actus purus omnino impermixtus potentiae; et ideo nulli alii a se potest subici sicut subiectum accidenti, quia tunc posset componi cum alio et aliud cum eo et esset quid potentiale et non actus purus. Omne autem aliud a Deo, sive angelus sive quidquid aliud, est quid potentiale compositum ex actu et potentia; et ideo potest alteri a se subici sicut subiectum accidenti. Et ideo aeternitas Dei non differt realiter a se; nec tamen sequitur quod aevum non differt ab angelo nec tempus a motu. 91

Et quando probatur quod aeviternaliter esse et esse sunt realiter idem, respondeo quod si per aeviternaliter esse intelligas mensuratum esse, ut 'aeviternaliter' sit adverbium temporis, non est verum quod aeviternaliter esse angeli et esse sunt idem, sicut nec temporaliter esse est idem quod esse. Si autem 'aeviternaliter' sit adverbium qualitatis, sicut si dicatur "currenter currit", tunc idem significat 'aeviternaliter' et 'esse', sicut 'cursus' et 'currere'; sed tunc esset nugatorium dicere "iste aeviternaliter est", sicut "iste currenter currit". 92

[AD ARGUMENTA SECUNDAE OPINIONIS ARTICULI SECUNDI]

Ad rationes secundae opinionis articuli secundi quaestionis, quae probant tempus esse in quolibet motu sicut passio in subiecto, ita quod quilibet motus habet tempus proprium, quamvis unum sit tempus commune, quod est in motu primo. 93

Ad primum, cum dicitur quod tempus definitur per motum absolute, non per aliquem determinatum motum, respondeo quod ex hoc non sequitur quod tempus sit cuilibet motui proprium et quod tot sunt tempora, quot motus, quia tempus habet proprie definiri per motum primum, sed quia in principio capituli de tempore non discussit Philosophus cuius motus tempus sit passio, ideo definit tempus per motum in communi. Aliter quod, licet tempus sit accidens et passio primi motus 94

Rursus adest E *inde a* purus (*l. 701*)

693–695 sicut … actu] *om.* L 695 divisibili] indivisibili PW 697–698 et … motus] etc. LW 698 ipsa] *om.* LW 700–701 et … purus] *om.* LW 701 aliud[1]] alius MN; alio BP (*sed corr.* P) 702 quid] *om.* BMNP 702–703 actu … potentia] potentia et actu LW 707 aeviternaliter] *post corr.* R (*sic saepius infra*); aeviternitatem EMN; entitatem BP 709 quod] secundum EMN 711 nugatorium] nugatio BMNP 713–716 ad … quod] ad primum secundae opinionis quae ponit (quae ponit *om.* L) quemlibet motum (potest *add.* L) habere tempus sibi (*om.* L) proprium quamvis unum sit (*om.* L) tempus commune quod est in primo motu quando sic arguitur LW 716 ad] et *praem.* BMN 718 et] *sup. lin.* M; ita *add.* W; ita EL; nec QR 721 accidens et] *om.* LW

tantum, est tamen mensura cuiuslibet, et ideo in definitione eius, ut mensura est, ponitur motus in communi.

95 Ad secundum, cum dicitur quod numerus multiplicatur ad multiplicationem numeratorum, ita quod alius quinarius numero est quinque canum et quinque equorum, igitur et tempus numeratur ad numerationem motuum, respondeo quod non est simile de tempore et aliis numeris, quia alii numeri plures compatiuntur se ad invicem, non sic plura tempora; septenarius enim compatitur secum denarium, et sic de aliis.

96 Sed contra: Aristoteles probat unitatem temporis per unitatem numeri, igitur non maior est unitas temporis quam numeri. Cum igitur idem sit numerus decem equorum et decem canum tantum secundum speciem, non secundum numerum, secundum Philosophum in fine 4. *Physicorum*, erit idem tempus diversorum secundum speciem et non numero, sed tot numero, quot motus, sicut est de numeris.

97 Ad istud argumentum diceret Commentator 130. comm. quod numerus est in anima, et ideo non numeratur ad numerationem rerum, vel saltem quod dependet ab anima, quia non est extra animam nisi in potentia, sicut expresse dicit comm. 130, et tunc quod, sicut per eandem artem numero exsistentem in anima fiunt diversa extra animam, sic per eundem numerum in anima numerantur diversa extra, et tunc, sicut tempus est idem numero omnium motuum, sic idem denarius numero omnium decem, sive decem equorum sive decem canum.

98 Sed certe intentio Philosophi videtur plane contraria, quia in fine capituli de tempore dicit quod numerus non est unus numero, scilicet unus denarius numero decem equorum et decem canum, sed est unus denarius specie. Et tamen vult quod tempus sit unum numero. Quomodo igitur per unitatem numeri probat unitatem temporis?

99 Ideo dicunt alii quod numerus est in rebus secundum veritatem, sed quia non habet positionem in eis, ideo non numeratur secundum earum numerationem; unitas enim non habet positionem nec situm sicut punctus, et ideo nec numerus sicut magnitudo.

724 cum dicitur] cum arguitur LQRW 724–725 multiplicationem numeratorum] *inv.* BM NP 728 non] nec EQR (*sed corr.* Q) ‖ septenarius] quinarius LW ‖ enim] autem MNP; *om.* B 730–731 igitur … numeri] *om.* (*hom.*) LW 733 in … Physicorum] 4. Physicorum in fine QR; 4. Physicorum E; *om.* LW 734 sed … motus] *om.* BMNP ‖ tot numero] *inv.* QR 735 comm.] *ante* 130 R; *om.* ELW ‖ in] *om.* BMNP 737–739 nisi … animam] *om.* (*hom.*) E 737 expresse] ipse LW; *om.* P 739 fiunt] sunt BMNP 740 extra] *om.* QR 741 sive decem[1]] *om.* ELQW 742 contraria] sibi *add.* BMNP ‖ quia] *om.* QR 744–745 decem[1] … numero] *om.* (*hom.*) E 744 equorum … canum] canum et decem equorum LW 748 secundum] ad QR

731–733 Cf. Arist., *Phys.* 4, c. 14 (224a 13–15) 735–741 Cf. Averr., *In Phys.* 4, comm. 131 (ed. Iuntina, 4:202B–H) 742–744 Cf. Arist., *Phys.* 4, c. 14 (224a 13–15)

Sed haec responsio iam destructa est auctoritate Philosophi dicentis denarium esse unum specie. Sed secundum responsionem istam esset tantum una unitas numero in omnibus entibus et omnes res essent unae eadem unitate; igitur non differrent numero. 100

Ideo aliter dicitur quod numerus et est accidens et est mensura. Secundum autem quod est accidens informans, impossibile est quod sit idem numero denarius decem equorum et decem canum, sed tamen idem denarius numero potest esse et est decem hominum et decem canum et decem equorum, secundum quod denarius est mensura; sicut eadem longitudo ulnae est solum accidens ulnae et non plurium rerum, tamen eadem longitudo ulnae secundum numerum potest esse mensura eadem plurium et per eam certificari possunt infinitae longitudines aut pannorum aut lignorum aut viae et cuiuslibet magnitudinis. Et sic ad certitudinem denarii decem hominum potest eadem certitudo haberi in decem canibus et equis per denarium hominis, si comparetur ad illa. Dicendum est igitur quod numerus, inquantum est accidens, est diversus numero in hoc et in illo, et idem specie tantum, ut dicit Philosophus in fine 4. *Physicorum*; inquantum est tamen mensura, potest esse idem numero in ratione mensurae plurium. Et Aristoteles in praecedenti capitulo, quando comparavit tempus numero, consideravit numerum secundum rationem mensurae et tempus secundum totam rationem sui, scilicet ut mensura et ut accidens. Unde voluit dicere quod tempus est omnino unum, etiam inquantum est accidens, propter unitatem subiecti, qui est motus primus (et haec probatio demonstrativa est, probare unitatem passionis per unitatem subiecti), sicut numerus est unus in ratione mensurae, quamvis non in ratione accidentis. Et hoc quia non expressit primo quomodo comparavit unitatem temporis ad unitatem numeri, scilicet ratione qua numerus est mensura tantum, ideo ne intelligeretur quod numerus esset omnino idem numero, et ut accidens et ut mensura, exponit se in fine capituli dicens numerum esse unum specie, non numero, in pluribus, quamvis tempus sit idem numero. 101

751 sed] et B; contra LW ‖ responsio] ratio QR 752 responsionem] rationem MQR ‖ una] *post* unitas QR; *om.* ELW 754 differrent] differunt ELPRW 755 et[1]] *om.* BPW 756 est[1]] *om.* BEMNPQ (*sed add. sup. lin.* Q) ‖ impossibile] etiam *add.* BMNP 758 hominum … equorum] equorum et decem canum LW 762–763 certitudinem] mensurae *add.* QR (*in marg.* Q) 763–764 canibus … illa] equis etc. LW 765 numero] *om.* LW ‖ in[2]] *om.* MNPQ 766 tamen] autem (*ante* est) LW; *om.* EQR 767 idem] eadem EQR ‖ plurium] *om.* LW 769 scilicet] *om.* BEMNW (*sed add. sup. lin.* W) 770–771 unde … accidens] *om.* (*hom.*) BMNPR (*sed add. in marg.* R) 771 qui] quod LQ; quae P ‖ haec] *om.* QR 772 est] *ante* probatio QRW; *om.* EL 774 quia] quod BM NP 776 numero] *om.* LW 777 non] cum BMNP

765–766 Cf. Arist., *Phys.* 4, c. 14 (224a 13–15) 777–778 Cf. ibid. (224a 2–15)

102 Ad tertium, quod percipiendo quemcumque motum percipimus tempus, non quia tempus sit accidens cuiuslibet motus, sed quia est mensura cuiuslibet, ita quod percipimus ipsum in ratione mensurae, non accidentis.

[AD RATIONES TERTIAE OPINIONIS SECUNDI ARTICULI]

103 Ad rationem illam primam quae probat quod idem tempus numero sit in omnibus motibus simul exsistentibus sicut in subiecto uno, quia secundum Philosophum, si essent duo caeli et per consequens duo motus primi, non esset nisi unum tempus, respondeo quod illud dictum non debet multum cogere, quia Philosophus non dicit hoc determinando, sed solum opponendo contra Platonem, qui posuit tempus et motum caeli esse idem secundum rem. Et contra eum infert quia, si essent plures caeli, sicut antiqui posuerunt, tunc essent plures motus circulationis et per consequens plura tempora; quod habet pro inconvenienti. Nec dicit Philosophus, sicut alii sibi imponunt, quod si essent plures caeli aeque primi, quod adhuc esset idem tempus, sed tantum hanc consequentiam facit, quod si motus caeli et tempus essent realiter idem, si essent plures caeli, essent plura tempora. Et non dicit quod, si essent plures caeli aeque primi, quorum neutrum esset ab alio nec ambo a caelo tertio per causalitatem et influentiam, quod esset adhuc unum tantum tempus. Immo hoc posito necesse esset ponere duo tempora, sicut et duos mundos, et per consequens duos soles et duo centra, et tunc latio solis super terram et centrum unius caeli esset una dies et latio solis super aliud centrum sui caeli esset alia dies, et ita plures dies essent simul necessario et per consequens plura tempora. Sed Philosophus haberet antecedens pro impossibili, scilicet quod essent plures caeli aeque primi. Ideo non arguit contra Platonem, quia Plato posuit tempus et motum primi caeli idem, sed quia posuit tempus et motum cuiuscumque caeli esse idem, et tunc sequitur quod, si essent plures caeli, quamvis unum contineretur infra aliud et esset ab alio per causalitatem, quod essent duo tempora. Et hoc consequens esset falsum, quia sufficeret unum tempus tantum, non obstante quod essent duo caeli, quorum unum contineret aliud, quia tunc haberent idem centrum et non esset nisi idem sol et una dies simul. Quapropter ex isto dicto Philosophi non sequitur quod tempus sit simul in omnibus motibus sicut in subiecto. Unde quando ratio accipit quod intentio Philosophi sit

779 tertium] dico *add.* BMNP 780 sit] proprium *add.* LQRW 782 primam] *om.* LW || sit] fuit BP 783–784 secundum Philosophum] *om.* ELQRW 787 secundum rem] re LW || quia] quod EQ; *om.* LW 790 plures] duo LW 790–793 quod[2] … primi] *om.* (*hom.*) LW 792 idem] quod *add.* BMNP 794 caelo] *om.* LW 795 tantum] *om.* QR 796 centra] solis *add.* QR 797–798 una … caeli] unius L || et[2] … dies[1]] *om.* (*hom.*) BMNPW 797 latio solis] *om.* EQ (*sed add. in marg.* Q) 798–799 per consequens] ita LW 799 antecedens] illud *praem.* LW; hoc E 800 aeque primi] primi QR; etc. L || non] enim BNP; *om.* EM (*spat. vac.* M) 801 caeli] esse *add.* ELW 801–802 sed … idem] *om.* (*hom.*) BMNPW (*sed add. in marg.* W) 804 et … esset] quod est LW 808 motibus] *om.* LW || sit] fuit LW

quod, si essent plures motus primi, non esset nisi unum tempus, falsum imponitur Philosopho. Et ideo respondetur per interemptionem illius.

Vel aliter sic, quod si essent plures caeli, dummodo ordinati secundum causam 104
et effectum, esset unum tempus, sed si aeque primi, essent plura tempora. Idem quod aliud. Sic Richardus lib. 2 dist. 2 q. 1 art. 2 ad ultimum argumentum.

Ad aliud Augustini quod stante primo mobili esset tempus, certus sum quod 105
Philosophus hoc negaret. Et hoc plane negat Commentator super 4. comm. 132: "si translatio non esset, non esset tempus; si alteratio non esset neque augmentatio neque generatio neque corruptio et si esset haec translatio tantum, esset tempus, et si de modis translationis non esset translatio circularis, non esset tempus, et de circulari velocioris circulationis". Et tota ratio Commentatoris est, et bona est, quia destructo proprio subiecto passionis alicuius non manet passio. Quid? Igitur negabimus Augustinum? Respondeo quod non, quia secundum opinionem quam ipse habuit de tempore, tempus esset, si primus motus caeli non esset, dummodo essent alii motus, quia ipse ponit, ut supra recitatum est, quod tempus esset in anima tantum, et certum est quod anima posset numerare prius et posterius motus cuiuscumque non exsistente primo motu. Sed ipse loquebatur de tempore multum diminute, sicut patet supra in primo articulo quaestionis. Sed accipiendo tempus secundum veram rationem temporis dico quod non esset nisi exsistente motu caeli.

Si tamen aliquis velit dicere contra Philosophum et Commentatorem quod 106
non exsistente motu caeli esset tempus, quia et motus alius, tunc diceret quod tempus esset, sicut in subiecto, in regularissimo motu et primo post motum caeli, quicumque esset ille, et non in omnibus, ita quod ex ordine universi et naturae

810 et … illius] *om.* LW 811 vel … sic] aliter respondetur ELW 812 plura tempora] *inv.* BMNP 812–813 idem … aliud] *om.* ELQW 813 sic] dicit *add. sup. lin.* Q; et sic respondet ELW ‖ 2²] 3 BMNP 815 super … 132] *om.* EL 816 tempus] sed *add.* BMNPQR ‖ si²] non esset tempus *add.* BMNP 816–817 augmentatio … corruptio] augmentatio neque diminutio neque corruptio neque generatio B; augmentatio neque corruptio P; augmentatio neque corruptio neque generatio EQR; nec generatio nec corruptio nec augmentum W; generatio L 817 si] *om.* EQRW 818 modis] motibus ELW ‖ et²] sic *add.* MN; si *add.* BP 819 velocioris circulationis] *scripsi sec. Averr.* (*vide app. font.*); velociori circulo circulationis Q; velociori circulationis R; velociori circulo *cett.* ‖ tota] haec EL ‖ est et] et QR; *om.* ELW 822–823 habuit … ipse] *om.* (*hom.*) M 822 caeli] *om.* LW 822–823 dummodo] dum tamen LW; dum B 823–824 ut … tantum] tempus in anima tantum ut recitatum est LW 825 non exsistente] *post* motu LW 826 supra] *om.* LW 827 tempus secundum] *om.* E ‖ tempus] *om.* LQW (*sed add. in marg.* Q) 829 aliquis … dicere] aliquis dicat W; dicit aliquis L ‖ Philosophum … Commentatorem] Commentatorem et Philosophum BEPQR 831 subiecto] et *add.* ELQW (*sed del.* Q) ‖ in²] *om.* LW (*sed add. sup. lin.* W) 832 omnibus] motibus BMNP

813 Cf. Rich. de Med., *In Sent.* 2, d. 2, a. 1, q. 2 (ed. Brixiae 1591, 2:37b) 815–819 Cf. Averr., *In Phys.* 4, comm. 132 (ed. Iuntina, 4:203D) 823–824 Cf. supra, n. 29 826 Cf. supra, n. 34

esset quod stante caelo et per consequens corrupto motu et tempore quod nunc est, cognosceretur tempus in motu perfectissimo et primo alio a motu caeli, qui per positum non esset. Unde bene concedo quod motus posset esse non exsistente motu caeli; sed an tempus esset secundum veram rationem temporis non exsistente eius proprio subiecto, iudicetis et eligatis sequi hic Commentatorem vel Augustinum.

833 esset] sit EQR ‖ stante] corrupto LW ‖ corrupto] cessante LW 834 cognosceretur] connasceretur ELW 835 unde bene] unum unde BMNP 837 iudicetis et] *om.* LW ‖ hic] *om.* QR 837–838 Commentatorem … Augustinum] Augustinum vel Commentatorem LW

⌈Quaestio 2:

Utrum sit ponere aliquam mensuram aliam secundum rem ab aeternitate proprie dicta et tempore, quae sit propria mensura alicuius esse creati⌉

Utrum sit ponere aliquam mensuram aliam secundum rem ab aeternitate proprie dicta et tempore, quae sit propria mensura alicuius esse creati. 1

Quod non: 2

1. Commentator super 30. propositionem *De causis*: "iam igitur ostensum est quod durabilitatis duae sunt species, quarum una est aeterna, alia temporalis, quarum una est stans, quieta, et durabilitas altera movetur". Igitur praeter aeternitatem, quae est mensura Dei aeterni, non est dare mensuram alicuius durationis esse nisi tempus.

2. Item Proclus propositione 50: "omnis aeternitas mensura est aeternorum et tempus temporalium; et hae duae mensurae solum in entibus sunt". Quare idem quod prius. 3

3. Item omne quod est in entibus, aut cadit sub motu et mutatione aut non. Si sic, mensuratur tempore vel instanti temporis. Si non, sed est omnino fixum et immutabile, mensuratur aeternitate. Igitur praeter aeternitatem et tempus non est dare mensuram aliam. 4

4. Item eadem est mensura motus et quietis, sicut tactum est in praecedenti quaestione. Tunc sic: omne quod natum est moveri vel actu movetur eadem mensura mensuratur, scilicet tempore; igitur omne immobile et non natum moveri mensuratur alia, scilicet aeternitate stabili. Sed omne ens est tale vel tale. Quare praeter aeternitatem et tempus non est dare mensuram aliam. 5

Contra: 6

Isidorus *De summo bono* lib. 1 cap. 6: "tempus non ad eas creaturas quae supra caelum sunt, sed sub caelo pertinere dinoscitur. Non enim angelis accedunt tempora vel succedunt, sed nobis qui sub caelo versamur in hoc infirmo mundo". Est igitur aliquod esse durativum quod non mensuratur tempore, sed

4 ostensum] ostendendum BEMNP 6 est] *om.* EQR ‖ stans] et *add.* BMNP ‖ et durabilitas] *scripsi sec. Anon.* (*vide app. font.*); et durabilis BMNPR; *om.* ELQW 7 aeterni] *om.* EL ‖ dare mensuram] mensura LW 10 duae] *om.* BMNP 10–11 quare … prius] igitur etc. R; *om.* LW 14–15 praeter … aliam] etc. LW 19 quare] igitur LRW 22 1] 2 QR 23–24 accedunt] accidunt BLMNP 24–25 infirmo mundo] infimo mundo QR; mundo W; *om.* L 25 est igitur] *inv.* EQRW; patet quod est L

4–6 Cf. Anon., *Liber de causis*, XXIX (XXX), prop. 208 (ed. Pattin, 109) 9–10 Procl., *Elem. theol.*, prop. 54 (ed. Boese, 29) 16–17 Cf. supra, d. 2, q. 1, n. 81 22–25 Cf. Isid., *Sent.* 1, c. 6, nn. 2–3 (CCL 111, 18; PL 83, 547–48)

est supra omne tempus, nec mensuratur aeternitate proprie dicta, quia sicut Deus singulariter exsistit, sic singulari mensura mensuratur. Igitur oportet dare angelo aliam mensuram propriam praeter tempus et aeternitatem.

⌈SOLUTIO

OPINIO ALIQUORUM⌉

7 Ad istam quaestionem dixerunt aliqui quod praeter aeternitatem Dei et tempus non est dare aliam mensuram mediam, quae secundum essentiam differat a tempore et ab ipso nunc temporis. Sed dicunt quod idem est nunc aevi et nunc temporis secundum essentiam, differens solum secundum rationem et comparationem ad diversa, sicut locus et superficies idem sunt secundum essentiam, differentia secundum comparationem, quia nunc temporis mensurat ipsum mobile inquantum est in motu, eo quod sicut se habet tempus ad motum, ita se habet nunc temporis ad mobile, ut dicitur in 4. *Physicorum*, sed nunc aevi mensurat substantiam ipsius primi mobilis, prout in se absolute consideratur. Substantia enim primi mobilis est omnino immobilis secundum esse, quamvis in comparatione ad situm sit mobilis. Et inquantum est immobilis secundum esse, mensuratur nunc aevi, inquantum est mobilis secundum situm, mensuratur nunc temporis, ita quod idem est nunc secundum substantiam aevi et temporis, differens solum secundum considerationem, sicut idem ultimum comparatum ad corpus ambiens est superficies, comparatum ad corpus ambitum est locus.

⌈CONTRA OPINIONEM⌉

8 Contra: locus et superficies sunt species quantitatis contra se distinctae secundum Philosophum ex *Praedicamentis*; igitur locus et superficies non possunt esse idem realiter, ut tu dicis, et per consequens nec nunc aevi et nunc temporis.

9 Sed diceret forte aliquis quod, cum esse quantitatis consistat in ratione mensurandi, ideo quae habent diversam rationem mensurandi ad diversam speciem quantitatis pertinent; sed ipsum ultimum continentis, scilicet superficies, est mensura intrinseca continentis et mensura extrinseca contenti; unde ipsum ultimum continentis idem per essentiam descendit in diversas species quantitatis per diversas rationes mensurandi. Et ideo Philosophus in *Praedicamentis* considerans

27 sic] in *add.* BMNP; ita LW 28 propriam] *om.* LW 30 essentiam] esse LW 34 differentia] sed differunt QR; differunt L 35 se habet[2]] *om.* EL 36 ut … in] ex LW 37 se] et *add.* LQRW 40 aevi] et etiam angelus quilibet *add.* ELQRW ‖ est] vero *praem.* LW; autem R ‖ mobilis] mobile BMN 45 locus … superficies] *om.* LW 46 nunc[1] … nunc[2]] erit idem nunc (*ante* idem MN) aevi et BMNP 47 diceret … aliquis] diceret aliquis forte EQR; diceres LW 49 continentis] continens ELQRW; *om.* B

35–36 Cf. Arist., *Phys.* 4, c. 11 (219b 22–24) 44–45 Cf. Arist., *Cat.*, c. 6 (4b 20–25)

quantitatem sub ratione mensurae locum et superficiem ponit diversas species quantitatis ex comparatione eius ultimi ad diversa in ratione mensurae intrinsecae et extrinsecae.

Contra: unumquodque absolutum prius est secundum naturam comparato et aliquid ad se excepta relatione; aliter nisi esset aliquid prius ad se, non esset aliquid quod ad aliud diceretur (7. *De Trinitate* cap. 3). Sed quantitas secundum se et totam coordinationem suam est ens absolutum. Igitur species quantitatis secundum distinctionem essentialem in genere non habent accipi per diversam comparationem hanc vel illam, cum comparatio sit relatio et posterior natura omni specie quantitatis. Sic enim genus praedicamenti absoluti non descendit ad proprias species per differentias respectivas. Aliter species in genere quantitatis componeretur ex primis et secundis, scilicet ex quanto et ad aliquid, et esset ens per accidens; quod est inconveniens apud Simplicium *Super Praedicamenta* cap. de ad aliquid. 10

Item eadem ratione omnis quantitas esset eadem absolute et differret solum diversa comparatione ad diversa in ratione mensurae. 11

Item diversa comparatio non facit aliqua absoluta specie differre. Nam album et albius specie non differunt. Igitur comparatio ultimi continentis ad intrinsecum vel extrinsecum non causabit diversas species quantitatis, cuiusmodi sunt locus et superficies secundum Philosophum. Falsum igitur assumitur in exemplo opinionis. 12

Contra opinionem in se, quod nunc aevi et nunc temporis non sunt idem secundum substantiam: illa quae habent proprietates incompossibiles circa idem secundum essentiam, non sunt essentialiter idem. Huiusmodi sunt nunc aevi et nunc temporis, quia secundum Augustinum *De octoginta tribus quaestionibus* q. 81 nunc aevi est stabile, nunc temporis fluxibile; sed impossibile est quod unum et idem secundum idem simul fluat et actu stet. Igitur impossibile est quod idem secundum essentiam sit nunc aevi et nunc temporis. 13

57 aliter nisi] nisi (nihil W) enim LW ‖ prius] *ante* aliquid[2] EQR; *ante* esset[1] LW 58 7. … 3] secundum Augustinum 7. De Trinitate cap. 3 *ante* aliter (*l. 57*) QR (*in marg.* Q); *om.* EL 61 hanc … illam] *om.* LW 62 sic … genus] sic (sicut Q) genus QR; res igitur BMNP ‖ non] *om.* ELMPW (*sed add. sup. lin.* P) 62–63 descendit … proprias] descenderet in ELW 63 aliter] et ELW 65 apud] secundum LW; et E 67 quantitas] *om.* EL 69 diversa … nam] *om.* R ‖ aliqua] *om.* BMNP 69–70 album … albius] albius et album B; albus et album MNP 74 quod] arguitur *add.* BMN; et (*sup. lin.*) arguitur quod P 75 substantiam] sic *add.* LW 78 q. 81] 83 EQR; *om.* BMNP 79 secundum idem] *praem.* et LQRW; *om.* E ‖ simul] *om.* QR ‖ fluat] actu *add.* EQR ‖ actu stet] influxibiliter *add.* W; stet influxibiliter actu EQR 79–80 igitur … temporis] igitur etc. LW

56–58 Cf. Aug., *De Trin.* 7, c. 1, n. 2 (CCL 50, 247–48; PL 42, 935) 65–66 Cf. Simplicius, *In Cat.*, c. de ad aliquid (ed. Pattin, 227) 72 Cf. Arist., *Cat.*, c. 6 (4b 20–25) 77–78 Cf. Aug., *De 83 quaest.*, q. 72 (CCL 44A, 208; PL 40, 84)

14 Item duratio respicit esse in actu. Non est autem idem actus nec unius rationis esse substantiale caeli, quod mensuratur aevo, et ipsum moveri seu mutatum esse, quod mensuratur tempore et instanti. Et ideo secundum rem instans temporis et nunc aevi differunt, cum diversorum generum sint diversae mensurae secundum Philosophum 10. *Metaphysicae*.

15 Item nihil exsistens subiective in natura inferiori est propria et per se mensura naturae superioris et perfectioris. Sed si instans temporis et nunc aevi essent idem re, tunc cum instans temporis sit subiective in mutato esse, sicut tempus in motu vel in ipso quod movetur, cuiusmodi est corpus mobile primum, in eodem esset nunc aevi, et tunc non esset propria mensura angeli, qui est natura excellentior et perfectior.

16 Item tunc tempus et aevum essent idem, quia instans fluens causat tempus, et tunc etiam causaret aevum.

⌈OPINIO PROPRIA⌉

17 Ad quaestionem istam respondeo tenendo quod praeter tempus et instans temporis et praeter aeternitatem Dei necesse est ponere aliam mensuram secundum essentiam, quae sit propria mensura substantiarum creatarum incorruptibilium. Ad cuius evidentiam procedo sic: declarando primo quomodo se habeat instans temporis ad tempus, secundo ex hoc breviter ostendo quae sunt illa quae habent mensurari tempore et instanti, et tertio ex hoc concludam propositum principale, quod praeter tempus et instans sit dare mensuram creatam aliam differentem per essentiam.

⌈Articulus 1:
QUOMODO SE HABEAT INSTANS TEMPORIS AD TEMPUS
OPINIO COMMUNIS⌉

18 Quantum ad articulum primum sunt diversi modi dicendi. Dicunt quasi omnes quos viderim quod instans est tota substantia temporis, quia manet idem instans secundum essentiam in toto tempore, variatum solum secundum esse.

81 non … autem] sed non est LW 82 substantiale] *post corr.* Q; substantiae ELW ‖ caeli] *del.* Q; *om.* R ‖ seu] et LW; et vel E 85 10] 4 BLMNPW 87 perfectioris] perfectionis BMNP (*sed corr.* P) ‖ instans] nunc LW 88 instans] nunc LW 90 natura] *om.* BMNP 90–91 excellentior et] *om.* LW 92 tempus[2]] nunc *add.* QR 94 tenendo] dicendo L; *om.* MN 95–96 secundum … mensura] *om.* BMNP 96 incorruptibilium] *vel* incorporalium BMP; incorporalium LN 97 evidentiam] intellectum LW ‖ procedo … declarando] declaro LRW ‖ primo] *om.* BMNP ‖ habeat] habet LPRW 99 concludam] concludo BMNP 99–101 principale … essentiam] *om.* L 100–101 creatam … essentiam] tertiam W 100 aliam] *om.* EQR 102 dicunt] enim *add.* ELW ‖ omnes] idem *add.* BMNP 103 quos viderim] secundum (*sup. lin.*) quod viderim P; *om.* LW 104 essentiam] substantiam MN

84–85 Cf. Arist., *Metaph.* 10, c. 1 (1052b 18–20)

1. Quia hoc videtur dicere Philosophus, quod idem instans manet secundum substantiam, quamvis non secundum esse, sicut Socrates in theatro et in foro est idem secundum substantiam, sed non secundum esse. 19

2. Item sicut tempus ad motum, ita instans ad illud quod fertur; sed illud quod fertur est idem secundum substantiam in toto motu, variatum secundum esse; igitur et instans est idem secundum substantiam et variatum secundum esse. 20

3. Item, sicut sequitur quod, si mobile non esset idem secundum substantiam in toto motu, sed aliud et aliud, esset motus discontinuus et diversus numero, ita si instans esset aliud et aliud in tempore secundum substantiam, tempus non esset unum et continuum. 21

4. Item ratio Philosophi ad hoc: si instans esset aliud et aliud, tunc secundo adveniente corrumpitur prius; sed non in se, quia quodlibet manet et est in se, nec in alio instanti continuo, quia non sunt continua; igitur in alio consequenter. Sed qua ratione corrumpitur in uno illorum, et in quolibet; sed haec sunt infinita in quolibet tempore; igitur unum instans maneret corrumpendum in infinitis aliis instantibus, quod est impossibile. 22

Dicunt igitur isti quod nunc replicatum per esse diversa facit tempus et manet semper idem in substantia, secundum esse variatur. 23

⌈CONTRA OPINIONEM⌉

Contra: ex intentione dicit Philosophus quod instans sequitur illud quod fertur secundum indivisibile ubi. Instans igitur est mensura mobilis, non primo, sed ipsius mutationis vel mutati esse, secundum quod mobile in toto actu motus est in spatio sibi aequali, et ex consequenti mensurat ipsum mobile subtractum. Sicut igitur proprium mensuratum, puta mutatio sive mutatum esse in motu, est aliud secundum substantiam et esse et non manet idem in toto motu, sic instans est aliud et non manet idem secundum substantiam in toto tempore. 24

Item ratio Philosophi ad hoc, quod, si sic, tunc omnia essent simul quae nunc sunt et quae in millesimo anno, quia nihil est praesens nisi in instanti; et ideo 25

105–107 quod … esse] *om.* L 106–107 sicut … esse] *om.* BMNP 109 motu] mobili BMNP ‖ variatum] tantum *add.* LW (*post* esse L) 110 et[1] … est] instans erit LW 117 nec] et non QR; non ELW ‖ igitur in] sed in B; nec in LR; in W; cum E 118 sed qua] qua enim EQRW; quia L 119 in[2]] *om.* BMNP 122 semper] secundum BMNP; *om.* EL ‖ substantia] sed *add.* PQR (*sup. lin.* P); et *add.* E ‖ variatur] variatum LW 123 Philosophus] *om.* BMNP ‖ sequitur illud] sequitur idem Q; simpliciter idem MNPW; super illud B 124 mensura] ipsius *add.* LQR 125 actu motus] P (motus *corr. ex* motum); actu motum BEMNQW (actu *del. et* motum *corr. in* motu Q); motu R; actu L 127 aliud] et aliud *add.* L 128–129 secundum … et] et aliud E 129 aliud] et aliud *add.* LW 130 Philosophi] est *add.* BMNP ‖ quod] quia BMNP 131 quae] *om.* BMNP ‖ in instanti] instans BMNP

105–106 Cf. Arist., *Phys.* 4, c. 11 (219b 10–21) 115–120 Cf. ibid. c. 10 (218a 11–21) 123–124 Cf. ibid. c. 11 (219b 22–23) 130–135 Cf. ibid. c. 10 (218a 21–30)

si idem instans semper manet in toto tempore et non plura, tunc quidquid habet esse praesentialiter, habet esse in illo instanti; sed quae sunt in eodem instanti sunt simul; igitur omnia, quaecumque sunt in suo praesenti, sunt simul. Quod est impossibile; igitur illud ex quo sequitur.

26 Item in nulla continua quantitate invenitur quod suum indivisibile faciat divisibile in eadem; igitur nec instans indivisibile faciet divisibilitatem temporis. Consequentia patet, quia omnis quantitas continua habet eandem rationem continui, quia eadem est definitio continui in eo quod continuum est in omnibus.

27 Item in definitione quantitatis continuae cadit divisibile, quia continuum semper est divisibile in semper divisibilia; igitur divisibile est ei essentiale per totam sui substantiam. Quare oppositum eius, scilicet indivisibile, repugnat substantiae eius. Igitur instans, cum sit indivisibile omnino et nullo modo quantum, non potest esse tota substantia nec aliqua pars substantiae temporis.

28 Item nihil facit substantiam motus nisi partes eius. Igitur cum successio temporis et motus sint consimiles et aequales, nihil faciet substantiam temporis nisi partes eius, sicut nec substantiam magnitudinis facit aliquid intra nisi partes eius.

29 Ex quibus consequitur idem, quod scilicet prius et posterius et sunt partes motus et ultra partes temporis, ut utrobique partes divisibiles faciant substantiam rei divisibilis, non indivisibile aliquod.

30 Dico igitur quod aliud est instans secundum substantiam sicut et secundum esse, nescio quod est illud esse quod debet variari manente eius substantia, cum non habeat positionem, ut sic variaretur secundum esse situale et actuale manente substantia, sicut Socrates secundum aliud ubi in theatro et in foro. Dico igitur quod uno modo potest intelligi quod idem instans est in tempore secundum substantiam et aliud secundum esse; et alio modo est aliud et secundum substantiam et secundum esse. Intelligendo instans ut est communis terminus ad quem copulantur praeteritum et futurum, sic idem secundum essentiam copulat partes temporis, tamen secundum quod est principium futuri et terminus praeteriti, est

132 in … tunc] *om.* L ‖ non] sint *add.* BMNP 134 quaecumque] quae omnino QR 136 faciat] facit LNPR 136–137 divisibile] quod est divisibile QR; id (illud L) quod divisibile (*post* est L) est EL 137 eadem] eodem BMNP 139 eo … in²] *om.* (*hom.*) L ‖ est²] *om.* EQRW 140–141 quia … divisibilia] *om.* EL ‖ semper¹] *om.* QR 141 in] infinitum vel in *add.* QR 141–142 essentiale … substantiam] per totam substantiam suam essentiale L 142 sui] suam MN 143–144 instans … temporis] etc. L 144 tota substantia] *inv.* BMNP 145 nihil] nec BMNP (*sed corr.* P) 145–146 temporis … motus] motus et temporis EL 147 facit … intra] W; faciunt aliquid intra BMNPQR (*sed* faciunt *corr. in* facit P); ad intra faciunt E; faciunt L 148 idem … scilicet] idem scilicet BP; idem scilicet quod Q; idem ELW; *om.* R ‖ sunt] *om.* ELQRW 149 partes² … faciant] partes divisibiles faciunt QR; divisibile facit L 150 divisibilis] *om.* ELQRW 152 nescio] nec scio EL 153 positionem] potentiam BMNPW ‖ variaretur] varietur BMNP 155 idem … est] idem est instans QR; instans est idem E; idem est intelligere W ‖ in tempore] *om.* EW 156 aliud¹] et aliud *add.* BNPQR ‖ et³] *om.* LQR 157 intelligendo] autem *add.* BMNP 159 quod est] quod BPW; *om.* MN

aliud secundum esse, non secundum esse absolutum, sicut nec secundum essentiam, sed aliud secundum esse principii et termini, ita quod si debet definiri sub ratione principii haberet aliam definitionem a definitione sibi competente secundum quod terminus est. Et iste sensus veritatem habet quod est idem secundum essentiam et aliud secundum esse accidentale principii et termini. Sed si consideratur instans secundum fluxum suum totale, secundum quod dicimus ipsum fluere et causare tempus, sic dico quod fluit et secundum substantiam et secundum esse, sicut et partes temporis et partes motus, ita quod nihil penitus idem manet in toto tempore, nisi velimus dicere, et vere, quod idem instans secundum substantiam specie, non numero, manet, sicut eadem aestas specie, non numero, renovatur quolibet anno.

⌈Articulus 2:
QUAE MENSURENTUR TEMPORE ET QUAE INSTANTI⌉

Ex his ulterius declaro quae sunt in tempore per se et quae mensurantur in- 31
stanti per se et immediate. Nihil autem mensuratur tempore nisi motus; si autem aliqua alia dicuntur esse in tempore, hoc est per habitudinem ad motum, ut quies dicitur esse in tempore, quia est privatio motus, et generabilia et corruptibilia dicuntur esse in tempore, quia subiacent motui quo disponuntur ad proficiendum vel deficiendum in esse. Instanti autem temporis mensuratur primo et immediate ipsum mutatum esse sive mutatio ipsa et secundario per habitudinem ad mutationem vel mutatum esse mensuratur ipsum mobile ipso istanti temporis, non autem substantia caeli secundum se et absolute, sicut nec substantia alicuius rei incorruptibilis, sed alia mensura alterius rationis a tempore et instanti temporis.

⌈Articulus 3:
PRAETER TEMPUS ET INSTANS EST MENSURA ALIA⌉

Quod declaro sic et hoc est principale propositum. Circa quod sciendum quod 32
mensura, secundum quod de ea ad praesens loquimur, non est nisi quaedam mo-

162 a … competente] a definitione sibi competenti (competi E) EQRW; ab illa quae sibi competit L 163 iste sensus] illo modo R; ita Q; sic EL; istud W 165 totale] totalem RW; temporale BMN; temporalem P ‖ dicimus] imaginamur LQRW; yma^{m} E 169 aestas] aetas BMNP 171 mensurantur] tempore et quae *add.* BMNP 172 autem^{1}] *om.* ELW 173 ut] *om.* BMNP 174 esse] *om.* MNP 175 quia] quae MN 177 et secundario] et secundo MNPW; *om.* B 180 incorruptibilis] *vel* incorporalis LP; incorporalis B 181 declaro] declaratur QR ‖ sciendum] est *praem.* L, *add.* EQR 182 quaedam] quasi BM NP

172–176 Fere sumpta ex Rich. de Med., *Quaest. disp.*, q. 20, a. 4 (ed. Boureau, 3:362)
181–212 Pendet ex Henr. Gand., *Quodl.* 5, q. 13 (ed. Parisiis 1518, 171B–172D)

ra rei in modo suo essendi, et per hoc non est nisi mensura ipsius esse rei in quo moratur in essendo, respiciens esse rei non sub ratione eius qua quid est aut quale, sed sub ratione qua quantum quid est. Mensura enim secundum Philosophum 10. *Metaphysicae* est illud per quod cognoscitur quantitas rei et, ut dicit ibidem, mensura debet esse unigenea mensurato, non secundum naturam, sed secundum proportionem, loquendo de mensura durationis. Et ideo species et qualitas mensurae debet cognosci secundum qualitatem et speciem rei mensuratae, sicut e converso quantitas rei mensuratae secundum quantitatem mensurae. Diversitatem igitur et qualitatem dictarum mensurarum oportet accipere secundum diversitatem mensuratorum, quia secundum quod differunt specie et modo essendi, differunt et ipsae mensurae, quia secundum hoc differt duratio sive mora in essendo. Proprio enim modo essendi respondet proprius modus durationis in essendo. Modus autem essendi non est nisi triplex in genere in tota universitate entium: est enim quoddam ens immutabiliter exsistens actu absque omni potentia ad mutationem; aliud genus entis est immutabiliter exsistens actu, mutabiliter tamen in potentia; tertium genus entis est mutabiliter exsistens actu et potentia. Mensura autem quantitatis essendi sive mora in essendo primi entis exsistentis primo modo est aeternitas, quae propter omnimodam immutabilitatem est tota simul, et est mensura propria esse Dei, cuius esse est simpliciter immutabile actu et potentia. Mensura vero entis exsistentis vel durantis in esse secundo modo est aevum; et huiusmodi esse est angeli et animae intellectivae secundum se et aliorum simpliciter incorruptibilium, a quo esse, etsi deficere posset subtracta Dei manutenentia, secundum fidem tamen numquam deficiet, quia angeli et creaturae praedictae sunt immutabiliter secundum actum quantum ad eorum esse substantiale. Mensura vero correspondens tertio modo essendi est tempus, quod est mensura motus per se et ex consequenti omnium generabilium et corruptibilium, quorum duratio propter eorum mutabilitatem in continuo fluxu est. Igitur haec est tota necessitas huius dicti, quod sicut est triplex modus essendi rerum

184 qua] EL (*post corr.* E); quod *cett.* 185–186 enim … est] patet secundum Philosophum 10. Metaphysicae est enim BMNP 191 et] sive BMNP 192 quia] *corr. sup. lin. ex* a E; et LQR (*sup. lin.* QR); *om.* W 196–197 absque … mutationem] et potentia BNP 197 aliud … est] est autem aliud genus entis BNP; aliud est ens L ‖ exsistens] in *add.* BNP 197–198 actu … tamen] actu mutabiliter et non N; actu mutatum tamen BE; *om.* M 199 autem] igitur EL (*sup. lin.* E); *om.* QRW 201 immutabile] et *add.* BM NP 203 et huiusmodi] *corr. sup. lin. in* cuius E; cuius L ‖ esse est] *inv.* LQR; esse *add.* EW 204 posset] possit E; possent QR (*post corr.* Q); possint L 205 deficiet] deficient QR; defic- L ‖ quia] huiusmodi *add.* EQRW 205–206 angeli … praedictae] *om.* L 209 eorum] *post corr.* Q; earum ELRW ‖ in … est] est in continuo fluxu LQRW; in continuo est hoc fluxu E 209–210 igitur … est[1]] est haec igitur Q; est igitur haec RW; haec igitur est EL 210 rerum] *om.* BP

185–186 Cf. Arist., *Metaph.* 10, c. 1 (1052b 20) 187–188 Ibid. (1052a 24–25); *Auct. Arist.*, n. 241 (ed. Hamesse, 135)

in genere, sic necessario est ponere triplicem mensuram sive moram rei in esse, ut proprio mensurabili correspondeat propria mensura.

⌈AD ARGUMENTA PRINCIPALIA⌉

Ad primum principale in quaestione dico quod concedendum est quod duae 33
sunt mensurae modi essendi rerum, una aeterna et semper stans, et alia successiva,
ut scilicet tempus. Sed non sunt tantum illae duae mensurae, sed tertia mensura.
Nec oppositum dicit auctoritas. Et si aliquis vellet dicere "non plures nominat, aut igitur est insufficiens aut non sunt plures", hic dico quod, sicut auctor *De causis*, sic et Avicenna, sic Proclus, sic Aristoteles, sic Averroes erraverunt de intelligentiis ponentes eas aeternas, non potentes non esse ab aeterno nec potentes
in aeternum deficere. Et ideo posuerunt quamlibet intelligentiam unum deum esse et per consequens quod mensura cuiuslibet esset eadem vel similis. Ideo praeter aeternitatem et tempus non posuerunt mediam mensuram. Sed in hoc non sunt imitandi. Tamen possunt glossari quod sub aeternitate comprehenderunt aevum, propter hoc quod est fixum et stans, sicut infra patebit; et ita sunt tres mensurae
realiter distinctae. Et sic etiam locuti sunt catholici, ut Boethius 5. *De consolatione* ponit tantum duas mensuras essendi, aeternitatem et tempus, comprehendendo sub aeternitate aeternitatem creatam angelorum.

Ad secundum argumentum patet per idem. 34

Ad tertium, cum dicit quod omne quod est, aut cadit sub motu et mutatione 35
aut non, verum est. Et quae cadunt sub motu disponente ad esse vel non esse mensurantur tempore, sicut generabilia et corruptibilia. Sed alia quae non cadunt sub motu reperiuntur sub diverso gradu et modo essendi, quia esse alicuius entis, ut Dei, nullo modo cadit sub motu vel mutatione nec cadere potest, et ideo suum esse mensuratur mensura indefectibili actu et potentia semper uniformiter

211 necessario] necesse ELQR 213 principale … est] concedo L ‖ dico quod] quod EQW (*sed del.* Q); *om.* R 214 modi] in modo E; modo L; *om.* QR ‖ una] id est *praem.* M; scilicet LQR; *om.* EW 215 ut … tempus] ut tempus QR; *om.* EL ‖ sed[2]] est *add.* LQR ‖ tertia mensura] media mensura QR; tertia media L; alia mensura E 217 hic] hoc BM; et hoc P; *om.* L 217–218 sicut … Averroes] sicut auctor De causis sic Commentator sic Avicenna sic Proclus sic Aristoteles sic Averroes QR; sic auctor De causis sicut Commentator sicut Avicenna sicut Aristoteles sicut Averroes E; sicut auctor De causis sicut Commentator sicut Avicenna sicut Proclus sicut Aristoteles W; auctor De causis sicut et Commentator et Avicenna et Aristoteles L 218 Avicenna] et *add.* MN 219 potentes[1]] QR (*in marg.* Q); ponentes BLMNPW (eas *add.* BMNP); potes E ‖ potentes[2]] QR (*post corr.* Q); ponentes BEMNPW; *om.* L 222 non[1] … mensuram] non posuerunt mensuram tertiam QR; nullam mensuram tertiam posuit L 223 comprehenderunt] comprehendunt EL QRW 225–226 consolatione] qui *add.* BMNP 227 creatam] *om.* BP 231 sicut] ista *add.* EQW 233 vel] aut (*corr. ex* ut) W; et BEQR

224 Cf. infra, d. 2, q. 4 225–226 Cf. Boeth., *De cons.* 5, pr. 6 (CCL 94, 102; CSEL 67, 122–23; PL 63, 858–59)

permanenti, cuiusmodi est aeternitas increata; est autem alius modus essendi rerum quae immutabiliter exsistunt secundum esse substantiale in actu, mutabiliter tamen in potentia, eo quod secundum esse huiusmodi deficere possunt, quamvis Dei munere non deficiant, et illi modo essendi correspondet mensura medio modo, sicut patet in pede quaestionis.

36 Ad quartum, cum dicitur quod omne quod movetur vel natum est moveri mensuratur tempore, haec propositio distinguenda est. Si intelligitur quod propria et per se mensura cuiuslibet nati moveri, quocumque motu, est tempus, propositio falsa est, quia quamvis angelus movetur secundum operationes, tamen secundum esse substantiale non movetur; et ideo alia mensura respondet suo esse substantiali et suae operationi (et sic de esse cuiuslibet incorruptibilis per privationem causae corrumpentis intrinsecae). Tamen bene concedendum est quod omne cadens sub motu mensuratur tempore ex consequenti aliquo modo et per accidens secundum habitudinem quam habet ad motum. Et ideo necesse est ponere duplicem mensuram creatam rerum in genere, unam correspondentem esse substantiali invariabili secundum actum, aliam correspondentem fluxui rei in esse, cuiusmodi est fluxus rerum generabilium et corruptibilium corruptibilitate intrinseca.

37 Et si obiciatur quod non variantur mensurae secundum variationem modi essendi rerum, quia tunc haberemus decem mensuras primas, sicut sunt decem modi essendi decem generum, non movet, quia necesse est dicere quod omnes modi essendi sub triplici modo in genere continentur, quia omne esse aut est immutabile potentia et actu, aut mutabile actu et potentia, aut immutabile actu, mutabile potentia, aut immutabile potentia, mutabile actu; et hoc quartum includit contradictionem; et ideo secundum tres modos essendi primos est dare tres mensuras in genere et non plures, aeternitatem, tempus et aevum, quod est mensura media.

⌈AD ARGUMENTA OPINIONIS ARTICULI PRIMI⌉

38 Ad primum opinionis probantis idem esse instans secundum essentiam in toto tempore, dico quod hoc non dicit Philosophus, quod est idem in toto tempore,

235 autem] *om.* LMN 236–237 mutabiliter tamen] mutabiliter tamen (*sup. lin.*) Q; mutabiliter RW; et mutabiliter L; non autem E 238 illi … essendi] illi modi essendi (*om.* B) BEQ; sibi L 241 quod] *om.* EQR 246 corrumpentis] corruptibilitatis MN ‖ tamen bene] unde BMNPW 247 accidens] et *add.* LW; consequens BMNP 250 invariabili] rei *praem.* EL; rei (*om.* R) invariabilis (*corr. ex* invariabili Q) QR ‖ actum] et *add.* EL QR 252 et] sed BMNP ‖ obiciatur] obicitur ELRW ‖ secundum] *post corr.* Q; per LRW; propter E 254 decem] *om.* BMNP ‖ non movet] *in marg.* W; non valet Q; non oportet EL 256–258 aut[1] … contradictionem] aut immutabile actu et non in potentia aut mutabile actu et potentia quartum enim includit contradictionem scilicet esse mutabile actu et immutabile in potentia L; aut immutabile in potentia E 256 aut[1] … potentia[2]] *in marg.* W; *post* potentia[1] (*l. 257*) QR 260 primum opinionis] primam opinionis (*vel* opinionem) W; primam opinionem B; primum L 261 tempore[2]] *om.* BMNPW

239 Cf. supra, n. 32

sed quod instans in tempore est idem secundum substantiam, variatum secundum esse. Quod concedo secundum quod est terminus communis copulans partes temporis. Secundum autem quod in potentia est in tempore et transit cum tempore, est aliud et aliud secundum esse et essentiam, sicut partes temporis et sicut mutatum esse in motu. Si enim maneret secundum essentiam recipiens super se fluxum temporis, cum sit indivisibile, indivisibile moveretur; quod est contra Philosophum 6. *Physicorum*. Si autem aliquis vellet dicere quod Philosophus omnino vult quod est idem in toto tempore secundum substantiam, verum est specie, non numero.

Ad secundum, quod sicut se habet tempus ad motum, sic instans ad illud quod 39
fertur, nego, quia tempus est propria mensura motus, non sic instans ipsius mobilis, sed mutati esse. Et tunc est argumentum ad oppositum, quod sicut mutatum esse est aliud et aliud, sic instans, et sicut motus non manet secundum aliquid sui semper, sic nec tempus.

Ad tertium, quod quia motus est in mobili sicut in subiecto et accidens variatur 40
ad variationem subiecti, ideo si subiectum seu mobile variatur secundum numerum, motus variatur secundum numerum et discontinuatur. Sed non sic se habet instans ad tempus, scilicet sicut subiectum temporis, sicut nec mutatum esse ad motum. Et ideo, sicut non obstante quod aliud mutatum esse et aliud sit in motu secundum substantiam et esse, quamvis non in actu distincto, est tamen motus continuus ratione subiecti et spatii, sic non obstante quod instans sit aliud et aliud secundum essentiam et esse in toto tempore, quamvis non in actu distincto (quia si sic, tempus esset discontinuum), est tamen tempus unum et continuum.

Ad quartum de Philosopho, quod instans, cum sit mensura mutati esse trans- 41
euntis, non habet mensuram; et ideo nec in se nec in alio corrumpitur sicut in mensura, sed sicut accidens corrumpitur per corruptionem sui subiecti. Suum autem subiectum est mutatum esse, quod est terminus motus, sicut subiectum temporis est motus. Et hoc mutatum esse est dispositio ipsius mobilis secundum quod replicat se per diversas partes spatii. Sic enim sunt infinita mutata esse, quia instans sequitur illud quod fertur sicut tempus motum, ut Aristoteles dicit.

---

262 sed] secundum *add.* M; secundum NQW (*sed corr.* Q) 265–266 et[3] … essentiam] *om.* E 266 secundum] per BMNPW 267 quod est] *om.* BMNP 268 vellet dicere] vellet EQ; velit LW; dicat R 271–272 sicut … nego] non (*sup. lin.* Q; quod W) sic (sicut LW) se habet tempus ad motum sicut (sic LW) instans ad illud quod fertur nec e converso ELQRW (nec e converso *in marg.* R, *del.* Q, *om.* L) 273 quod] quia ELW 276 tertium] dico *add.* BMNP ‖ sicut] accidens *add.* QR 278 variatur] variaretur (*corr. ex* varietur M) BMPW 279 scilicet] *om.* BEMNP ‖ sicut[2]] *om.* ELQ 280 sicut] *om.* EL QRW 281 distincto] discontinuato W 283 distincto] discontinuato LQW 284 discontinuum] discontinuatum EQW; distinctum BMNP 285 Philosopho] dico *add.* BMNP

267–268 Cf. Arist., *Phys.* 6, c. 4 (234b 10–20); *Auct. Arist.*, n. 174 (ed. Hamesse, 154)
291 Cf. Arist., *Phys.* 4, c. 11 (219b 22–23)

Non tamen sequitur ipsum secundum suam substantiam, sed secundum esse sua, quae vocantur mutata esse, quia secundum ea mutatur, et sunt haec mutata esse in motu sicut instantia in tempore.

⌈Quaestio 3:
Utrum omnium aeviternorum sit unum aevum secundum numerum⌉

Utrum omnium aeviternorum sit unum aevum secundum numerum. 1

Quod non: 2

1. Quia corporalium et incorporalium, cum sint diversorum generum, non est mensura una. Sed quaedam corporalia mensurantur aevo, sicut substantia caeli. Cum igitur quaedam spiritualia mensurentur aevo, sequitur quod aevum non sit unum.

2. Item si omnes angeli mensurentur per unum aevum, hoc non est nisi per aevum quod est mensura substantiae primi angeli; sed, ut communiter tenetur, angelus qui nobilissimus fuit in natura, ut Lucifer, corruit; igitur esse omnium aliorum bonorum mensuraretur ad aevum daemonis, quod est absurdum. 3

3. Item aevum nihil addit super aeviternum; igitur quot sunt aeviterna, tot sunt aeva. Consequentia patet de se. Antecedens probatur, quia ista videntur se habere secundum ordinem: esse angelicum et aevum sive duratio ipsius et perpetuitas durationis, quia ex hoc quod habet talem modum essendi, habet talem mensuram, ut patet in praecedenti quaestione; et ex hoc quod habet esse indefectibile et perpetuum, ideo habet durationem perpetuam. Sed perpetuitas quae se habet in tertio ordine nihil addit super essentiam angelicam; igitur multo fortius nec ipsa duratio quae mediat inter essentiam angelicam et perpetuitatem, quia non magis distat medium ab extremo quam extremum ab extremo. 4

Ad oppositum: 5

Medium habet naturam extremorum. Sed aevum medium est inter aeternitatem et tempus. Aeternitas autem est tantum una et tempus tantum unum omnium temporalium secundum Philosophum 4. *Physicorum* et Commentatorem et Anselmum *De veritate* cap. ultimo. Quare et aevum, quod est media mensura, erit unum omnium aeviternorum.

---

1 utrum] tertio quaeritur *praem.* BMN 3 et incorporalium] *om.* EL 4 caeli] et quaedam tempore *add.* EL 7 per[1] … aevum[1]] secundum unum aevum EQR; uno aevo L 8 substantiae] *om.* LR 9 corruit] si igitur unum esset aevum omnium aeviternorum *add.* BM NP 11 sunt[1]] *om.* BEMQW 15 patet] *om.* BMP 16 perpetuam] *om.* LW 18 perpetuitatem] proprietatem LMP 20 ad oppositum] contra LW 22 tantum[2]] similiter est LW 23 Commentatorem et] *om.* LW 24–25 quare … unum] igitur unum erit aevum (*om.* L) LW 24 media] *om.* EQ

---

15 Cf. supra, d. 2, q. 2, n. 32 22–24 Cf. Arist., *Phys.* 4, c. 14 (223b 1–12); Averr., *In Phys.* 4, comm. 132 (ed. Iuntina, 4:203G–H); Ans. Cant., *De ver.*, c. 13 (ed. Schmitt, 1:199; PL 158, 486C)

6 Et confirmatur ex simili habitudine temporis ad temporalia et aevi ad aeviterna etc.

⌈SOLUTIO⌉

7 In ista quaestione sic procedam: primo ostendam quomodo aevum se habet ad aeviternum secundum identitatem vel diversitatem, secundo quomodo secundum unitatem vel pluralitatem.

⌈Articulus 1:
QUOMODO AEVUM SE HABEAT AD AEVITERNUM SECUNDUM IDENTITATEM VEL DIVERSITATEM

OPINIO PRIMA ET EIUS IMPROBATIO⌉

8 Sunt enim aliqui qui dicunt quod aevum non differt realiter ab aeviterno, sicut nec tempus a motu. Sed ista opinio de tempore et motu superius improbatur in prima quaestione huius distinctionis; et ibidem probatur quod tempus realiter differt a motu. Dicit enim Commentator 10. *Ethicorum* comm. 13 quod tempus et motus non sunt idem, quamvis unum non potest esse sine alio, sicut nec delectatio cum operatione.

⌈OPINIO SECUNDA⌉

9 Ideo alii non curantes an tempus et motus sint idem aut non, immo ponentes tempus et motum diversa secundum rem, dicunt aevum non differre realiter ab aeviterno. Quod probant sic:

10 1. Quia si sic, cum ipsum aevum, quod est duratio esse angelici sive magis mensura durationis illius esse, sit res quaedam et esse habeat, aut esse eius mensuratur alio realiter aut non. Si sic, dabitur infinitas rerum in actu. Si non, sed durat in esse se ipso realiter, eadem ratione et esse angeli. Quare aevum non est aliud ab esse angeli secundum rem.

---

27 etc.] *om.* BLRW 28 primo ostendam] *inv.* BMNP ‖ aevum] *post* habet ELW 31 sunt … dicunt] dicunt enim quidam LW 32 sed ista] *om.* BMNP ‖ improbatur] *post corr.* Q; improbata est RW 33–34 in … motu] *om.* L 33 in … probatur] scilicet BE MNP 34–36 dicit … operatione] *om.* LW 34 13] 23 BNP; 33 M ‖ quod] ut BEP 35 sunt] *om.* BEPQ ‖ unum … esse] non potest esse unum BP; non potens unum esse QR; non ponis unum esse E ‖ sicut] sic QR 36 cum] sine ER 37–39 ideo … aeviterno] sed alii dicunt quod aevum non differt realiter ab aeviterno L 37 aut] an PQR 38 motum] motus EW 39 quod … sic] et probant sic BMNP; *om.* LW 41 illius] ipsius ELQR; ipse ipsis W 42 dabitur … rerum] ibitur in infinitum in rebus LW 42–43 in esse] *post* ipso (*l. 43*) LW 43 eadem ratione] eodem modo W; eiusdem rei BMNP (*sed corr.* P)

33–34 Cf. supra, d. 2, q. 1, nn. 5–27 34–36 Cf. Michael Ephesius, *In Eth. Nic.* 10, c. 6 (ed. Mercken, 392)

2. Item si sic et aevum esset mensura esse angelici, aevum esset accidens et 11
posterius ipso esse, ita quod exsistentia ipsius angeli immediatius se haberet ad essentiam angeli quam ipsum aevum, quia mediante exsistentia esset mensura ipsius essentiae. Igitur, cum omne prius potest absque contradictione absolvi a posteriori realiter differente a priori, posset igitur Deus ponere exsistentiam angeli seu angelum in exsistentia sine illo posteriori, quod tu ponis aevum. Et si potest sic esse sine contradictione et non sunt ponenda plura sine necessitate, igitur non est ponendum aevum esse aliud ab exsistentia angeli.

3. Item mensura et mensuratum sunt unigenea secundum Philosophum 10. *Meta-* 12
physicae; igitur non sunt alterius generis. Sed si aevum esset aliud ab exsistentia angeli, esset de genere accidentis alicuius; igitur non esset unigenea substantiae angeli vel eius esse, et ita non esset mensura eius. Igitur non est aliud.

Dicunt igitur isti quod aevum non est aliud ab aeviterno, quia sicut divisio 13
sive separatio aliquorum in esse actuali vel potentiali est demonstratio et ratio potissima ad concludendum eorum diversitatem, quia non est possibile quod hoc actu sit et illud non sit et tamen quod hoc sit illud (et sicut hoc verum est actualiter, ita possibiliter), patet, sicut dicunt, quod inseparabilitas aliquorum actualiter et possibiliter est ratio potissima ad concludendum eorum identitatem realem. Cum igitur Deus non posset ponere exsistentiam angeli sine nunc aevi, quia aliter esset mensurabile sine mensura, durativum sine duratione, sequitur quod nunc aevi et exsistentia angeli sunt realiter idem et non diversa realiter.

⌈QUID ISTI, QUI SECUNDAM OPINIONEM DEFENDUNT, DICANT AD ARTICULUM SECUNDUM⌉

Ulterius isti dicunt, quantam ad secundum articulum quaestionis, de unitate 14
scilicet et pluralitate aevorum, breviter quod uno modo loquendo de aevo est tantum unum aevum omnium aeviternorum, alio modo plura, scilicet quot sunt aeviterna, tertio modo nullum, nec unum nec plura. Declaratio primi est quod

45 sic et] sic QR (*sed del.* Q) 46 ipsius] *om.* LW ‖ angeli] etiam *add.* QR 48 igitur] *post* cum QR; *om.* ELW ‖ potest] posset MN; possit BPW (*post corr.* W) ‖ absque] sine LMW 49 differente] differenti EQR 50 posteriori] priori LMP (*sed corr. in marg.* P) 50–51 potest … contradictione] Deus hoc potest LW 51 non[1] … ponenda] ponenda non sunt E; ponendum non est BMNPQR ‖ sine necessitate] etc. *add.* QR; ubi possunt omnia salvari per pauciora BMNP 52 esse] *om.* LW 55 alicuius] *ante* accidentis BMNP; *om.* W 56 vel] sive BMNP; et (*post corr.*) W ‖ eius[2]] *om.* BM NP 59 concludendum] *post corr.* Q; probandum LW; excludendum R ‖ quia … possibile] quia impossibile est LW; *om.* B ‖ hoc] aliquid L; *om.* BMP (*sed add. sup. lin.* P) 60 sit[2]] *om.* LQR ‖ tamen quod] tamen ex BN; tamen L; *om.* W 61 possibiliter] et potentialiter ELW 62 possibiliter] potentialiter EL ‖ eorum] aliquorum BEM NP 63 posset] possit MNP 64 mensura] et *add.* ELW 65 et … realiter[2]] *om.* LW 66–67 de … breviter] *om.* LW 67 aevorum] respondent *add.* EQR 68 aeviternorum] et non diversa realiter *add.* QR 68–69 scilicet … plura] *om.* (*hom.*) ELQW 69 quod] quia BMNP

53–54 Cf. Arist., *Metaph.* 10, c. 1 (1053a 24–25); *Auct. Arist.*, n. 241 (ed. Hamesse, 135)

in omni genere est dare unum primum et perfectissimum illius generis, quod sit mensura omnium aliorum (ex 10); igitur in genere spiritualium creaturarum; et illud est esse primi et perfectissimi angeli; et si illud vocetur aevum, tunc tantum est unum aevum omnium angelorum. Sed quia praeter esse tale perfectissimum quilibet angelus habet proprium modum exsistendi, quaelibet exsistentia angeli potest dici unum aevum; et sic accipiendo aevum tot sunt aeva, quot sunt angeli. Sed accipiendo aevum tertio modo, scilicet pro mensura extrinseca extra genus, ita quod sit accidens additum, sic nullum est aevum. Cum enim tale aevum, si esset, esset in primo et perfectissimo angelo, esset primus angelus compositior et potentialior quam infimus, pro eo quod haberet in se compositionem maiorem, scilicet ex accidente absoluto et exsistentia, quam non haberet inferior.

⌈IMPROBATIO OPINIONIS SECUNDAE⌉

Sed ista opinio, quamvis possit probabiliter teneri, est tamen contra communem doctrinam magistrorum. Nam secundum Philosophum 5. *Metaphysicae* mensurati ad mensuram est relatio realis, sicut scientiae ad scibile et universaliter mensurati ad mensuram loquendo de mensurato quod est in genere aliquo decem ⟨generum⟩, sed eiusdem ad se ipsum nullo differenti reali interveniente (quod dico propter voluntatem) non est relatio realis; alioquin idem realiter dependeret a se ipso et realiter ordinaretur ad se ipsum, quod nihil est dictu, cum ordo sit plurium secundum Philosophum, 12. Igitur sequitur quod nihil creatum est idem realiter cum sua mensura, sive sit mensura in genere sive extra genus.

16 Item sicut se habet mensura rei sive substantiae extensibilis ad ipsam substantiam et rei numerabilis ad ipsam rem in creaturis, sic mensura esse durativi ad ipsum esse; sed mensura substantiae extensibilis secundum quod tale est aliud a substantia, scilicet ipsa quantitas continua, et mensura substantiae numerabilis est aliud a substantia, ut ipse numerus (ex 10. *Metaphysicae* expresse); igitur mensura exsistentiae et modi exsistendi creaturae est aliud ab ipsa exsistentia. Cum igitur mensura modi exsistendi angeli et aliorum incorruptibilium sit ipsum aevum, videtur quod aevum sit aliud ab exsistentia.

70 sit] est BMNP 71 ex] *om.* LW ‖ 10] Metaphysicae *add.* LRW 72–73 tunc … est] tantum est BMNP 79 pro] *om.* LW 80 et] ex *add.* BMNP ‖ non] nullus LW 81 possit] posset ELQRW 85 interveniente] *om.* BMP 86 idem] *om.* LW 87 et … ipsum] *om.* L ‖ ordinaretur] *post corr.* Q; ordinatur BEW 88 sequitur quod] *om.* LW 89 sive[1] … mensura[2]] *om.* (*hom.*) EW 90 ipsam] *om.* QR 90–91 substantiam] *om.* ELW 91 numerabilis] *vel* numeralis B; numeralis NQW; numeratae E; extensibilis M ‖ esse] *om.* BMNP 92 esse] *om.* QR 93 numerabilis] numeralis EQRW; connumerabilis BP (*vel* connumeralis B); connumeralis MN 94 a substantia] *om.* BMNP ‖ expresse] *om.* LW ‖ igitur] ita MNP; vel B

70–71 Cf. Arist., *Metaph.* 10, c. 1 (1052a 15 – 1053b 8) 82–83 Cf. ibid. 5, c. 15 (1020b 30–31, 1021a 29 – b 3) 87–88 Cf. ibid. 12, c. 10 (1075a 11–24) 94 Cf. ibid. 10, c. 6 (1056b 33–34)

Item hoc videtur sic: ratione summae simplicitatis Dei, quae repugnat omni 17
creaturae, ponimus in eo quod substantia et operatio sint idem re, et similiter
quod esse eius et mensura sunt realiter idem. Sicut igitur nulli creaturae attribuimus tantam simplicitatem quod ponamus in ea esse et operari esse idem, nulli creaturae debemus attribuere quod exsistentia et mensura exsistendi sint realiter idem.

Nec valet instare de esse creaturae et essentia quod sunt idem in creatura, non 18
tamen est ibi tanta identitas et simplicitas sicut inter essentiam Dei et suum esse, quia tam operatio creaturae quam mensura exsistentiae remotius se habet ab essentia quam exsistentia rei; et exsistere sic se habet ad essentiam saltem quod est extra per se rationem definitivam essentiae secundum omnes; sed remotius non possunt se habere quam esse extra rationem essentiae, cum tamen vera identitate reali, sicut exsistere se habet ad essentiam, quin sint realiter aliud; igitur tam aevum quam operatio angeli sunt realiter aliud ab essentia.

Et si aliquis dicat quod aevum, quamvis remotius se habeat ab essentia an- 19
geli quam exsistentia, non remotione realis diversitatis, sed remotione maioris diversitatis intentionalis tantum, contra: sic ego ponerem omnia praedicamenta idem substantiae, sed quod quantitas esset propinquior in differentia intentionali et qualitas remotior et ad aliquid remotior qualitate, et tamen omnia idem per identitatem realem. Nec est fuga ad separationem, quia qualitas non separatur a quantitate, et tamen non sunt idem.

Item tunc angeli perfectissimi secundum naturam non esset mensura intrin- 20
seca accidentalis nec extra in genere, quia non est angelus perfectior, et ita non esset aeviternus; quod videtur absurdum. Et eodem modo sequeretur quod motus esset sine tempore et mutatio sine instanti mensurante; et corpus caeli, ut in se consideratur secundum esse permanens et incorruptibile, non haberet mensuram accidentalem, ut aevum, nec essentialem, ut corpus perfectius, et periret omnis ratio mensurae accidentalis.

⌈OPINIO PROPRIA QUANTUM AD PRIMUM ARTICULUM⌉

Quantum igitur ad primum articulum quaestionis dico quod, sicut duratio ex- 21
sistentiae rei fluentis, ut motus et mutationis, est aliud re ab ipso esse eorum,

99 sint] sit EW ‖ similiter] simpliciter BMNP 106–107 essentia] exsistentia EPQR (*sed corr.* PQ) 107 et] quia NP (*corr. ex* quod P); quod BM 109 se habere] *ante* non (*l. 108*) BMNP 110 sint] sit BMNPW 112 et … dicat] si dicas LW ‖ habeat ab] habet ad EW 113 realis] reali BPW 114 praedicamenta] esse *add.* BMNP 115 sed] scilicet ELNW 116 ad aliquid] aliud LW ‖ remotior[2]] remotius EL 117 est] valet etiam BMNP 120 accidentalis] actualis BMNP ‖ angelus] unus LW; minor E 121 aeviternus] *post corr.* Q; aevum ELW ‖ quod[1] … absurdum] *om.* LW ‖ modo] *om.* EL 123 haberet] habet LQRW; *om.* E 124 accidentalem] actualem BMNP ‖ perfectius] *om.* ELW 127 ipso] *om.* LW 127–129 esse … ipso] *om.* (*hom.*) E 127 esse eorum] *inv.* BMNP

scilicet tempus et instans, sic duratio exsistentiae rei creatae permanentis est aliud ab ipso esse. Unde sicut rei competit duplex mensura, una ratione essentiae, quae est mensura in genere – et illa mensura est perfectissima species illius generis, sicut albedo in genere coloris, et est ratio cognoscendi alia in eodem genere, tamquam primo notum (ex 5. *Metaphysicae* comm. 12), et est aliud re a qualibet specie inferiori cuius est mensura, inquantum habet essentiam –, sic sibi competit alia mensura extra genus, inquantum exsistit, et ista mensura est duratio sui esse; quod multo magis differt realiter ab ipso esse; et huiusmodi est aevum respectu angeli.

⌈Articulus 2:
QUOMODO AEVUM SE HABEAT AD AEVITERNUM SECUNDUM UNITATEM VEL PLURALITATEM

DE FALSITATE ILLIUS QUOD, QUI OPINIONEM SECUNDAM DEFENDUNT, DICUNT AD ARTICULUM SECUNDUM⌉

22 Ex istis patet falsitas illius quod dicunt ad secundum articulum quaestionis, scilicet quod aevum nihil est accipiendo aevum secundum quod dicit mensuram extrinsecam extra genus sicut accidens, quia probatum est quod sit accidens et est reducibile ad genus quantitatis, quamvis non sit principium quantitatis continuae nec discretae, sicut magis patebit, cum scietur an sit continuum et successivum an indivisibile permanens et stans.

⌈OPINIO BONAVENTURAE⌉

23 Ideo alii tenentes quod aevum sit aliud ab aeviterno dicunt quod opposito modo est de tempore et de aevo, quia tempus ex hoc quod consequitur subiectum ratione potentiae, scilicet materiae, quae materia una numero est in omnibus, differens secundum esse, ideo tempus est unum numero; sed quia aevum respicit esse actuale et esse stabile, ideo aevum conformatur esse formae; et quia forma

128–129 aliud] re *add.* LW 129 competit] convenit MNP; contingit B ‖ essentiae] exsistentiae MNQR 130 illa] una *add.* QR ‖ mensura²] *om.* ELW 132 12] 13 ELW; 4 M 133 a] in ELW 134 sibi] igitur M; sicut LW ‖ competit] convenit MNP; contingit B ‖ inquantum] in qua QR 135 quod] quae Q ‖ huiusmodi est] huiusmodi esse est mensura QR; huiusmodi mensura est LW; huiusmodi quod E 136 respectu angeli] respectu esse angeli MP; *om.* L 139 sit] sicut ELQW (*sed corr.* Q) ‖ et] ut LW 140 non] nec ELQR 142 an] sit *add.* QR 144 quod] *om.* ELQRW 145–146 differens] *post corr.* Q; differentiis BMNPW 147 ideo] illud *add.* QR; illud W

130–132 Cf. Averr., *In Metaph.* 5, comm. 12 (ed. Iuntina, 8:115A) 137–139 Cf. supra, n. 14 143–149 Cf. Bonaventura, *In Sent.* 2, d. 2, pars 1, a. 1, q. 2 (ed. Quaracchi, 2:60b)

variatur secundum esse actuale in angelis, ideo tot sunt aeva, quot sunt actualia esse, et per consequens tot sunt aeva, quot aeviterna.

⌈CONTRA OPINIONEM⌉

Sed ista opinio de unitate temporis sufficienter improbata est supra; ideo de 24
ista non plus prosequor ad praesens, nisi unum verbum quod implicat falsum, scilicet quod tempus non mensurat esse actuale, quia aut mensurat ens in actu aut ens in potentia aut nihil; non nihil nec ens in potentia; igitur ens in actu, quamvis permixtum potentiae (aliter motus, qui est sensibilis per se, non esset ens actu). Sicut igitur unum est tempus non obstante quod mensuret plura in actu, quamvis diminute respectu permanentium, ita erit unum aevum non obstante quod mensuret plura actu permanentia.

⌈OPINIO HENRICI⌉

Ideo magister Henricus *Quodlibeto* 11 q. 11 respondet quantum ad istum arti- 25
culum secundum propositae quaestionis quod quaestio potest dupliciter intelligi: uno modo an singuli angeli habeant aevum proprium sibi, sic scilicet quod mensura primi angeli sive aevum ipsius sit mensura aliorum aevorum et per hoc mensura omnium angelorum; alio modo potest intelligi an sit unum aevum unius primi angeli, quod est mensura omnium aliorum angelorum, sic quod nullus eorum habeat proprium aevum, quemadmodum tempus est unum unius primi motus et mediante illo est mensura omnium motuum aliorum sic quod nullus eorum habeat proprium tempus.

Et quod isto secundo modo non potest esse unum aevum, quod sit in primo 26
angelo subiective et mensura aliorum, ita quod nullus eorum habeat proprium aevum, ostenditur sic: quandocumque aliqua plura mensurantur mensura unius primi, ita quod nullum illorum habeat mensuram propriam, illa posteriora et ipsum primum habent connexionem et connaturalitatem ad invicem secundum rationem causae et causati, ita quod esse omnium aliorum dependet ab esse primi sicut

148–149 ideo … aeviterna] ideo tot sunt aeva quot aeviterna W; ideo quot sunt aeviterna tot sunt aeva L 149 sunt] *om.* EQR 150 ista] illa BLQR ‖ sufficienter] *om.* LQ RW 150–151 ideo … falsum] tamen falsum implicat L ‖ de ista] de illa EQ RW 153 nihil[1]] sed *add.* ELW 154 potentiae] cum potentia LW 155–157 in … plura] *om.* (*hom.*) E 156 diminute] diminuto QRW ‖ non … quod] quamvis LW 158 ideo] item BMNP 158–159 magister … quaestionis] quantum ad secundum articulum quaestionis dicit (respondet L) Henricus (Hervaeus L) LW 159 secundum] *del.* Q; *om.* ER 160 scilicet] *om.* BMNP 161 mensura] omnium *add.* LW 161–162 et … angelorum] *om.* L 162 omnium] aliorum *add.* EQR 165 nullus eorum] nullum illorum EQR 168 eorum] illorum QR; aliorum LW 170 nullum] nullus ELMPQRW (*sed corr.* M)

150 Cf. supra, d. 1, q. 1 158–209 Cf. Henr. Gand., *Quodl.* 11, q. 11 (ed. Parisiis 1518, 465I–M)

effectus a causa (patet de omnibus motibus naturalibus post primum quod omnes habent causari a motu primi mobilis; propter quod tempus, quod est mensura illius primi motus, mensura est omnium aliorum sic quod nullus eorum habet tempus proprium); sed unus angelus nullam habet causalitatem in esse super alium; igitur non est aliquod proprium aevum unius angeli primi et aliorum per illum sic quod nullus eorum proprium habeat aevum.

27 Ideo restat videre de primo intellectu quaestionis, utrum scilicet aevum primi angeli sit mensura omnium aliorum angelorum cum hoc quod est propria unius primi. Et quod hoc non possit esse per se probatur: quod enim mensura unius propria, quae sibi competit per se et primo, sit mensura alterius per se, quamvis non primo, hoc non est nisi quia illud unum habet causalitatem in esse aliorum, sive alia ponantur habere proprias mensuras sive non, quemadmodum, sive motus alii a primo ponantur habere propria tempora aut proprias mensuras sive non, tempus tamen primi motus numquam diceretur esse mensura aliorum motuum nisi quia primus motus haberet causalitatem in esse super alios motus. Et sic eadem ratione qua prius unum aevum non potest esse per se mensura omnium aeviternorum, cum angelus primus non habeat causalitatem respectu aliorum sicut motus primus respectu aliorum motuum. Si igitur possibile est ut sit hoc, scilicet quod mensura primi angeli sit mensura aliorum, hoc non potest esse nisi per accidens, scilicet quia unum aevum est mensura aliorum aevorum et per hoc est mensura aliorum aeviternorum. Quod videtur necessario verum; cum enim aevorum omnium sit unum genus entis, oportet quod in illis sit unum primum aevum quod est mensura omnium aliorum aevorum. Sed istud non potest stare, quia quandocumque aliquid est mensura mensurati, quia est mensura mensurae, oportet quod sit mensura mensurati sub illa ratione qua est mensura mensurae, ut si locus est mensura albedinis quae est in superficie, quia est mensura superficiei, oportet quod secundum eandem rationem mensurandi locus sit mensura superficiei et albedinis, scilicet sub ratione quanti sive extensi. Nunc autem aliter aevum est mensura aeviterni, aliter vero unum aevum est mensura alterius aevi. Aevum enim est mensura aeviterni quoad modum exsistendi in simultate quadam, defec-

174 tempus quod] *om.* LW (*sed* quod *add. in marg.* W) 175 eorum] *om.* LW 178 habeat] habet EMW ‖ aevum] et ideo quilibet angelus proprium habet aevum *add.* QR 181 quod[2]] quia LW 182 competit] convenit BMP ‖ per se[2]] *om.* LW 184 alia] illa QR ‖ ponantur] ponuntur LPQR; p[a]tintur E 185 ponantur] ponuntur ELQR ‖ propria … mensuras] proprias mensuras aut propria tempora R; proprias mensuras ad tempora sua propria Q; propria tempora aut suas mensuras EW; propria tempora L 185–186 tempus … primi] tamen primus LW 188 per se] *om.* MN 189–190 sicut … motuum] *om.* L 189 sicut] habet *add.* EW 190 respectu] *om.* QR 190–191 sit … quod] *om.* LW 191–192 hoc … aliorum] *om.* (*hom.*) BEMNP 192 aevum] *om.* QW 194 entis] *om.* LNW 195 istud] etiam *add.* QR 197 oportet … mensurae] *om.* (*hom.*) BEL MNPW ‖ mensura[1] … est] *in marg.* Q 198 quia] ille *add.* QR 200–201 nunc … est[2]] sed aevum est aliter mensura aeviterni et aliter LW 202 simultate] similitate EM

tibili tamen, quemadmodum aeternitas est mensura Dei indefectibilis et tempus est mensura motus quoad modum exsistendi in quadam successione (secundum quod in quaestione praecedenti declaravi); aevum autem unum est mensura aliorum aevorum quoad dignitatem naturae exsistentis, quia scilicet est primum et perfectissimum in tali genere per quod habet mensurari naturalis perfectio cuiuslibet alterius in genere. Et sic aequivoce est unum aevum mensura aeviterni et mensura alterius aevi.

⌈OPINIO PROPRIA QUANTUM AD ARTICULUM SECUNDUM⌉

Teneo igitur pro nunc quod, quot sunt aeviterna, tot sunt aeva, et quod quilibet 28
angelus habet proprium aevum. Et sicut in substantiis angelorum et cuiuslibet generis substantiae est ponere mensuram et mensuratum secundum perfectionem naturae, sic et in accidentibus. Quare ponendo aeva differre secundum differentiam angelorum, secundum eundem modum quo ponimus mensuram unam angelorum secundum substantiam in una specie angeli, quae dicitur mensura intrinseca, sic similiter in aevo ponendum est aevum illius angeli perfectissimi esse mensuram aliorum aevorum secundum pefectionem naturae. Sed nullo modo aevum illius est mensura aliorum angelorum seu aeviternorum propter mensurae aequivocationem, ut argutum est supra.

⌈CONFIRMATIO OPINIONIS PROPRIAE ALIQUIBUS RATIONIBUS⌉

Ulterius primo volo confirmare istam opinionem aliquibus rationibus, secundo 29
volo instare contra eam et solvere instantias.

Probatur primo quod quilibet angelus habet proprium aevum, quia si non, 30
sed aevum primi est aevum omnium aliorum, tunc sic: pono quod Deus creet unum angelum perfectiorem quolibet nunc creato. Quod potest facere secundum

---

203 quemadmodum] sicut ELQW 204–205 secundum … praecedenti] ut superius LW 208 in genere] aevi EQR; *om.* LW 208–209 et[1] … alterius] *om.* EQ (*sed add. in marg.* Q) 208 unum] *om.* LQRW 209 mensura] *om.* LW 213 quare] quia QR; cum LW ‖ aeva] ea ELW 213–214 differentiam … secundum] differentiam angelorum est unum genus subalternum aevorum sicut angelorum secundum QR; *om.* (*hom.*) BMNP 214 unam] *om.* LW 216 perfectissimi] perfectissimum BMNP 218 illius] *om.* LW 220 istam] illam LQRW; iam E ‖ aliquibus rationibus] aliqualibus rationibus BMN; aliis rationibus W; aliquibus R; *om.* L 221 volo … instantias] ponam instantias contra eam et solvam LW (et solvam *om.* L) 222 probatur] igitur *add.* E; probo igitur LW ‖ aevum] sic *add.* LW 223 tunc sic] *om.* BMNP 224 quod … facere] quia hoc potest facere EQ RW; quod est possibile L

---

205 Cf. supra, d. 2, q. 2, n. 32 211–219 Fere sumpta ex Henr. Gand., *Quodl.* 11, q. 11 (ed. Parisiis 1518, 467B) 219 Cf. supra, n. 27

omnes, quia oppositum dicere est articulus damnatus Parisius; utrum autem hoc possit semper in infinitum ascendendo, nihil modo. Creetur igitur ille angelus. Non mensuraretur aevo angeli inferioris; igitur haberet aevum proprium. Et cum hoc angelus qui ante erat prior, haberet proprium aevum suum, quia pono quod Deus creando nobiliorem nihil corrumpit circa alium; quare sicut tunc haberent propria aeva, ita et nunc.

31 Istud idem aliter arguo: ponatur quod Deus destruat angelum perfectissimum nihil creando vel causando in alio de novo. Certum est quod sic destrueretur aevum ipsius cum ipso. Tunc quaero de primo post illum: aut habet mensuram propriam sibi aut non? Si sic, igitur prius habuit illam exsistente alio secum, quia non pono aliquid causari de novo in ipso propter destructionem alterius. Hoc est autem propositum. Sequitur quod eadem ratione quilibet angelus habet proprium aevum sicut primus angelus. ***

32 Sed forte diceres quod idem argumentum est ad probandum plura tempora, quia destructo motu primo et tempore in eo, quaero de alio motu: aut habet tempus proprium etc. Primo dico quod multiplicare inconvenientia non est respondere. Verumtamen respondeo, sicut in prima quaestione huius distinctionis dictum est, quod posita hypothesi de motu primo, quod alius motus non mensuretur tempore proprie dicto, sed solum tempore secundum esse eius in anima secundum opinionem Augustini de tempore. Et talis mensura sufficeret ad mensurandum motum alium a primo, pro eo quod tam motus quam tempus dependet quoad esse eius ab anima, eo quod nulla pars eius est nisi in anima; secus autem est de

225 quia … dicere] etiam (et L) oppositum eius (*om.* L) LW ‖ Parisius] posset igitur Deus facere unum angelum perfectiorem in natura quolibet angelo nunc facto *add.* EQRW 225–226 utrum … modo] *om.* L 226 possit] posset BE ‖ creetur] *post corr.* Q; crearetur P; curetur B; *om.* LRW 227 mensuraretur] mensuratur BEW; mensuretur LP 227–228 et … aevum] *om.* PW 228 erat] eum fuit LQR ‖ pono] posito BMNP 229 nobiliorem] meliorem vel *praem.* BMNP; unum L ‖ quare] quia ELQRW 230 et] *om.* EQR 231 istud … arguo] item LW ‖ aliter arguo] *inv.* EQR ‖ ponatur] ponitur EQRW (*sed corr.* W); pono L ‖ Deus] *om.* EQR 232 creando vel] creando nihil BP; *om.* L ‖ sic] simul LW 233–234 mensuram … sibi] propriam mensuram sibi LW; mensuram propriam Q; mensuram R 234–235 quia … destructionem] cum in isto nihil causetur ex destructione LW 235 pono] potest BNP 235–236 hoc … quod] igitur LW 235 est] *om.* QR 236 sequitur] et *praem.* EQR; igitur *add. al. m.* P ‖ habet] haberet MNP 237 aevum] sibi *add.* LW ‖ primus angelus] et (*om.* W) prius LW; *sequitur fort. lac.*, *cum deficiat* si non *etc.* 240 etc.] aut non LW ‖ respondere] solvere LW 242 posita] dicta *add.* LW; posito EMNQ ‖ mensuretur] mensuraretur RW; mensuratur BE; mensurantur (*post corr.*) Q 242–243 tempore[1]] *om.* MN 245–246 quoad … eius[1]] *post* anima[1] (*l. 246*) BMNP

225 Articulus non invenitur, sed cf. Henr. Gand., *Quodl.* 11, q. 11 (ed. Parisiis 1518, 467V): "secundum articulum quendam damnatum Parisii nulla creatura habet statum in supremo"; P. Porro, "Ponere statum. Idee divine, perfezioni creaturali e ordine del mondo in Enrico di Gand", in: *Mediaevalia* 3 (1993), 109–59 241 Cf. supra, d. 2, q. 1, n. 105

entibus perfectis, quorum esse non dependet ab anima, cuiusmodi est esse angeli et eius mensura. Et ideo potest poni motus in esse completo sibi competenti sine mensura completa, cuius esse non dependeat ab anima, et non angelus in esse completo competenti sine mensura. Et ideo patet quod instantia nulla est.

Item si ponerentur multi angeli in eadem specie, sicut ponunt multi qui sunt 33
contrariae opinionis, scilicet quod tantum unum sit aevum, vel saltem quod possunt poni, tunc cum in individuis supremae speciei non sit ordo secundum prius et posterius et perfectionem, vel unum aevum numero esset in diversis substantiis vel quilibet haberet proprium, cum non posset inter tales poni unus perfectior mensura aliorum in eadem specie.

⌈INSTANTIAE ET SOLUTIONES EARUM⌉

Sed nunc arguo contra opinionem probando quod tantum sit unum aevum om- 34
nium aeviternorum, quia sicut se habet mensura unigenea ad mensurata in proprio genere, sic mensura non unigenea et extra genus se habet ad sua mensurata. Sed sic est de mensura unigenea, quod non obstante quod sit mensura aliorum, tamen est separata ab eis secundum subiectum, sicut albedo ab aliis coloribus. Igitur multo magis mensura extra genus, non unigenea, cuiusmodi est tempus et aevum, potest esse mensura unius et tamen esse subiective in alio, et ita mensura primi angeli propria sibi potest esse mensura aliorum; quod tu negas. Haec ratio Martini quare ponit unum aevum tantum et illud esse in angelo primo.

Ad istud breviter dico quod verum est de mensura extrinseca, quae est mensu- 35
ra propria unius quod est causa omnium aliorum in eodem genere, sicut patet de tempore respectu primi motus et primi motus respectu aliorum qui ab eo dependent ut effectus a causa. Non sic se habet aevum ad aliquem unum angelum qui sit causa omnium aliorum, sicut patet in pede quaestionis; et ideo nihil concludit contra dicta.

---

247 non dependet] *post* anima LW 247–250 cuiusmodi …] *om.* L 248–250 potest … mensura] non potest poni angelus in esse completo competenti sine mensura completa cuius esse non dependet ab anima EQRW 250 nulla est] non valet LW 251–252 qui … opinionis] de contraria opinione LW 252 unum sit] *inv.* QR; est unum LW; unum fuit B 252–253 quod possunt] quod posset Q; quod possent R; possint W; possit L 255 proprium] aevum *add.* LW; propositum BMN ‖ posset] poterit EQR ‖ tales] plures BMNP ‖ unus] unius EL 256 mensura] quam *add.* LW; quod *add.* E 257–258 probando … quia] istam sic LW 257 sit] fuit BP 258 in] *om.* BMP 259 se habet] *om.* ELW 260 sit] fuit BP 261 separata] separatum ELW ‖ ab[2]] de BMNP 262 extra genus] *om.* LW 263 esse[2]] *om.* ELQRW 264 haec] est *add.* ELW 265 tantum] *ante* unum LRW; *ante* aevum EQ 266 istud] illud BELPR 267 quod] quae MN; qui BP; ita quod LW 270 sit] fuit BP 271 dicta] praedicta MN

---

265 Incertum quis respiciatur 270 Cf. supra, nn. 26–27

36 Item contra istud arguitur aliter sic, quod non oportet quod illud primum in genere, quod est mensura in genere omnium aliorum et cuius mensura est mensura extrinseca eorundem, habeat causalitatem effectivam super illa posteriora in illo genere, quia, ut dicunt, albedo est mensura omnium colorum, non tamen causa effectiva illorum. Et tamen, si albedo haberet mensuram durativam sui esse, eius mensura esset mensura omnium colorum nec oporteret quod haberent propriam mensuram extrinsecam, quod esset accidens proprium et subiective in eis. Unde dicunt: "si quilibet color esset unum fieri, fieri albedinis esset mensura nigredinis".

37 Ad istud, cum dicitur quod mensura in genere non necessario habet causalitatem effectivam aliorum, concedo. Ideo dico quod perfectissima species in angelis est mensura aliarum specierum, non habens tamen causalitatem effectivam respectu aliarum. Sed ad hoc quod mensura durativa ipsius albedinis, si talem haberet, esset mensura aliorum colorum, sic quod nullus eorum haberet mensuram propriam durandi, necessario oporteret quod esset causa effectiva aliorum et quod haberent connexionem et connaturalitatem secundum causam et effectum.

38 Et quando dicis quod, si quilibet color esset quoddam fieri, fieri albedinis esset mensura nigredinis, quaero quomodo hoc intelligis. Si sic quod fieri albedinis sic esset mensura nigredinis quod nigredo non haberet proprium fieri, falsum est. Si intelligas sic quod mensura albedinis, sive dicatur fieri sive aliud, esset mensura nigredinis, esto quod albedo non esset causa effectiva nigredinis, nego. Unde eadem quantitas numero non est mensura albedinis et nigredinis secundum esse extensum illorum in subiecto, sed alia quantitate numero mensuratur esse extensum albedinis in hoc subiecto et esse nigredinis quod extenditur in alio. Tamen bene mensura albedinis esset mensura mensurae nigredinis, sed non nigredinis aliquo modo, nec per se nec per accidens, propter quod, si esset mensura mensurati sicut mensura mensurae, oporteret quod esset mensura mensurati sub ea ratione qua est mensura mensurae, sicut supra argutum est, et ideo nihil probant contrarium opinioni.

272 item contra] sed contra BMNP; item ELW ‖ istud] illud BPR; idem L 274 causalitatem] causam BMNP 279 si] quod *praem.* ELW; quod B ‖ fieri[1]] sicut est de successivis *add.* BNP 281 istud] illud BLPR ‖ cum dicitur] dico ELQRW 282 ideo] et *add. sup. lin.* Q; unde ELW 284–285 albedinis … mensura] esset mensura E; esset L; *om.* W 286 necessario oporteret] necesse esset BMNP 287 haberent] haberet NLW 290 non] *om.* BP 291 esset] est ELW 292 non] *om.* BP (*sed add. sup. lin.* P) 294 illorum … subiecto] albedinis in hoc subiecto et alio BMNP 298 sicut] quia BMNP

299 Cf. supra, n. 27

⌈AD ARGUMENTUM PRINCIPALE IN OPPOSITUM⌉

Ad primum principale in oppositum quaestionis, cum arguitur quod medium 39
sapit naturam extremorum etc., verum est de medio composito ex extremis, sicut medii colores et mixta ex elementis. Huiusmodi medium non est aevum.

⌈AD CONFIRMATIONEM ARGUMENTI IN OPPOSITUM⌉

Ad confirmationem patet quod non est similis habitudo temporis ad temporalia 40
305 et aevi ad aeviterna propter illa quae dicta sunt in pede.

⌈AD ARGUMENTA PRINCIPALIA⌉

Ad primum alterius partis, quia argumenta ista non concludunt excepto primo. 41
Dico tamen ad primum quod, quamvis corporalia et incorporalia non conveniant in eodem genere proximo, conveniunt tamen in remoto et in permanentia essendi, quia esse eorum, scilicet planetarum et totius caeli, est incorruptibile et
310 totum simul, sicut esse angelorum; et ideo, nisi aliud obviaret, eadem posset esse mensura. Sed certe istud non videtur satisfacere, quia si loquamur de mensura in genere secundum perfectionem naturarum et specierum, quamvis angelus sit ens simpliciter nobilius corpore, tamen non est mensura in genere corporalium. Nec aspiciendo ad perfectionem spiritus iudicamus de perfectione corporis, sed
315 sicut in genere spiritualium est unum primum, sic in genere corporalium. Et ideo, sicut spiritus non est mensura corporis, sic nec aevum spiritus est aevum corporis (quod concedo), sed sunt aliud et aliud.

Ad secundum respondet Thomas 2. *Scripti* quod, cum aevum sit participatio 42
aeternitatis, quanto aliquid magis est in participatione aeternitatis, perfectius mensuratur
320 aevo; et ideo, cum angelus beatus magis sit in participatione aeternitatis quam ille qui per peccatum corruit, non sequitur quod angelus beatus mensuratur ad aevum daemonis, sed e converso. Sed istud non solvit, quia non quaerimus modo de mensura secundum esse gratiae, sed naturae. Et ideo bene dicitur quod inconveniens esset quod beati angeli mensurentur in perfectione secundum esse
325 daemonis, si ratio mensurae sumeretur secundum rationem gratiae. Nunc autem non sic est, sed sumitur secundum rationem naturae quam non mutat gratia nec in

301 in … quaestionis] *om.* ELW 303 huiusmodi medium] sed huiusmodi LW 304 similis] simile non est enim similis (similitudo W) LW 306 ista] illa BLQR; omnia E 309 et[1]] esse *add.* QR 313 ens … corpore] aevo simpliciter nobilius ELW 319 est] *ante* aliquid BMNP; *ante* magis QR (*sup. lin.*) 321 mensuratur] mensuretur BMNP 322 sed[1]] magis *add.* LW ‖ non[2]] *sup. lin.* P; *om.* B 323 modo] *om.* QR ‖ bene] *om.* ELQRW 325 daemonis] *om.* ELQRW ‖ si] sed MNW ‖ sumeretur] sumetur Q; sumatur R; sumerentur L; servetur E 326 naturae] mensurae BMN ‖ in] *om.* ELW

318–320 Th. Aq., *In Sent.* 2, d. 2, q. 1, a. 2, ad 5 (ed. Mandonnet, 2:68)

Lucifero delevit culpa. Propter hoc nullum est inconveniens ponere ipsum mensuram aliorum secundum perfectionem naturae et aevum illius aevorum aliorum, quamvis aevum illius non sit mensura modi exsistendi aliorum, sicut dictum est et probatum in pede.

43 Ad tertium concedo quod tot sunt aeva, quot aeviterna, sed non quia aevum sit idem aeviterno. Et ideo ad probationem illius dico quod perpetuitas potest dicere incorruptibilitatem et permanentiam, et hoc vel ipsius esse angelici vel ipsius aevi. Perpetuitas enim angeli non differt re absoluta ab esse angeli, perpetuitas tamen durationis in esse differt re absoluta, quia hoc est realiter ipsum aevum. Et tunc male accipiuntur illa secundum ordinem, quia primo est ipsa natura angelica et secundo est perpetuitas sui esse, scilicet incorruptibilitas, tertio est ipsum aevum et quarto sua perpetuitas. Et sicut secundum non differt a primo, ita nec quartum a tertio; tertium tamen et quartum differunt realiter a primo et secundo. Unde breviter: perpetuitas aeviterni secundum esse incorruptibile nihil absolutum addit super naturam aeviterni, tamen perpetuitas aevi, sicut et aevum, addit absolutum.

[AD ARGUMENTA OPINIONIS SECUNDAE PRIMI ARTICULI]

44 Ad primum opinionis primae, quando probat quod aevum non differt realiter ab aeviterno, dico quod iste modus arguendi non valet, nisi quando tertium convenit secundo secundum idem nomen, sicut secundum convenit primo. Quod non est verum nisi in transcendentibus, quia nihil fugit praedicationem entis et unius et veri et boni; et ideo, si aliquid sit ens et unum per additum sibi, illud eadem ratione, cum sit ens et unum, erit ens et unum per aliquid additum, et illud ultra, et sic in infinitum. Et sic in transcendentibus arguit Commentator contra Avicennam. Sed in aliis a transcendentibus non semper habet veritatem, quia non sequitur quod, si lapis generatur generatione realiter differente ab essentia lapidis, ideo generatio generatur, quia generatio non convenit utrique, sed alteri tantum, et aliud est sibi ratio qua generatur. Similiter aliquid habetur habitu, et tamen habitus non habetur alio habitu; et sic in aliis. Nunc est ita quod aevum est formaliter duratio et alteri ratio durandi, et ideo non durat duratione alia, sed

327 propter hoc] ideo LW ‖ est inconveniens] *inv.* BMNP ‖ ipsum] esse *add.* LW 328 aevorum] aevum LW 329 quamvis … aliorum] *om.* (*hom.*) LW 329–330 dictum … probatum] probatum est LW 330 pede] quaestionis *add.* LW; quaestione E 331 concedo] *om.* QR ‖ quot] sunt *add.* EQR 334 enim] esse QR; *om.* L 336 illa] ista BELQW 337 est[1]] *om.* ELW 338 ita] *om.* BMNPQ 339 tertium … secundo] *om.* QR 341 tamen perpetuitas] *inv.* BMNP ‖ aevum … absolutum] ipsum aevum aliquid addit absolutum super naturam aeviterni LW 343 iste] ille LPQR; *om.* E 346 veri et] *om.* LW 347–349 erit … transcendentibus] *om.* BMNP 347 additum] sibi *add.* RW (*sup. lin.* W) 347–348 et[3] … ultra] *om.* LW 348 arguit Commentator] *inv.* ELW 349 a transcendentibus] *om.* ELW ‖ non … veritatem] non valet ille modus arguendi W; iste modus arguendi nihil valet L; valet ille modus E 350 quod si] *om.* LW 351 lapidis] quod *add.* BMNP ‖ ideo] igitur ELW 353 in] de BLW 354 ideo] *om.* EQR

quia durat solum per accidens, quia totum durat per se, ideo durat se ipso per accidens tantum.

Ad secundum dico quod non omne prius alio potest absolvi a posteriori in esse, 45
sicut motus primus non potest absolvi in esse a tempore nec illud quod generatur, dum generatur, a generatione (et tamen secundum ipsos tempus non est idem motui nec motus mobili) nec subiectum a passione, ut triangulus ab habere tres; sic nec esse durans a duratione nec substantia extensa ab extensione. Quamvis enim unum posset intelligi sine alio completo intellectu quantum ad essentiam, non tamen potest vere intelligi esse sine alio propter naturalem connexionem et causalitatem unius ad alterum. Nec modo quaerimus quid Deus facere posset de potentia absoluta, sed quid ordo rerum iam institutarum requirit. Si quaeritur in quo genere sunt haec entia et quomodo se habeant inter se in constituendo unum discretum, vide Henricum *Quodlibeto* 12 q. 8.

Ad tertium, quod illud dictum solum intelligitur de mensura extrinseca, in ge- 46
nere tamen, quae convenit rei ratione perfectionis suae essentiae simpliciter. Quod enim sic est mensura substantiae, substantia est. Et secundum artem Philosophi in quolibet genere est reperire tale quod est mensura omnium illius generis et dicitur mensura unigenea, id est unius generis. Et debet huiusmodi mensura esse aliquid unum in natura singulare, in qua natura habet esse perfectissime, et in quo est status omnium communicantium naturam istam, ut in quodam supremo dignitate et perfectione illius generis in natura suprema. Et ideo dicitur esse unum, quia omnia alia posteriora recedunt ab eius simplicitate per aliqualem compositionem. Sic autem non est aevum mensura esse angelici, sed mensura extra genus et alterius rationis, ut patet, quamvis sic se habeat aevum unum respectu aliorum. Nec umquam mensura et mensuratum sunt sic unigenea quod sint realiter idem nisi in solo Deo, nisi vocemus mensuram rei creatae propriam limitationem per principia intrinseca; de qua non est modo sermo.

355–356 quia[1] … accidens] *om.* (*hom.*) B 355 ipso] ipsa ELMNPW 356 tantum] tamen R; *om.* ELQW 357–367 ad … 8.] *post l. 381* ELQW 357 secundum] aliud et est secundum in ordine ELQW ‖ dico] *om.* EQR ‖ alio] autem E; *om.* LNW (*sed add. in marg.* N) 358 in esse] *post* tempore QR ‖ illud] idem MP; ita B 360 a passione] ab actione MN; ab accidente BP 361 a] sine ELQW ‖ substantia extensa] subiectum extensum EQR; substantiam extensam LW ‖ ab] sine ELQW; *om.* B 362 posset] possit LRW ‖ completo intellectu] *om.* BMNP 366 entia] aeva ELQ RW ‖ habeant] habent LMW 367 discretum] distinctum BMNP ‖ vide … Quodlibeto] Henricus (*in marg.*) vide Quodlibet Q; vide Hervaei Quodlibet L; Henricus BEM NP 368 tertium] aliud ELW ‖ dictum] *post* intelligitur BEMNP; *rep. post* intelligitur Q 369 suae] *om.* ELW 370 substantia] aliqua *praem.* L, *add.* QR; alia aliqua *add.* E ‖ artem Philosophi] Philosophum LW 373 singulare] singulari LW; simpliciter BMNP 376 alia] *om.* BMNP 378 quamvis] non *add.* QR ‖ unum] *om.* BMNP 379 sint] sunt BELQR; sic M

367 Cf. Henr. Gand., *Quodl.* 12, q. 8 (ed. Decorte, 40–46)

⌈Quaestio 4:

Utrum in aevo angelorum sit aliqua realis successio vel sit simul totum indivisibiliter stans in esse perfecto⌉

1 Utrum in aevo angelorum sit aliqua realis successio vel sit simul totum indivisibiliter stans in esse perfecto.

2 Et quod in ipso cadat successio, ostendo sic:

1. Secundum Augustinum 11. *Confessionum* cap. 14: "praesens autem, si semper esset praesens et in praeteritum non transiret, iam non esset tempus, sed aeternitas". Igitur eodem modo, si nunc aevi semper esset praesens et non transiret in praeteritum neque flueret in futurum, esset aeternitas; sed impossibile est quod sit aeternitas, quae est mensura Dei; igitur et illud est impossibile ex quo sequitur.

3 2. Item unitas angelica deficit ab unitate divina; igitur simplicitas aeternitatis creatae deficit a simplicitate aeternitatis increatae. Et si hoc, igitur habet compositionem aliquo modo; sed compositio in duratione ponit prius et posterius; quare etc.

4 3. Item si totum esse aeviterni est simul et tota eius duratio simul est sine priori et posteriori, igitur in duratione illa non est magis longum et minus longum; igitur anima beati Petri nec prius nec diutius fuit in gloria quam anima beati Thomae vel beati Francisci. Sed hoc manifeste falsum est; quare illud ex quo sequitur.

5 Contra:

Philosophus 12. *Metaphysicae* dicit: "nec enim possibile est prius et posterius esse, cum non sit tempus". Sed aevum non est tempus nec motus, quem tempus consequitur, ut patet supra; igitur nec potest esse prius et posterius secundum se in eodem aevo.

6 Item Avicenna 9. *Metaphysicae* cap. 1 dicit sic: "hoc est quod nos vocamus tempus, scilicet mensurationem non habentem situm sicut nec stabilitatem, sed est secundum viam successionis". Igitur ubicumque est successio in duratione, ibi est tempus. Si igitur in aevo sit successio, aevum est tempus.

1 utrum] quarto quaeritur *praem.* BMNPW ‖ aliqua] *om.* BMNP 3 ipso cadat] aliqua *add.* EQR; aevo sit LW ‖ ostendo] ostenditur ELW 4 cap.] *om.* ELW ‖ 14] P; 9 *cett.* ‖ autem] instans BMNP 5 in] *om.* LMW 8 et … impossibile] est impossibile illud QR; et (*om.* E) illud ELW 9 unitas] bonitas BMNP ‖ ab unitate] a bonitate BMNP 10 et … hoc] *om.* LW 13 est[1]] *post* simul[1] EQR; sit BMNP ‖ simul est] *om.* ELW 15–16 beati[2] … vel] *om.* LW 16 sed … manifeste] quod LW ‖ quare] igitur LRW 18 possibile est] posset BMNP 20 supra] *om.* LW 25 est tempus[1]] *inv.* BENP ‖ sit] est LQR

4–6 Aug., *Conf.* 11, c. 14, n. 17 (CCL 27, 203; CSEL 33.1, 292; PL 32, 816) 18–19 Arist., *Metaph.* 12, c. 6 (1071b 8–9) 19–20 Cf. supra, d. 2, q. 2 22–24 Cf. Avic., *Prima phil.* 9, c. 1 (ed. Van Riet, 444)

Item ratione sic: si in aevo sit successio realis, quia non loquimur de imagi- 7
naria, tunc ibi necessario est aliqua innovatio, quia in omni successione oportet ponere praeteritum, ita quod aliquid futurum transit in praeteritum per praesens. Sed si ibi est aliqua innovatio, igitur est ibi proprie mutatio, quia est ibi aliquid manens quod se habet nunc aliter quam prius. Sed mutatio mensuratur tempore vel instanti; igitur quod tu ponis aevum, est tempus vel instans temporis. Et ita vel non est aliquod aevum vel, si sit, erit mensura tota simul fixa et stans sine priori et posteriori realiter, quia, sicut prius dictum est in ista distinctione, species et qualitas mensurae debet cognosci secundum qualitatem et speciem rei mensuratae, sicut e converso quantitas rei mensuratae cognoscitur secundum quantitatem mensurae.

⌈SOLUTIO⌉

Ideo oportet primo videre cuiusmodi esse sit esse substantiale angelicum, quod 8
aevo mensuratur, ut ex hoc ulterius videatur qualis sit mensura quae debet sibi correspondere, quia secundum Philosophum eadem est divisio temporis et motus et eius in quod vel super quod fit motus, ut sic semper mensura proportionatur proprio mensurato secundum divisibilitatem vel indivisibilitatem.

⌈OPINIO BONAVENTURAE⌉

De esse autem angelico sicut de esse cuiuscumque creaturae dicunt aliqui con- 9
siderantes esse creaturae in comparatione ad Deum sive ad esse Dei, quod sicut esse Dei, quod dicitur vere esse, stabilitatem et fixionem habet in suo esse, quod est omnino immutabile esse, a quo necesse est esse cuiuslibet creaturae deficere, sic esse creaturae debet dici non vere esse, tamquam non habens stabilitatem et fixionem in se et permanentiam immutabilitatis, sed potius aliquem fluxum et mutationem. Et ut loquamur de esse creaturae quod est ad propositum nostrum, scilicet esse angelico et aeviternorum, dicunt quod quamvis huiusmodi res et in

26 ratione sic] *om.* LW 26–27 quia … imaginaria] *om.* L 26 loquimur] loquitur BE NPQ 29 est aliqua] sit BMNP ‖ ibi²] *del.* N; *om.* BMP ‖ proprie] propria EQR ‖ aliquid] aliquod BEMNP 31 instanti] temporis *add.* MN 33 in … distinctione] in illa distinctione MNR; *om.* LW 34 species … mensurae] qualitas et mensurae species (*ante* mensurae L) LW 37 primo videre] praevidere ELW 38 sibi] *om.* ELQRW 39 divisio] dispositio BP 42 sicut] et *add.* QRW ‖ aliqui] opinio Bonaventurae *annot. in marg.* MN 44 dicitur … esse²] dicitur vere necesse esse W; necesse est esse L ‖ esse²] quia *add.* BNP; quod *add.* M 45 necesse] necessarium BMNP 46 sic] sicut BMP (*sed corr.* P) ‖ non vere] non necesse LW; vere QR ‖ non² … et] habens instabilitatem et (*om.* L) non LW 48–49 et … dicunt] unde dicunt de esse creaturarum L 48 ut] hic *add.* BEMP 49 et²] *om.* LQRW

33–36 Cf. supra, d. 2, q. 2, n. 32 39–40 Cf. Arist., *Phys.* 4, c. 11 (219a 10–29) 42–71 Cf. Bonaventura,. *In Sent.* 2, d. 2, pars 1, a. 1, q. 3, resp. (ed. Quaracchi, 2:62b)

sua essentia et in esse substantiali maneat una et eadem, tamen non habet esse suum nisi per fieri ab alio. Hoc autem non potest habere unico fieri, ne huiusmodi esse sit simplex et totum simul, sicut est esse Dei, et ne ponatur in se subsistere absque actione primi agentis, sed sicut in principio esse habet per suum fieri, sic et ipsum continue habet et permanenter per suum continuum fieri, ita quod esse creaturae consistit in continuo fieri. Et sicut est de esse, sic est de mensura propria ipsius esse angelici, quod habet continuum fieri secundum prius et posterius et successive.

10 Sed de mensura continua habente prius et posterius distinguunt isti, quod quaedam est continuitas mensurae secundum prius et posterius cum innovatione et inveteratione, quaedam absque innovatione et inveteratione. Exemplum primi de aqua exeunte a fonte, quae semper est alia et alia; et tale fieri continuum habens prius et posterius est motus. Exemplum secundi de radio solis, a quo non semper alius et alius radius emittitur, sed quod semel emissum est unico et simplici fieri, continue continuatur in esse et fieri illius esse. Fieri primo modo competit motui et tempori, ubi una parte adveniente decidit alia et inveterascit. Secundo modo competit fieri et continuitas et prius et posterius in esse ipsi aevo et aeviterno, quia esse eorum sic procedit a Deo, non quod aliquid eius amittatur et aliud acquiratur, sed quod esse, quod unico et simplici fieri datum est, per continuam influentiam conservatur, ita quod propter continuitatem conservationis ibi est successio in fieri; sed quia unum simplex conservatur in esse totum simul, ideo ibi nulla omnino est innovatio. Haec opinio fideliter.

⌈CONFIRMATIO OPINIONIS⌉

11 Haec autem opinio multipliciter confirmatur:

1. Quia secundum Augustinum 8. *Super Genesim* cap. 19 aer praesente sole non factus est lucidus, sed fit, quia si factus esset, non autem fieret, etiam absente sole lucidus esset; sic est de homine iusto respectu Dei. Igitur a simili angelus secundum suum esse substantiale non est factus a Deo, sed fit, quia si esse eius factum esset, non autem fieret, etiam Deo se subtrahente stabiliter maneret; quod est im-

50 in] *om.* LW ‖ esse[1]] suo *praem.* LW, *add.* QR 51 per fieri] perficitur BMNP 53–54 sic … ipsum] et sic ipsum L; et ipsum sic QR 55–58 propria … mensura] *in marg. sup.* M 57 et] ita *add.* LW; *om.* M ‖ successive] successionem LQW (*corr. ex* successive Q) 58 quod] quia PQW 63 unico] uno BMNP 64 continue] *om.* LW 66 competit] convenit MN; contingit BP ‖ ipsi] et BMP; *om.* EN 68 acquiratur] acquiritur ELQW ‖ quod[2]] et W; *om.* EN 69 conservatur] in esse *add.* QR 69–70 ita … conservatur] *om.* (*hom.*) ELMW 69 propter] per QR 70 sed] et QR 71 haec … fideliter] *om.* LW 72 autem] *post* opinio BMN; *om.* L 74 non … etiam] et non fieret etiam LW; non etiam fieret BMNP 77 non … fieret] *om.* BMNP ‖ stabiliter] stabilis ELW ‖ maneret] permaneret LW

73–75 Cf. Aug., *De Gen. ad litt.* 8, c. 12 (CSEL 28.1, 250; PL 34, 383)

possibile. Igitur esse angeli continue fit nec est semper factum eadem factione, quia tunc †sicut non est possibile esse angeli non esse vel fit acceptum primo fieri eius, eo quod transierit in praeteritum factum prima factione, cum transierit in praeteritum, ita non esset possibile ipsum non esse acceptum in praesenti vel corrumpi in praesenti†; et ita semper necessario esset, et ita non dependeret in esse a Deo. Igitur habet idem esse alio et alio fieri, et ita idem esse succedit sibi ipsi, et est prius et posterius in duratione eius, sine tamen innovatione.

2. Item nulla causatione ultimate habetur esse aliquod, qua causatione posita potest ipsum esse non haberi, quia posita causatione ultimata stat necessario ipsum causatum. Sed posita causatione angeli prima, angelus cras potest non esse; igitur si est cras, est alia causatione a prima. Et ita esse angeli continue fit. 12

Si dicatur quod causatione una accepit totum esse in se indivisibiliter, et quod semper indivisibiliter manet et non continue fit, sed factum est, non tamen accepit prima causatione coexsistentiam cum omnibus partibus temporis, contra: similiter diceretur de aeternitate quod exsistentiam habet totam simul et nihil exspectat de exsistentia, non tamen habet coexsistentiam actualem cum toto tempore, sed solum cum tempore quod est coexsistens ei. Et ita non differrent in exsistendo et coexsistendo aevum et aeternitas. 13

Praeterea nihil loquor de eius exsistentia in argumento, sed procedit, ut patet, de exsistentia sui respectu sui, scilicet de suo exsistere absolute; ideo nihil ad argumentum. 14

3. Item secundum fidem esse angeli semper permanebit in perpetuum a parte post. Aut igitur nunc habet de esse suo totum simul quod habiturus est in perpetuum, aut non. Si sic, tunc nihil exspectat accipiendum de suo esse conservatione divina, et sic conservatione non egeret, sed esset per se fixum et permanens. Si non, tunc exspectat quod non habet; igitur in esse angeli est vera successio, quia prius et posterius. 15

79–82 sicut … praesenti] *verba obscura* 79–80 vel … praeteritum] simul sic acceptum primo fieri eius eo quod transiret in praeteritum Q, *sed del.* 79 vel] cum (*post corr.*) P; simul R; simul vel E ‖ fit] sit BW; sic ELR ‖ acceptum] actum (*post corr.*) P 80 transierit[1]] transire BEMNP; transiret R 82 et[2] … non] nec LW 83 idem[1]] *ante* habet BMNP; illud ELW 84 posterius] post EMQR 85 posita] *om.* BMNP (*sed add. in marg.* M, *sup. lin.* B) 85–86 potest] potuit BMNP; post E; praeter W 87 causatione angeli] *inv.* BMNP ‖ angelus] *om.* BMNP 88 est[2]] cras *add.* BEPQR ‖ fit] *om.* BP 89 accepit] accipit LMNP 89–90 et … indivisibiliter] quia semper E 90 semper] in se *add.* QR ‖ fit] fuit BP ‖ accepit] accipit BMNP 92 quod] *om.* QR ‖ exsistentiam] coexsistentiam ELQRW ‖ habet] *om.* LW 93 de] *om.* LW 94 tempore … coexsistens] P (quod *in marg.*); tempus est coexsistens BMN; tempus est coexsistit ELQRW ‖ differrent] ei *add.* MN 94–95 exsistendo … coexsistendo] coexsistendo et exsistendo BMNP; exsistendo E 97 de[2]] summo *add.* QR (*sed del.* Q) ‖ ad] aliud *add.* QR (*sed del.* Q) 100 habiturus] habiturum EQR

16 4. Item si in aevo angeli nulla penitus cadat successio, sed est omnino indivisibile, tunc sic: angelus, cum creatur, habet esse in aevo indivisibili. Ponatur igitur quod Deus annihilet ipsum. Tunc habet non esse. Aut igitur habet esse et non esse in eodem nunc indivisibili, aut alio et alio. Si in eodem, contradictio vera in eodem nunc indivisibili omnino. Si alio et alio, igitur est successio realis in re.

17 5. Item cum duratio aeviterni sit sine fine, si non esset ibi additio et successio in partibus, erit mensura actu infinita, sicut posito quod tempus flueret sine fine et posito quod omnes partes futurae sive accipiendae essent simul indivisibiliter, tempus esset actu infinitum; infinitas autem repugnat omni creaturae; quare etc.

18 6. Item Deus in aeternitate non potuit velle Michaelem esse et velle eum non esse pro eodem nunc indivisibili, quia tunc in aeternitate pro eodem et in eodem nunc indivisibili vellet contradictoria simul; quod non potest esse verum de voluntate Dei, quae nihil nisi recte vult et quod possibile est esse. Sed Deus ab aeterno potuit Michaelem velle esse et velle eum non esse; sed non pro eodem nunc (aliter pro eodem simul esset et non esset); igitur voluit eum esse pro *a* et non esse pro *b*. Igitur in aevo necessario cadit *a* et *b*, scilicet nunc et nunc, et ita prius et posterius et successio.

19 7. Item si esset aliquod ens habens virtutem exsistendi cum infinitis locis, si essent, quamvis illam virtutem haberet effective ab alio, esset in se formaliter infinitum. Igitur si angelus haberet virtutem in se formaliter, quamvis principiative ab alio, exsistendi cum infinitis partibus temporis, esset formaliter infinitus. Hoc autem esset, si suum esse et duratio esset totum simul, quia tunc secundum idem non variatum coexsisteret infinitis partibus temporis.

20 8. Item si numquam fuisset tempus nec esse posset, potuit Deus creasse unum angelum post alium; sed ante et post in duratione non sunt sine successione; igitur si numquam fuisset tempus nec esse posset, posset esse successio in aevo angelorum.

---

105 nulla … cadat] non est (sit L) LW 108–109 aut … igitur] et tunc erit (est L) contradictio vera in eodem nunc indivisibili omnino (vera … omnino *om.* L) aut in alio et (in *add.* L) alio et tunc LW 108 contradictio] contradictoria EQR 109 si] in *add.* EQ; vero *add.* R 110 esset] sit BMNP 112 posito] ponitur ELQRW 113 infinitas autem] sed talis infinitas LW ‖ omni] *om.* LW ‖ quare] igitur LRW 114 Deus] *post* aeternitate LQRW; *post* potuit E ‖ potuit] *post corr.* Q; *vel* potest E; potest LQ RW ‖ Michaelem] Rogerum EW; Ricardum L ‖ esse[1] … esse[2]] non esse et velle eum esse ELW 115–116 pro[2] … indivisibili] *om.* L 115 pro[2] … in[2]] in eodem et pro B; in eodem nunc et pro EW 116–117 de … esse] *om.* L 117 recte] ratione BM NP 117–118 potuit] *ante* ab (*l. 117*) MN; potest ELR 118 Michaelem … esse[1]] Michaelem id est habet angelum velle esse E; velle Rogerum esse id est habet angelum W; velle angelum esse L ‖ sed] *om.* QR 120 et[1]] *om.* BQR ‖ scilicet] sicut BMNP; *om.* LW 121 posterius] post MNW 122 exsistendi] essendi EQRW 124–125 principiative] principaliter BMNP; effective L 125 exsistendi] coexsistendi EQRW 126 tunc] idem *add.* EQR 130 posset esse] tamen *praem.* W; potuit tamen esse L; esset BMNP; esse et E

9. Item Deus potuit creare solum unum angelum et ipsum destruere et iterum eundem numero creasse. Igitur cum idem realiter sibi ipsi succedat et non solum secundum imaginationem, necesse est quod in eius mensura sit realis successio, quia realiter intercidit non entitas media inter esse angeli et [non] esse ipsius. 21

10. Item angelus potuit peccasse omni tempore circumscripto; sed non simul peccat et est secundum communiter loquentes et secundum ponentes nullam successionem in aevo; igitur omni tempore circumscripto circa angelum cadit prius et posterius. 22

11. Item si in duratione angeli non cadit prius et posterius, non differt in esse angeli fuisse et fore; igitur sicut Deus non potest facere angelum non fuisse, quia transiit in praeteritum, ita non posset facere eum non fore. 23

12. Item auctoritate sic: Hieronymus *Ad Marcellam* (et est in glossa *Exodi* 3 et Isidori libro *Etymologiarum* 7 cap. 1): "in creatura differt praeteritum et futurum, quia solus Deus est qui novit esse, nec fuisse nec fore". 24

13. Item Anselmus *Proslogion* 13 loquens ad Deum dicit: "tu transis omnia etiam aeterna, quia tua et illorum aeternitas tota tibi praesens est, cum illa nondum habeant de sua aeternitate quod venturum est, sicut iam non habent quod praeteritum est". Igitur idem quod prius. 25

14. Item Augustinus *De cognitione verae vitae*: "angeli mutabiles sunt, quia futurum nondum habent et consortio illorum qui cum eis beatificandi sunt carent". Igitur in duratione illorum est prius et posterius et exspectatio. 26

15. Item illud quod continue, quantum est de se, tendit in non esse, non habet esse nisi ab alio et continue illud recipiendo, ut continue reparetur, sicut continue 27

---

132 ipsum] iterum BMNP ‖ destruere] destruxisse LW 133 eundem] in *add.* BEP ‖ igitur cum] *inv.* BMNP ‖ realiter] *ante* idem QR; *post* ipsi LW; *om.* E 133–134 et … imaginationem] *om.* L 134 imaginationem] *post corr.* Q; imaginem MNW 135 ipsius] igitur etc. *add.* LW 136–139 item … posterius] *om.* E 136 omni … circumscripto] omni circumscripto tempore *ante* angelus BMNP 137 secundum[2]] *om.* QR 137–138 ponentes … aevo] eos qui ponunt in aevo nullam successionem esse BMNP 138 tempore circumscripto] *inv.* BMNP 141 angeli] esse *add.* LQR (*sup. lin.* Q) 143 auctoritate sic] *om.* LW ‖ et est] *om.* ELW 144 libro] *in ras.* Q; *om.* LRW ‖ creatura] omni *praem.* ELQRW 145 qui] BL; non *add. cett.* (*sup. lin.* MW) ‖ nec[1]] *om.* BMNP 146 13] *om.* ELW ‖ etiam] et BMNP; *om.* LQR 147–148 habeant] habent BM NP 149 igitur … prius] haec ille LW 151 eis] *om.* ELW 152 igitur … exspectatio] *om.* LW ‖ igitur] *post* duratione BMNP 153 item] adhuc ratio talis est scilicet quod tam esse angeli quam eius duratio sit in continuo fieri et successione quia *add.* EQR ‖ continue] *om.* LW 154 esse] *om.* QR (*sed add. in marg.* Q) ‖ ab … illud] illud ab aliquo et continue (continuo E) EW; illud continue ab alio L; ab alio et continue BMNP

143–145 Cf. *Glossa ord. in Exod. 3,14* (ed. princeps 1, 117a), quae perperam tribuit Hieronymo; cf. Isid., *Orig.* 7, c. 1, n. 12 (ed. Lindsay, paginis non numeratis; PL 82, 261) 146–149 Ans. Cant., *Prosl.*, c. 20 (ed. Schmitt, 1:115–16; PL 158, 238A) 150–151 Cf. Honorius Augustodunensis, *De cogn. verae vitae*, c. 31 (PL 40, 1022)

deicitur; patet de esse motus et temporis. Esse autem cuiuslibet creaturae est huiusmodi, quantum est ex parte ipsius creaturae, quia ex se non habet omnino esse, sed non esse habet ex se; et quaelibet res prius tendit in illud quod nata est habere ex se, quam in illud quod nata est habere ex alio.

⌈OPINIO PROPRIA

ESSE ANGELI EST INDIVISIBILE ET FIXUM SEMPER UNIFORMITER STANS ACTU⌉

28 Quamvis haec opinio sit probabilis et potest forte sustineri, non tamen intelligo eam bene. Ideo primo probo quod esse angeli sit indivisibile et fixum semper uniformiter stans actu, quamvis possit deficere, quia si non esset in facto esse fixe stans, sed in continuo fieri, cum angelus non habet neque recipit esse nisi productione sua in esse, continue igitur produceretur in esse et sic pluries crearetur; quod falsum est. Immo posset dici in quolibet instanti fieri et produci, cum fieri et produci sint idem. Si igitur continue fit, continue producitur. Igitur vere diceretur "esse angeli nunc producitur" et ita numquam dici potest "nunc productum est", et quod nunc creatur esse angeli et numquam creatum est.

29 Item si sic, aut idem fieri continuum esset unum et idem aut semper aliud et aliud. Non idem, quia iam habitum esset, antequam fieret; quod implicat contradictionem, quia sicut, quod factum est vel creatum, ipso stante non potest alia causalitate esse causatum, ita quod fit, ipso fieri stante non potest fieri alio fieri absque contradictione. Non aliud et aliud, quia tunc aut praecedens corrumperetur adveniente sequente fieri aut non, sed simul cum ipso maneret. Non primo modo, quia tunc sicut est aliud fieri transiens, sic correspondenter esset aliquod aliud factum esse, et ita angelus variaretur secundum esse substantiale aliud et aliud continue; item non esset dare causam corruptionis, quia nec Deus nec contrarium nec ex corruptione subiecti. Non secundo modo, quia tunc essent diversa esse simul aut unum fieret ex pluribus et esset augmentum et semper maius et maius sine fine; quae omnia sunt absurda.

---

155 autem] *om.* BMNP 157 non esse] *post* se LW 157–158 nata … se] ex se (*om.* L) natum est habere LW 158 ex[1] … habere[2]] *om.* (*hom.*) E ‖ ex[2]] illo quod habet ab *add.* EQW 159 potest] posset BLMN; possit P 160 bene] *om.* LW 161 uniformiter] unitas BMNP 162 in] *om.* QR (*sed add. sup. lin.* Q) ‖ nisi] nisi (*del.*) in Q; in ELRW 163 continue] continuo EQR; continetur L ‖ esse[2]] continue *add.* E 163–164 crearetur] causaretur BLMNP 166 dici … nunc[2]] posset dici BMNP 168 idem[1]] illud EQR ‖ et[1]] aut BMP 169 implicat] implicaret BMNP 170 factum … creatum] factum est vel causatum N; factum vel causatum E; causatum est LW ‖ ipso stante] *post* potest LW 172 et aliud] *om.* LW 173 fieri] *om.* BMNP 174 tunc sicut] *inv.* QRW; tunc L ‖ sic] sicut LW 174–175 esset … aliud[1]] esse aliud QR; esse ad ELW 175 variaretur] variatur ELQR ‖ substantiale] substantiae BMNP 176 nec[1]] *om.* BMNP (*sed add. sup. lin.* M)

Si dicatur quod non variatur angelus, nec secundum essentiam nec secundum esse, sed secundum fieri tantum, quo res suum esse continue habet ab alio, quamvis istud non solvit argumentum, quia non potest esse variatio in fieri, nisi sit variatio in eo quod fit necessario, ut probatum est, arguo tamen sic: si intelligitur esse rei semper in continuo fieri, et hoc non ex parte essentiae nec esse, sed ex parte fieri, hoc non potest intelligi ex parte fieri nisi tripliciter, quoniam illud fieri aut est unum et idem simpliciter manens, aut unum continuum distinctum penes prius et posterius, aut semper aliud et aliud discretum. Si primo modo, secundum quod permanens distinguitur contra continuum habens prius et posterius, habetur propositum, quod ibi nulla penitus cadit successio in re, quantumcumque illud fieri unum indivisibile indivisibiliter semper stet. Si secundo modo sit fieri unum continuum habens prius et posterius, hoc non potest esse, quia illud prius et posterius, quae sunt in illo continuo conservationis totius, aut sunt simul secundum totum et manent aut sibi mutuo succedendo alterum decidit alio adveniente. Si secundo modo, tunc dicere quod est prius et posterius sine innovatione et inveteratione contradictionem implicat, quia quod decidit inveterascit et quod advenit innovatur. Si partes ponantur simul, hoc est contra naturam continui in transmutatione et fieri exsistentis, quia huiusmodi prius et posterius numquam sunt simul nisi in solo intellectu apprehendente illa ut extrema relationis rationis secundum Avicennam 3. *Metaphysicae* cap. de ad aliquid. Si tertium membrum principale detur, scilicet quod sit semper aliud et aliud fieri discretum, hoc non potest esse nisi vel discreta simul exsistentia vel sese concomitantia, quia diversae transmutationes seu fieri non sunt nisi ad diversos terminos, ut diversae transmutationes genere ad diversos terminos genere et diversae specie ad diversos terminos specie et ⟨diversae⟩ numero ad terminos numero diversos, sicut patet per Philosophum 5. *Physicorum*; et sic esset aliud et aliud esse angeli secundum numerum, speciem vel genus. Impossibile est igitur dicere quod in fieri angeli cadit successio et prius et posterius.

Item aevum sequitur ad esse rerum permanentium, sicut tempus ad esse successivorum. Sed esse rei permanentis dividitur per oppositum contra esse rei

181 continue habet] *inv.* EQRW 181–182 quamvis] autem *add.* BMNP 182 argumentum] argumenta EQR 185 hoc … fieri[2]] *om.* (*hom.*) W ‖ ex … fieri[2]] *om.* ER 186 unum[2]] *om.* MNP 187–188 aut … posterius] *om.* (*hom.*) BN 188 distinguitur] *post* continuum EMPQ ‖ habetur] habeo LW 189 quod] quia ENW ‖ penitus] *om.* LW ‖ cadit] cadat MQR; est LW 193 manent] permanent BMNP ‖ decidit] decidat BMNP 195 contradictionem implicat] includit contradictionem LW 197 huiusmodi] hoc MNP; hic B; Philosophus E 199 principale] principalis BMNP 201 sese] de se QR 202–203 nisi … specie[1]] *om.* N ‖ ut … et] igitur ELW 203 et] *om.* QR ‖ terminos[2]] *om.* LW 204 sicut … Philosophum] ex LW 206 cadit] cadat BQR 206–207 successio et] successio EN; *om.* P

197–199 Cf. Avic., *Prima phil.* 3, c. 10 (ed. Van Riet, 182–83) 201–205 Cf. Arist., *Phys.* 5, c. 4 (227b 3 – 229a 6)

successivae. Igitur cum de natura esse rei successivae sit, ut fluat secundum innovationem partium, sequitur quod esse permanentium sit simul totum per carentiam partium. Et ideo sicut mensura rei successivae habet partes, sic mensura rei permanentis carebit eis.

32 Item in quantitatibus non habentibus positionem et permanentiam accidit pluralitas partium propter positionem diversam. Nam si linea non haberet hic positam unam partem, ibi aliam, non esset partium distinctio propter permanentiam, quia una posset sufficere, si posset positiones diversas habere. Cum igitur aevum sit permanens non habens positionem, oportet quod una pars sufficiat, nec exigentur plures.

33 Item non sunt nisi duo in re permanente, scilicet esse eius et continuitas sui esse. Sed propter eius esse non potest aevum habere plures partes, quia indivisibile est esse rei permanentis ad praesens illius esse. Nec propter continuitatem et conservationem, quia sicut se habet mensura successivi ad esse et continuitatem eius, sic mensura permanentis ad esse et continuitatem ipsius esse; sed eadem est mensura quae sine partium multitudine maiori mensurat rem successivam et eius continuitatem, et non plus requiritur; igitur eadem mensura penitus mensurabit esse indivisibile rei permanentis et eius continuitatem, ita quod plus non erit nec aliquid addetur, sicut nec ex parte mensurae successivae.

34 Item si in aevo sit successio sine innovatione, ut dicit opinio, oportet dicere quod in aevo sit prius et posterius et pars extra partem, quia in indivisibili non est successio. Oportet etiam dicere istas partes esse permanentes, cum in eis non sit innovatio secundum opinionem. Tunc sic: omne permanens habens partem extra partem est extensum; sed aevum est permanens, cum in eo non sit innovatio secundum te, et habet partem extra partem; igitur est extensum. Tunc ulterius sic: omne extensum permanens est in subiecto extenso; cum igitur aevum, quod est extensum et permanens, ut probatum est, sit in angelo ut in subiecto, angelus igitur erit quantus et extensus; quod falsum est.

35 Sed dices ad argumentum quod idem argumentum posset fieri de motu, quia cum motus sit quid extensum, si angelus movetur, angelus erit extensus.

36 Sed istud non valet. Primo quia Philosophus negaret assumptum, quod scilicet angelus movetur. Item quia dato quod movetur de loco ad locum adhuc non

---

210 igitur … successivae[2]] igitur cum de *in marg.* W (*plura non leguntur margine corrupto*) ‖ esse] *om.* ELM (*exstat ras. duarum litt. in* M) 211 totum] *om.* BMNP 220 continuitas] *post corr.* M; partibilitas BP 221 plures partes] *inv.* BMNP 221–222 quia … esse[2]] *om.* LW 222 ad … esse[2]] *om.* E 223 esse … continuitatem] eius continuitatem et esse QR; continuitatem ELW 224 est] *om.* ELW 225 multitudine] multiplicatione MPQ ‖ maiori] *om.* EL 228 addetur] igitur *add.* BMNP 229–243 item … extensum] item hic posset fieri argumentum unum quod ultimo sit contra hanc opinionem cum instantia in quaterno de quaestionibus secundi Richardi inde (*pro* vide?) quod notabile E; *om.* LW 236 angelus] *om.* QR 237 erit] est QR 238 dices] diceres QR 240 istud] illud PQR 240–241 quod scilicet] *inv.* QR

valet, quia partes motus non sunt permanentes, sed solum successivae; et ideo non necessario arguunt subiectum extensum.

Si aliquis vellet dicere quod in ipso esse angeli nullo modo cadit variatio, sed 37
in aevo, ut intelligitur opinio, sicut Duns exponit eam, scilicet quod aevum sit proprie mensura esse angeli, et mensura proprie est quantitatis, et sic est divisibile habens nunc aliud et aliud, tunc inquantum ponitur esse angeli prima causatione, est tantum cum uno instanti temporis, nec habet per primam causationem quod sit cum aliquo alio instanti temporis, immo cum secundo instanti temporis non esset, quantum est de se, nisi causa praeveniret conservando illud esse in secundo instanti temporis, ita quod conservare angelum est ponere illud idem esse angeli in secundo instanti temporis. Et est divisio in aevo et aliud et aliud nunc transiens, non autem in exsistentia angeli, ita quod pluries ponitur idem esse non interruptum.

Sed sine dubio haec expositio est in se falsa et contra mentem praecedentis 38
opinionis, quae omnem inveterationem et innovationem removet ab aevo sicut ab esse aeviterni, sicut patet intuenti. In se opinio falsa est etiam, quia si ponitur idem esse frequenter alia et alia causatione, aut alia causatione activa aut passiva aut utraque alia et alia. Non alia et alia activa, quia illa non est nisi sola volitio Dei qua vult rem esse, et eadem volitione non variata a parte sui vult rem esse et rem in esse stare, sed ut vult eam nunc primo esse dicitur creatio, et ut vult eam stare in illo esse volitione immutabili dicitur conservatio. Nec alia causatione passiva, quia dictum est supra quod creatio passio nihil addit super creaturam nisi relationem ad Deum (et ipsimet dicunt hoc); sed relatio non est alia et alia nisi ratione alterius fundamenti vel termini; sed secundum te fundamentum semper idem manet non variatum, scilicet ipsum esse, et ipse terminus semper idem est, scilicet Deus; quare relatio eadem. Nec habet relatio conservationis essentialem

244 aliquis … dicere] dicatur LW 245 intelligitur] intelligit BLMNP 246 proprie[1]] propria BMNP; *om.* R ‖ proprie[2]] *om.* BLMNP 247 aliud[2]] et *add.* ELQR ‖ causatione] creatione QRW 248 cum] in BLW 248–249 nec … temporis[1]] *om.* (*hom.*) BW (*sed add. in marg.* nec valet per primam creationem quod sit in aliquo instanti temporis W) 248 causationem] creationem QR 249 cum[1]] in LN 250–251 nisi … temporis] *om.* E 250 in] cum BNP; *om.* M 250–251 secundo] primo QR 251–252 instanti … temporis] *om.* QR 252 in[1]] cum BMNP 253 pluries] plures BMNPW (*sed corr.* W) 256 inveterationem … innovationem] innovationem et inveterationem LPW 257 opinio … etiam] etiam opinio falsa est QR; opinio falsa est EW; opinionem L ‖ quia] *om.* QR ‖ ponitur] ponatur BLW 258 causatione[1]] creatione BMPW ‖ aut[1]] hoc erit *add.* QR ‖ causatione[2]] creatione BW 259 alia[3] … alia[4]] *om.* LW 262 volitione immutabili] *om.* LW ‖ alia] *om.* BMNP ‖ causatione] creatione BW 263 creatio] causatio MNPR ‖ passio] passiva BLM; passive E 264 ipsimet] ipsi LQRW ‖ hoc] idem *add.* QR; idem LW 266 scilicet] sed BMNP 267–268 essentialem ordinem] *inv.* BMNP

245–254 Cf. Ioan. Duns Scotus, *Lect.* 2, d. 2, pars 1, q. 1, nn. 37–39 (ed. Vaticana, 18:111–12)
263–264 Cf. supra, d. 1, q. 7

ordinem nisi ad conservantem, sicut nec filiationis nisi ad patrem, non obstante quod filius sit immediate, postquam non fuit, vel sit, postquam fuit. Igitur falsum est dicere quod idem esse non interruptum pluries causatur.

39 Item, sicut supra argutum est, alia et alia causalitas necessario habet alium et alium terminum: si genere, genere; si specie, specie; si numero, numero. Igitur si alia est creatio, aliud est esse.

40 Item sicut contradictionem implicat quod illud quod nihil est, dum nihil est, causatur, ita quod causatur et nihil sit, loquendo de causatione positiva, pro eo quod omnis talis est ad aliquid, ita contradictionem implicat quod causatum vera causalitate non interveniente reali interruptione iterum causetur. Quod enim aliquid habeat esse aliqua causalitate et manente illo esse idem esse causetur, est oppositum in adiecto.

41 Item quaero de illis nunc aevi succedentibus sibi secundum te manente esse angeli uniformiter: aut sunt nunc discreta, ita quod nihil medium cadat inter illa, et tunc faciunt tempus discretum, cuius necessitas non ponitur nisi propter mensuratorum interruptionem, quam non ponis hic, sicut patebit infra, aut sunt nunc copulantes partes alicuius continui successivi, et tunc aevum et tempus idem et tunc, sicut totum tempus variabile, ita et mensuratum variabile, cuius oppositum dicis, quia dicis quod esse angeli omnino simul totum et indivisibile manet. Consequentia patet, quia dicit Avicenna lib. 2 *Physicorum* cap. 11 quod tempus est illud cui accidit ex se ipso ante et post, immo cui accidit ex se ipso ante et post est tempus.

[IN AEVO NON CADIT ALIQUA SUCCESSIO]

42 Item quod in aevo non cadit aliqua successio formaliter intrinsece arguo sic: aut est successio in aliquo absoluto aut respectivo. Si in aliquo absoluto, quaero: aut illud absolutum quod dicit aevum et in quo cadit successio, scilicet *a* et *b*, est

268 nisi[1]] *om.* QR (*sed add. in marg.* Q) ‖ filiationis] filius BNP 269 vel … fuit[2]] *om.* (*hom.*) EW ‖ sit[2]] sicut BMNP ‖ postquam[2]] non *add.* L 270 pluries causatur] *inv.* BMNP 271 est] quod *add.* BMNP 273 creatio] causatio EQR 274 dum … est[2]] *om.* (*hom.*) BEL 275 causatur[1]] creetur BMNP ‖ causatur[2]] creatur BMNP; causetur LW ‖ causatione] creatione BEW 277 causalitate] causatione vel causalitate QR (*sed* vel causalitate *del.* Q); causatione L; creabilitate W 278 illo] isto BMNP ‖ est] *om.* BMNPQ (*sed add. in marg.* Q) 280 sibi … te] igitur secundum N; scilicet (*post corr.*) secundum M; secundum fieri P (*post corr.*); aut sunt B 283 hic] *post* sicut QR; *om.* BLP 284 continui] nunc *add.* QR (*sed del.* Q) 286 quia dicis] *om.* BMNP ‖ et] *om.* BEMNP 287 lib.] *om.* BLW ‖ 11] 10 MNP; 01 B 288–289 immo … tempus] *om.* E ‖ immo … post] *om.* (*hom.*) LW 290 quod … sic] si successio sit in aevo L ‖ cadit] cadat BEMP; sit W 291 in aliquo[2]] aliquo BMNP; *om.* LW 292 cadit] est LW

271–272 Cf. supra, n. 30 287–289 Cf. Avic., *Liber primus nat.* 2, c. 11 (ed. Van Riet, 329–30)

idem realiter ipsi esse angelico aut aliud? Si idem realiter, tunc idem re est novum et non novum, quia secundum te exsistentia est semper eadem et uniformiter se habens et in aevo est successio; et exsistentia et aevum sunt realiter idem; igitur idem est novum et non novum et simul et semel permanens et successivum. Si aevum est aliud absolutum ab exsistentia, sicut Deus tenet eandem numero exsistentiam totam simul stante esse angeli stabili et uniformi sine omni innovatione in exsistentia ipsa, ita potest tenere idem nunc in esse uniformi mensurante esse angeli stabile et uniforme. Et si potest sic esse, cum mensura quantum ad divisibilitatem et indivisibilitatem sibi mutuo correspondeat loquendo de mensura quantitatis et exsistentiae rei, sequitur quod sic est, quia Deus non facit superflua et plura sine necessitate. Si autem est respectivum, stabit semper uniformiter sine variatione sicut extrema, ut prius argutum erat.

Dico igitur quod nec in esse angeli nec in mensura eius cadit prius et posterius intrinsece circumscripta omni habitudine ad tempus. 43

Quod etiam satis innuunt auctoritates. Augustinus *De octoginta tribus quaestionibus* q. 72: "inter tempus et aevum hoc distat, quod aevum est stabile, sed tempus mutabile". Et quod loquatur de mensura angelorum, non Dei, patet. Dicit enim 12. *De civitate Dei* cap. 15: "etsi immortalitas angelorum non transit in tempore, nec praeterita est quasi non sit, nec futura quasi nondum sit, tamen eorum motus, quibus tempora peraguntur, ex futuro in praeteritum transeunt". Hic satis expresse patet quod in angelis non ponit praeteritum nec futurum nisi quantum ad motus eorum, quibus tempora peraguntur; quantum ad esse autem eorum et mensuram proprii esse, nullo modo cadit ibi praeteritum vel futurum intrinsece. 44

293 realiter[2]] re LW ‖ tunc … re] *om.* QR 294 et[1] … novum] *om.* (*hom.*) ELW 296 et[2]] *om.* BMNPW (*sed add. sup. lin.* W) 297 exsistentia] rei *add.* QR ‖ Deus] Duns BEMNPW 298–299 stante … mensurante] in esse uniformiter stante BMNP (stante *corr. in* stantem *et* et *add. in marg.* P) 298 stante … et] in esse ELW 299 exsistentia ipsa] *inv.* ELW ‖ ita] aut QR ‖ idem] illud ELW 300 uniforme] complectens *add.* P 301 correspondeat] correspondeant QR; correspondet LW 303 si autem] item si EQR; si LW 304 erat] est LRW 306 intrinsece] *om.* EQR (*sed add. in marg.* Q) 307 satis] *rep. post* innuunt MN; *om.* EQR ‖ auctoritates] sanctorum *add.* LW ‖ Augustinus] enim *add.* LW 308–310 q. … enim] *om.* L 308 72] 73 BMNP 309 angelorum … Dei] angelorum et non Dei QR; non Dei sed angelorum W 310 15] 25 BMNP ‖ immortalitas] immutabilitas QR 311 nec[2] … sit[2]] *om.* (*hom.*) E ‖ futura] est *add.* BMNP ‖ nondum] non BMNP 312 quibus tempora] tempora L; tempore W 313 hic] hoc BMNR ‖ non ponit] esse non potest BMNP 314 motus] motum LW ‖ quibus tempora] quo tempus L; quo tempore W 314–315 ad[2] … et] autem ad esse et eorum BMNP; ad esse autem et L; ad esse autem (*post corr.*) et (*sup. lin.*) ad W 315 vel] et BMNP

307–309 Cf. Aug., *De 83 quaest.*, q. 72 (CCL 44A, 208; PL 40, 84) 310–312 Aug., *De civ. Dei* 12, c. 16 (CCL 48, 372; CSEL 40.1, 594; PL 41, 364)

45 Item duae auctoritates Lincolniensis exponentis Dionysium *De divinis nominibus*: cap. 10 parte 3 dicit quod aevum angelorum habet principium et caret fine et intermedia successione; et cap. 5 parte 3 dicit: "quod autem caret fine, non principio, potest intelligi totum possidere simul, ut angelus".

46 Quia igitur secundum qualitatem mensurati debet cognosci qualitas et species mensurae, licet e converso quantitas rei mensuratae cognoscatur secundum quantitatem mensurae (quod satis nobis manifestat Philosophus, qui qualitatem temporis et instantis docet secundum qualitatem motus et mutationis, ut quia motus est continuus et successivus, ideo natura rei exigit ut sua mensura propria mensurans quantitatem suam sit successivum quid et variabile secundum prius et posterius, et quia mutatio est indivisibilis transiens raptim, ideo instans, quod est eius mensura, raptim transit) *** et in causis praecisis, si affirmatio est causa affirmationis, et negatio negationis, ut patet de habere pulmonem et respirare et non habere et non respirare (ex libro *Posteriorum*), cum causa successionis in esse mensurabilis sit praecisa causa successionis in mensura, quia aliter posset aliquid permanens poni mensura motus, sicut tu ponis successivum mensuram permanentis.

⌈AD ARGUMENTA PRINCIPALIA⌉

47 Hoc supposito ad argumenta in contrarium respondeo.

Ad primum: verum est, si nec actu nec potentia transiret in praeteritum; tunc enim esset formaliter necesse esse de se sicut aeternitas. Nunc autem aevum, etsi stet indivisibiliter alterius munere, posset tamen, quantum est de se, deficere et ita cum tempore in praeteritum transire.

48 Ad secundum, quod sicut est ad praesens duplex compositio, ita et duplex simplicitas ei opposita: una est simplicitas per negationem omnis potentialitatis, cuiusmodi simplicitas consistit in actu puro impermixto potentiae cuiuscumque;

317 duae … exponentis] Lincolniensis super LW 318 10] 4 EQR ‖ dicit] enim *add.* BMNP 319 dicit] sic *add.* EQR ‖ fine] et *add.* EQR 322 mensurae] mensurarum BMNP 323 quod … Philosophus] ut patet per Philosophum LW ‖ qualitatem] quantitatem LMRW 324 ut] et BLMNP 326 quantitatem suam] eius quantitatem sui (secundum LW) esse ELQRW 327 et[2]] *om.* QR 328 transit] *sequitur fort. lac.*, *cum verba sequentia male intelligantur* 329–330 ut … respirare] *om.* ELQRW (*sed add. in marg.* Q) 330 Posteriorum] Priorum BMN 330–331 in esse] rei BMP (*in marg.* M); *om.* N 335 primum] principale *add.* BMNP 336 autem] *om.* ELQW 339 secundum] dicendum *add.* BMNP 339–341 compositio … simplicitas] simplicitas quaedam enim E 340 simplicitas[2]] *post corr.* Q; simplex LR; simpliciter W 341 puro … potentiae] potentia impermixto L; potentiae permixtae (permixto P) BMNP

317–319 Cf. Rob. Gross., *In De div. nom.*, c. 10, particula 3 (cod. Oxford, Merton College 86, f. 263vb) 319–320 Ibid. c. 5, particula 3 (f. 234ra) 323–328 Cf. Arist., *Phys.* 4, c. 12 (220b 15–32) 330 Cf. Arist., *Anal. post.* 1, c. 13 (78b 16–21)

alia est simplicitas per negationem quarumcumque partium quantitativarum extensarum, et illa simplicitas opponitur compositioni quantitativae molis. Et utraque simplicitas est in Deo. Tunc ad argumentum, quod simplicitas aevi deficit a simplicitate Dei primo modo, quia incidit in compositionem ex actu et potentia vel ex actu diminuto et negatione purissimae perfectionis; et non simplex est nisi per negationem partium extensarum quantitativarum.

Et quando dicis quod compositio in mensura ponit prius et posterius, falsum est, si intelligitur de omni compositione. Sed tantum est verum de compositione partium successivarum; cuiusmodi compositio non reperitur in mensura simplicium et indivisibilium simplicitate opposita compositioni successivorum. 49

Ad tertium, cum dicitur quod tunc anima beati Petri non diutius fuisset in gloria quam anima beati Thomae, respondeo quod circumscribendo omnem comparationem ad tempus in re vel in imaginatione non debet concedi quod anima Petri diutius fuit in gloria quam anima Thomae vel quod Deus esset ante angelum vel unus angelus ante alium positive, quia longum et breve, prius et posterius in duratione nullo modo possunt intelligi circa aliquam rem, nisi in se sit divisibilis et extensa, sicut est tempus, aut nisi sit intellecta aut imaginata in protensione et comparatione ad tempus vel ad mensuram, quae ex natura sua est divisibilis, ita quod circumscripto tempore re et intellectu aut imaginatione non est intelligere prius et posterius in mensura angelorum aut principium aut finem, sicut neque in puncto nisi in comparatione ad diversas lineas, quia ista significant comparationem et comparatio non est nisi in aliqua natura univoca. Unde circumscripto tempore, si quaeritur an Deus fuit prius angelo, idem est ac si quaeritur an vox sit albior colore. Et sic positive impossibile est dicere Deum esse prius angelo, sed solum negative debet dici Deum esse angelo non exsistente et angelum non esse 50

342 simplicitas] *om.* LW 343 illa] ista (*corr. ex* ita M) EM; haec LW ‖ molis] NQ (*post corr.* Q); mobilis *cett.* 345 actu … potentia] potentia et actu LW 346 vel … actu] vel actu BMNP; *om.* L ‖ purissimae] P; purissima BMN; plurima ELQRW ‖ non] ideo MN; tamen (*post corr.*) P ‖ simplex est] *inv.* ELW ‖ nisi] et BMNP (*sed del.* P) 347 extensarum] *om.* LW 348 dicis] dicitur ELW 352 beati] *om.* ELQ RW 352–353 non … gloria] *ante* anima (*l. 352*) LW 352 fuisset] fuit QR 353 anima beati] sancti EQW; *om.* LR ‖ Thomae] vel beati Francisci etc. *add.* BP; Francisci LW 353–354 circumscribendo … comparationem] circumscripto (*corr. in* circumscripta P; circumscripta Q) omni comparatione BEMNPQ 354 in[2]] *om.* BLMNP 355 fuit] fuerat BMP ‖ Thomae] sancti (*om.* L) Francisci LW; *om.* E 356 positive] angelum potissime BMNP ‖ et[1]] *om.* EQR 358 sicut … tempus] *om.* L ‖ est] et BMN; *om.* P ‖ sit] *om.* BMNP ‖ protensione] processione BMNP; intensionem W ‖ et[2]] in LW 361 posterius] aut simul *add.* ELQRW 362 significant] si (sint *add. sup. lin.* M) sunt per MN; si sunt BP (sunt secundum *add. in marg.* P) 363 univoca] univoce BM NP; unica L 363–364 circumscripto tempore] circumscribendo tempus ELQR; circumscribitur (*?*) tempus W 364 quaeritur[1]] quaeratur BMNP ‖ Deus … an[2]] *om.* (*hom.*) E ‖ prius] prior BMNP ‖ quaeritur[2]] quaeratur MNP 365 albior] in *add.* BP ‖ positive] ponere BMNP 366 Deum esse] *inv.* BMNP

Deo exsistente. Et eodem modo negative debet exponi de anima Petri et anima Thomae, quod verum fuit dicere 'anima Petri est in caelo anima Thomae non exsistente ibi', sed non positive, quod prius fuit ibi, nisi in comparatione ad tempus. Et in ordine ad tempus vere potest dici quod Deus est prius angelo sicut pater filio in creaturis, et sic de aliis. Non enim habemus nos secundum statum praesentem perfectam cognitionem spiritualium, eo quod intellectus noster est cum continuo et tempore, ita quod primo aspectu fertur super corporalia et extensa; et ideo iudicamus primo aspectu de spiritualibus sicut de corporalibus. Et fallit nos imaginatio, quia secundum veritatem nulla penitus successio est in mensura angelorum intrinsece, sed solum competit sibi prius et posterius in comparatione ad tempus. Patet igitur ad formam argumenti ex dictis, scilicet quod non prius nec diutius positive exponendo, sed tantum negative, nisi fiat comparatio ad tempus.

[AD ARGUMENTA OPINIONIS BONAVENTURAE]

51 Ad primum opinionis primae, quando probat esse angeli sicut cuiuslibet creaturae esse in continuo fieri etc., hic oportet aliqua dicere narrando, et postea dicam ad formam. Sciendum primo quod in causis activis quaedam sunt a quibus causata dependent quoad fieri tantum, ut contingit in partibus propagantibus aut aliquid generantibus instrumentaliter et ministerialiter tantum, ut medicus agit ad generationem sanitatis ministerialiter, ubi agens principale est natura intra, et sicut agit asinus ad generationem asini, quia agit instrumentaliter, ubi agens principale sunt corpus caeleste et intelligentia (maxime prima). In talibus per agens principale manet genitum recedente agente secundario. Alia vero sunt a quibus dependent causata non tantum quoad fieri, sed etiam quoad esse eorum, sicut

367–368 et[1] … quod] sic L 367 negative] *om.* MNW ‖ Petri … anima[2]] *om.* (*hom.*) E ‖ et[2]] de *add.* QR 367–368 anima Thomae] Francisci W 368 fuit] sit Q; est LR ‖ anima[1] … est] animam (anima BP) Petri esse BMNP ‖ Thomae[2]] Francisci LW 369–370 non … et] *om.* L 369 ad tempus] *om.* BMNP 370 vere] nec BMNP ‖ est] fuit LRW 370–371 sicut … aliis] etc. LW 370 sicut] et EQR 373–374 fertur … aspectu] *om.* (*hom.*) W 373 corporalia] corpora BMNP 374 sicut] et *add.* BMN 375 quia … nulla] secundum veritatem nulla enim ELQRW 376 prius … posterius] *om.* LW 377 patet … argumenti] ad formam igitur argumenti patet LW 379 primum … primae] ad primum opinionis primae quae est Bonaventurae *add. in marg.* Q; primum (primam B) opinionis Bonaventurae BMNP; primum opinionis Duns E; primum (ad primum primae opinionis *add. in marg.*) L ‖ probat] quod *add.* ELW 380 esse] est ELQRW 382 partibus] particularibus BNQ (*post corr.* Q); *om.* ELW 383 aliquid] aliud ELW; *om.* QR 383–384 tantum … ministerialiter] *om.* (*hom.*) E 383 ut] quemadmodum BMNP ‖ agit] *om.* QR (*sed add. in marg.* Q) 384 ministerialiter] tantum QR 384–387 est … principale] *om.* (*hom.*) E 384 natura] *om.* LW 385 sicut] quemadmodum BMNP 385–386 principale] *om.* BMNP 386 talibus] autem *add.* BM NP 387 sunt] *om.* LW

381–416 Fere sumpta ex Henr. Gand., *Quodl.* 5, q. 11 (ed. Parisiis 1518, 169L–N)

universaliter dependet creatura a Deo et lumen in aere a corpore luminoso. Et in talibus non manet omnino causatum ad absentiam virtutis suae causae, non quia alia actione secundum rem agens dat esse et datum conservat, sicut vult opinio contraria, sed quia non habet aliud coagens ad fieri sui esse, sed idem ipsum, ita quod id ipsum in agente quod est causa fieri esse causati ex quadam directione ad ipsum et coniunctione cum ipso, id ipsum ex permanentia in eadem directione et coniunctione est causa conservationis ipsius esse causati, ita quod sicut ipsa virtus agens et eius directio et coniunctio cum causato est eadem numero manens, sic est actio sua eadem circa causatum manens una et eadem numero, et similiter causatum. Et non differunt causare et conservare nec creare et conservare nisi in hoc quod, cum effectus primo recipit esse a tali causa, tunc dicitur fieri causatum, deinceps autem dicitur conservari. Nihil tamen aliud egit agens primo causando fieri quam modo causando conservari, nec e converso, ita quod sicut ex parte agentis idem sunt re facere et conservare, sic ex parte causati idem sunt re fieri et conservari, differentia sola ratione, ita quod creari sequitur non esse immediate praecedens, non sic conservari, et hoc quemadmodum sigillum imprimitur aquae et ex contactu partium aquae ad partes sigilli fit in aqua figura sigilli et eodem contactu conservatur in esse, quamdiu manet iste contactus (et hoc absque omni alia influentia et absque omni alio novo fieri in aqua procedente a sigillo, quo figura illa conservetur quae prius erat impressa). Unde, sicut ibi circa esse figurae in aqua contingit quod non solum est ipsum simplex et totum simul, sed etiam ipsum fieri, quo primo habet esse, est totum simul et simplex, et deinde conservari (et hoc absque omni successione et innovatione tam circa esse quam circa fieri), sic cuiuslibet rei creatae alterius a tempore et motu et eorum quae annexa sunt eis est totum simul et simplex manente causa in eadem directione et coniunctione cum ipso effectu; qua subtracta cadit in nihil, ita quod transeunte sole a tali directione non stat lumen seu radius, sed novus causatur, et si stet, stat radius idem.

389 universaliter] *om.* QR 393 causa] *om.* BM 394–395 cum … coniunctione] *om.* (*hom.*) EN 394 id] Q; ad BLMPRW 395 conservationis] *post corr.* Q; conservans ER 396 causato est] causatione BMP 397 similiter] super BP 398 causare … nec] *om.* W || nec] sive BMNP || nisi] sicut *add.* LW 399 tunc] *om.* ELW || fieri causatum] et dicitur creatio *add.* QR; creatio sive fieri causatum E; creatio sive dicitur fieri creatum W; creatus sive causatus L 400 autem] *om.* BLN || conservari] conservare BMNP 401 conservari] conservare BMNP || ex] a BMNP 402 re[1]] *om.* QR 402–403 sic … conservari] *om.* BMNP 403 differentia] et differunt LW || creari] creare BEMNP || sequitur] consequitur MNP 403–404 immediate … hoc] in materia E 404 conservari] conservare BMNP 405 figura sigilli] similis figura ELQRW 407 novo] *om.* QR || fieri] et *add.* BMNP || procedente] QRW; praecedente *cett.* 408 conservetur] conservatur BMNP 408–412 sicut … sic] sic est L 409 ipsum] tempore BMNP || simul] et simplex *add.* BMNP 414 coniunctione] connexione QR 415 lumen seu] *om.* LW || novus … stet] non causatur si stet sed BMNP 415–416 et … idem] *om.* L 416 idem] *om.* EW

52 Ex his ad Augustinum, cum dicit quod aer non est factus lucidus, sed fit etc., dico quod Augustinus comparat in dicto suo esse eius quod fit a tali causa, a qua dependet omnino, ad esse eius quod fit a causa, a qua non dependet omnino, negando comparationem esse eandem in eo, videlicet quod sicut res se habent ad causas secundas (scilicet quod quando respectu earum sunt in facto esse perfecto, quod non est necesse eas per illas in esse conservari aut in non esse redigi, si non ab illis in esse conserventur), si sic ponantur se habere ad causam primam, hoc falsum est; respectu enim talis causae nullum causatum eius hoc modo habet esse in facto esse quod causa subtracta maneat in esse. Sed tamen, quin effectus simpliciter et absolute sit in facto esse totum simul, non negat, immo manifeste hoc concedit, sicut patet ex hoc quod infert: "neque enim aliquid tale est homo, ut factus deserente eo, qui fecit, possit aliquid agere etc.". Ecce quod non negat de creatura quin possit dici quod sit in facto esse, sed non sic, ut deserta maneat, immo sic, ut coniuncta suae causae perseveret. Quod appellat eam semper fieri, non aliud et aliud recipiendo, nec idem fieri per aliud et aliud fieri continue tenendo, sed idem per eandem actionem, qua illud in esse produxit, in esse custodit. Quae tamen actio non proprie dicitur fieri nisi quoad primum instans quo res primo producta est. Non est igitur mens Augustini negare esse creaturae simul totum in esse produci et simul totum eadem productione in esse conservari, sed accipit fieri pro conservari, quia non manet esse nisi praesente causa producente.

53 Ad secundum, cum dicitur quod nulla causatione ultimate habetur res, qua posita potest res habere non esse, conceditur. Sed cum dicitur in minori quod posita causatione prima potest res cras habere non esse, nego in sensu compositionis, quia dicere quod prima causatio stet et ipsa stante simul habeat res non esse vel simul non sit, falsum est, quia impossibile est quod Deus pro hoc nunc causet angelum et tamen quod angelus pro hoc nunc non sit. Tamen in sensu divisionis

419 qua[1]] non *add.* ELW ‖ non] *om.* ELW (*sed add. in marg.* W) 421 quando] *om.* ELQRW ‖ earum] *post corr.* Q; eius ELRW 422 quod] quia EQR ‖ eas … illas] illas per eas LW 423 in … conserventur] conserventur in esse BQR; conserventur ELW ‖ si sic] sed si sic MNP; sed sic si B; sicut ELW ‖ ponantur] ponuntur ELW 424 hoc[1]] enim *add.* ELW 426 simpliciter] in se LW ‖ absolute] loquendo *add.* BMNP 427 infert] consequenter infertur cum dicit LW ‖ aliquid tale] *inv.* ELQRW 430 perseveret] praeservetur in esse BMNP ‖ quod] ut LW 431 aliud[2]] fieri continue *add.* QR 431–432 nec … tenendo] *in marg.* Q 431 fieri[1]] *om.* BM NP ‖ fieri[2]] semper *add.* QR 431–432 tenendo] *om.* BMNP 432 produxit] illud *add.* EQRW 433 proprie … fieri] proprie fieri dicitur ELW; est proprie fieri BMNP ‖ nisi] *post corr.* M; nec BNP 435–436 sed … conservari] *om.* (*hom.*) BMNP 438 conceditur] concedatur EMPQW ‖ in minori] in minore LQW; mutare E 440 vel] ut BMN 441 est[2]] *om.* BEL ‖ hoc] *om.* BMNP 442 tamen[1] … pro] *om.* L ‖ tamen[1] … angelus] *om.* W ‖ quod] *om.* MQR

418–434 Fere sumpta ex Henr. Gand., *Quodl.* 5, q. 11 (ed. Parisiis 1518, 170Q–R) 427–428 Cf. Aug., *De Gen. ad litt.* 8, c. 12 (CSEL 28.1, 249; PL 34, 382)

verum est dicere quod stante causatione potest habere non esse pro hoc nunc, sic quod stante causatione pro hoc nunc pro alio nunc potest habere non esse subtracta causatione pro illo nunc in quo habet non esse. Et ideo non sequitur quod alia causatione et alia habet esse, immo stante causatione prima semper stat esse, et quamdiu stat causatio eadem re, tamdiu sic stat esse.

Ad tertium, cum arguitur quod aeviternum aut habet totum esse simul quod habiturum est, aut non, dicendum quod sic loquendo de aeviterno proprie dicto, quale est angelus vel corpus caeleste. 54

Et cum assumitur quod tunc nihil exspectaret assumendum a Deo conservante, dicendum quod verum est: nihil exspectat assumendum quod nondum habet intrinsece loquendo. 55

Et quando ultra infertur "igitur non eget Deo conservante", dico quod consequentia nulla est, quia licet non egeat Deo ad accipiendum non habitum, indiget tamen Deo ad conservationem illius esse quod habet, secundum modum prius dictum ad argumentum primum pro opinione. 56

Ad quartum, cum arguitur quod, si angelus iam factus annihilaretur, aut in eodem nunc aevi habet esse et non esse aut in alio et in alio, respondeo: argumentum procedit ac si aliquid unum et idem positivum vel diversum positivum mensuraret illius esse et illius non esse. Quod non pono; posui enim supra quemlibet angelum habere proprium aevum, et per consequens ad desitionem angeli desinit aevum suum, sicut accidens proprium cum suo subiecto. 57

Et quando arguitur "aut in eodem nunc habet esse et non esse aut in alio et alio", dico quod positive non habet esse et non esse in eodem nunc nec in alio et alio, quia nec idem nunc manens nec aliud et aliud positive manens mensurat eius esse et non esse. 58

Et si dicas quod non potest desinere nisi in illo vel in alio, si positive intelligas, falsum est, quia in nullo positive desinit esse, sed solum negative desinit esse (et 59

443 non] *om.* ELW ‖ pro … nunc] *om.* BMNP 444 pro² … nunc²] *om.* EL 445 illo] isto BMNP ‖ quo] qua BP 447 quamdiu … sic] tamdiu stat eadem causatio re quamdiu ELQRW 449 habiturum] habitum LPW ‖ dicendum] dico ELW ‖ sic] verum est BMNP 451–452 conservante] conservatore BMNP 452 est] quod *add.* BMN ‖ nihil … habet] *om.* L 454 dico quod] dicendum quod BMNP; *om.* L 454–455 consequentia … est] consequentia non valet P; non sequitur LW 455 indiget] eget LW 456 conservationem illius] conservationem ELW; conservandum QR 459 aevi] *om.* BMNP ‖ et² … alio²] et alio LW; *om.* EQR ‖ respondeo] quod *add.* W; dico quod LR 461 illius¹] eius BMNP; huiusmodi W ‖ illius²] *om.* BEMNP 463 desinit] desinet BMNP ‖ sicut … subiecto] *om.* L ‖ suo] proprio BMP; proposito N ‖ subiecto] *om.* BP 464 quando] cum EQR ‖ arguitur] arguis BMNP 464–465 et alio] et in alio BP; *om.* EW 465 non¹] nec ELMW; nunc N 466 et alio] et in alio BP; *om.* E 469 positive] positivo QR ‖ sed … esse²] *om.* (*hom.*) EQ (*sed add. in marg.* Q)

456–457 Cf. supra, n. 51 461–462 Cf. supra, d. 2, q. 3, n. 27

hoc desinente secum nunc in quo habuit esse). Sed bene desinit cum alio nunc positive posito quod alius angelus vel tempus sit, sed non in alio positive sicut in mensura eius non esse, sicut motus primus desinit esse in tempore non positive, sed negative, tempore secum semper continue desinente. Unde non debet concedi quod habet esse et non esse in eodem instanti, ita quod li 'habet' affirmetur in utraque parte copulativae, sed quod habet esse et non habet esse in eodem nunc, ut negetur li 'habet' in altera parte copulativae, et tunc cum li 'esse' negatur proprium nunc.

60 Verumtamen qui diceret quod unum est aevum omnium aeviternorum et illud esset in primo angelo, diceret sicut nunc, si primus angelus desineret esse; sed si aliquis inferior desineret esse manente primo et aevo per consequens in eo, quod est mensura aliorum, diceret quod in eodem nunc desineret esse, in quo habet esse sicut in mensura.

61 Et quando infers "igitur in eodem nunc habet esse et non esse", non est inconveniens de nunc stante invariabiliter, sed esset inconveniens de nunc raptim et indivisibiliter transeunte, sicut transit nunc temporis, in quo non potest unum et idem esse et non esse, eo quod non stat, sed raptim transit.

62 Ad quintum, cum arguitur quod, si aevum esset totum simul, esset actu infinitum, sicut si omnes partes temporis essent simul, tempus formaliter esset infinitum, dico quod consequentia non valet, quia aevum et tempus sunt mensurae alterius rationis; tempus enim est mensura successiva, cui non repugnat habere partem post partem in infinitum.

63 Et quando dicis quod, si omnes partes temporis essent simul, tempus esset infinitum, tu implicas contradictoria, quod esset successivum et tamen cum hoc haberet omnes partes simul.

64 Et similiter ex illo impossibili non sequitur propositum, quia etsi, si aliquid habens partes succedentes sibi infinitas esset secundum omnes partes simul in ac-

---

470 desinente] desinere BMNP ‖ nunc[1]] patitur *add.* BMNP ‖ habuit] habet BMNP ‖ alio] illo BMNP 471 alius] *post* angelus MQRW (*sup. lin.* W); *om.* E 471–472 in[2] … sicut] *om.* (*hom.*) L 472 non[1]] est *add.* BMP (*sed del.* P) 473 desinente] deficiente EMNR ‖ non] *om.* LQW (*sed add. sup. lin.* Q) 474 et … esse[2]] *om.* (*hom.*) BMNP 476 ut negetur] ut negatur BR; negatur M ‖ cum] *om.* BMNP ‖ negatur] negetur EMNP 479 angelus] *om.* BMNP ‖ desineret esse] *om.* ELW 480 esse] *om.* BMNP ‖ aevo] et *add.* BMNPR ‖ per … eo] *om.* LW ‖ in eo] *om.* E 481–483 in[2] … esse[1]] *om* (*hom.*) E 483 in … nunc] *post* esse[1] QR ‖ esse[2]] dico quod *add.* BMNP 485–486 unum et] *om.* LW 487–489 cum … infinitum] *om.* E 487 actu] formaliter *praem.* R, *add.* Q 488–489 essent … infinitum] etc. L 488 esset] *ante* tempus QRW 492 quod] *om.* BEMNP ‖ temporis] *om.* ELQRW ‖ tempus] *om.* ELPQRW 493 tamen] *sup. lin.* Q; quod *add.* BMNP; *om.* LW 494 haberet … simul] simul haberet partes omnes simul QR; haberet simul partes BMNP 495 impossibili] incompossibili BMNP ‖ etsi si] *scripsi*; etsi BELPQR; si MNW 496 succedentes … partes[2]] infinitas EW; *om.* L ‖ infinitas] et *add.* MN (*sed del.* M)

tu, esset formaliter infinitum, non tamen sequitur quod aliquid simplex limitatum, quod tamen alio conservante stat cum infinitis partibus temporis, sit formaliter infinitum, nisi hoc haberet de se, sicut habet aeternitas Dei. Et ideo argumentum non concludit.

Ad sextum breviter patet responsio ex dictis ad quartum argumentum, quod pro eodem positive non potest velle eum esse et velle eum non esse, et hoc in sensu compositionis. Vel aliter quod, etsi pro eodem indivisibili transeunte non posset hoc velle, potuit tamen pro eodem stante. Unde ita possunt esse et non esse angeli esse in nunc aevi stante sicut in tempore cum quo stat. Hoc dico secundum eos qui ponunt unum aevum omnium, et illud in primo; quod tamen non tenui. Tenendo propriam viam dico quod Deus non potuit velle eum esse et velle eum non esse pro eodem nunc positive, quia nullum nunc manens mensurat utrumque, sed volendo eum non esse vult suum proprium aevum non esse, et tunc esse et non esse sunt simul cum aeternitate vel cum tempore, sed non in, sicut in mensura propria. 65

Ad septimum, cum arguitur quod, si aliquid haberet virtutem essendi cum infinitis locis etc., respondeo: aut loqueris de infinitis locis simul exsistentibus aut successive se habentibus, ita quod esset nunc cum uno, cras cum alio, et sic successive. Si primo modo, verum esset quod illud exsistens actu cum infinitis locis esset illimitatum et infinitum; quod soli Deo convenit. Sed quod aliquid sit cum infinitis locis successive (et hoc alterius munere conservante ipsum in esse cum isto et illo successive), non arguit infinitatem nisi in conservante et manutenente, non in conservato. Et hoc modo stabit nunc aevi cum infinitis partibus temporis, sicut et esse angeli. Et sicut esse angeli non est propter hoc infinitum formaliter, sic nec aevum suum, sicut si palus in aqua fixus staret cum infinito fluxu aquae decurrentis iuxta ipsum, non propter hoc esset palus infinitus, sed tantum concluditur quod ab infinita virtute conservaretur in esse. 66

Ad octavum dico quod positio implicat incompossibile. Posito enim quod Deus sit et quod posset creare unum angelum et illum destruere et quod tempus non posset esse, non solum est impossibile, sed incompossibile. De natura enim dei- 67

497 tamen] *ante* non QR; *om.* BMNP ‖ simplex] finitum et *add.* E; et *add.* LW; simpliciter BMNP 498 tamen] cum LQR (*sed del.* Q) ‖ sit formaliter] *inv.* BMNP 499–500 nisi … concludit] *om.* L 499 haberet] haberent MN 501 breviter] *om.* EL RW ‖ responsio] *om.* LQRW 503 compositionis] composito BMNP 504 potuit] potest MQ (*post corr.* Q); posset E 505 esse[2]] *om.* BMNP 506 illud] esse *add.* LW 507 tenui] supra *add.* QR ‖ dico … Deus] Deus BEP; Deus enim MN 510 et] vel ELW ‖ aeternitate … tempore] tempore vel aeternitate LW 513–515 etc. … locis] (*om. hom.*) E 513 aut[2]] de infinitis *add.* BMNP 514–515 ita … successive] *om.* L 514 uno] et *add.* BMNP 517–518 munere … successive] conservatione L ‖ ipsum … conservante] *om.* (*hom.*) B 520 et[2] … angeli[2]] *om.* (*hom.*) EMN (*sed add. in marg.* M) 520–521 formaliter] *om.* BLMNP 521–523 suum … esse] *om.* L 522 tantum] tamen EQRW; *om.* M 524 dico] *om.* EQR ‖ incompossibile] impossibile BELQR 525 quod[1]] *om.* BELQRW (*sed add. sup. lin.* Q) 526 est] hoc *add.* QRW

tatis est quod posset quodlibet factibile facere, et ita tempus. Dico igitur quod, si tempus non esset nec in re nec in intellectu, quod Deus non posset creare unum angelum ante alium nec unum post alium, quia ante et post sunt differentiae temporis. Et ideo non debet concedi positive posita hypothesi quod crearet unum ante alium, sed quod crearet unum alio non creato et quod destrueret unum alio non destructo negative, sed non positive quod destrueret unum post alium vel crearet unum post alium. Et ideo argumentum accipit falsum: posito quod tempus nec re esset nec in potentia alicuius efficientis vel in intellectu, quod Deus posset creare unum angelum ante alium.

68 Ad nonum, quod nihil concludit ad propositum. Posito enim quod Deus crearet unum angelum et illum destrueret et iterum repararet, non sequitur quod in aliqua mensura una numero manente caderet aliqua successio. Nec illa destructio et reparatio esset temporalis, quia ipso exsistente non quiescit, quia quiescere est se habere nunc ut prius cum aptitudine ad motum successive; sic autem non exsistit angelus in esse; ideo temporaliter non ponitur in esse nec reparatur. Nec in alia mensura cadit successio, sed nunc destruitur cum esse et reparatur cum esse.

69 Et quando dicis quod non esse sequitur esse, nihil ad propositum ad concludendum successionem in aevo, non plus quam in esse destructo et reparato. Nec est ante et post in esse et non esse nisi in comparatione ad tempus iuxta praeexpositum modum.

70 Ad decimum, sicut ad praecedens, quod non concludit successionem in aliqua mensura una ex hoc quod angelus est peccato suo non exsistente et est peccato exsistente, sicut nec in aeternitate ex hoc quod est cum die hodierna et crastina. Nec debet concedi positive quod angelus habuit esse, antequam peccavit, nisi secundum protensionem aevi ad tempus. Aliter exponi debet negative, sicut prius.

71 Ad undecimum dico quod, sicut in esse angeli non cadit successio, sic nec in aevo. Et ideo non est in aevo fuisse vel fore secundum se, sicut nec ante et post et simul, sed solum per comparationem ad tempus est ibi fuisse et fore. Et eo modo quo est ibi fuisse et fore, differunt fuisse et fore. Non enim idem est

527–528 quodlibet … posset] *om.* (*hom.*) E 527 igitur] tunc BMNP 532–535 sed … alium] *om.* L 532–533 quod … alium] quia unum crearet post alium vel destrueret W 533 post] ante BEN 533–534 nec … esset] nec esset re EQR; non sit in se W 534 vel … intellectu] vel intellectu EMQ; nec in intellectu W (*ante* nec) 536 nonum] dico *add.* BM NP 539 quiescit] quiesceret BMNP 540 aptitudine] habitudine MN 544 non plus] nec plus MN; *om.* B 547–548 aliqua … una] aevo LW 548 angelus] non *add.* ELW 548–549 et … exsistente] *in marg.* Q 548 est²] cum BMN; etiam P; *om.* R 549 nec] *om.* BN 550 nec] non BMNP 553 dico] *om.* EQR ‖ sic] sicut BMNP (*sed corr.* M) 555 sed … comparationem] sed solum in comparatione LW; per comparationem tamen BM NP ‖ est … fore] *om.* LW 555–556 et eo] et ideo eo E; ideo LW 556 differunt] ibi *add.* BMNP ‖ enim … est²] autem est idem BMNP

551–552 Cf. supra, n. 50

partes temporis ipsi aevo coextitisse et partes temporis fore coexsistentes aevo. Et quamvis Deus non posset facere quin partes temporis coextitissent ipsi aevo, nec etiam potest facere quin aevum extitisset cum eis, quia partes temporis sunt praeteritae, potest tamen facere quod partes temporis futurae non coexsistant cum aevo nec aevum cum eis. Et ideo, sicut potest destruere tempus futurum, ita et aevum, ne exsistat cum tempore futuro. Et isto modo loquitur Hieronymus quod in omni alio a Deo vel aeternitate differt fuisse et fore propter possibilitatem ad corrumpi cum tempore. Vel aliter dico quod supposito ex primo libro, quod aeternitas sit infinita, et ideo omnes partes temporis et, quae in tempore sunt, sunt ei realiter praesentia, ut ideo nihil sit ei praeteritum vel futurum.

Tunc ad primam auctoritatem supra Hieronymi dico quod verum est vel in se, quod non est verum de permanentibus infinitis, vel in aliquo respectu sui, sicut in tempore est praeteritum aevo et quod futurum ei, quia non actu coexsistit ei. 72

Ad tertium decimum, cum dicitur "cum illa nondum habent" etc., hoc dicitur quantum ad coexsistentiam cum futuro realiter in tempore, quia aevum sicut nec angelus coexsistit ei. 73

Similiter ad quartum decimum, non quia aevum habet futuritionem in se, sed quia alia sunt ei futura in tempore. 74

Ad Anselmum, cum dicit quod nondum habent de duratione quod venturum est, dico quod nondum habere totum esse simul potest intelligi dupliciter: uno modo quod non sit simul totum esse et aevum mensurans, sed quod in aevo cadit successio et pars exspectanda post partem; et hoc falsum est nec est de mente Anselmi. Alio modo potest intelligi quod nondum habent quod venturum est, sicut habet aeternitas, ex se ab intra et in potestate sua; sic enim nulla creatura habet durationem suam totam simul nec successive, quia quod ipsam habeat non 75

557 coextitisse] *ante* ipsi LW; coexsistere QR 558–559 coextitissent … temporis] *om.* (*hom.*) E 559 aevum] *om.* LW 560 futurae] futuri BMNP 565 sunt[1]] *om.* BEMNP QR (*sed add. in marg.* Q) 566 ut] et BMNPRW ‖ sit] fuit BP 567 tunc] ad duodecimum *add. in marg.* M ‖ primam] *om.* LW ‖ supra] *om.* LQRW ‖ dico quod] quod E; *om.* BMNP 568 infinitis] etiam finitis ELQRW 570 tertium decimum] duodecimum MNQR; secundum EP (*sed add. in marg.* ad duodecimum P); vicesimum primum B; aliud L ‖ cum[2]] quod LMN ‖ illa] illi ELQW ‖ habent] habeant QRW; habeat E 571–572 quia … ei] *om.* LW 573 similiter] *om.* LW ‖ quartum decimum] *scripsi*; tertium decimum patet per idem tertium QR; aliud patet per idem LW; tertium EMNP (*corr.* M, ad tertium decimum *add. in marg.* P); tricesimum primum B ‖ quia] quod LW ‖ habet] habeat LW ‖ in] de LW 574 tempore] sic non (sicut nec *pro* sic non E) respectu aeternitatis *add.* BEMNP 575 ad] vel ad Anselmum cum dixit quod nondum etc. *praem.* BMNP ‖ quod[1]] quamvis E; *om.* LW 576 esse simul] simul esse et durationem BMNP 577 aevo] eo BMNP ‖ cadit] cadat MNP 578 nec … mente] EL QW (et *om.* EL); nec est de intellectu BMNP; et contra mentem R 580 intra] intus ELW

564–565 Cf. Rob. Cowton, *In Sent.* 1, dd. 38–39 (cod. Oxford, Merton College 117, ff. 91rb–92vb; ed. Schwamm, 16)?

est ex se, sed ex alio. Tunc vult Anselmus dicere quod haec differentia est inter aeternitatem et aevum et quamcumque durationem, quod aeternitas habet ex se posse esse cum omni parte temporis, sed aevum non habet ex se quod possit exsistere cum futuro, sed a Deo conservante; et ideo nondum habent ex se quod venturum est, non in aevo, sed in partibus temporis quae coexsistunt aevo et aevum eis, sicut habet aeternitas.

76 Et simili modo ad Augustinum.

77 Ad quintum decimum, cum arguitur quod illud quod continue ex se tendit in non esse, continue recipit ab alio esse, dicendum quod tendere in non esse potest intelligi dupliciter, vel partem ipsius esse continue amittendo post partem, vel essendo semper dispositum, si a causa sua deseratur, ut statim cadat in non esse. De eo quod primo modo tendit in non esse, verum est quod continetur in esse partem eius recipiendo post partem et per aliud et aliud fieri, ut tempus et motus. Sed sic esse angeli continue non tendit in non esse, sed simul est secundum se totum in mensura simplici. Sed quia in quolibet nunc de se caderet in non esse, indiget creatore volente ipsum stare in esse dato, quod Augustinus vocat continue fieri in comparatione ad tempus; dum tamen stat alio conservante, simul totum et in simplici mensura stat.

78 Et sic patet ad omnia argumenta.

582 tunc vult] vult igitur LW ‖ differentia est] *inv.* ELRW 584 aevum … habet] non habet aevum hoc (*ante* non L) LW ‖ possit] posset BLP 586 coexsistunt] coexsistent QRW; exsistent E 589–590 in … esse[2]] etc. E 590 alio] non *add.* QR (*sed del.* Q) 591 vel[1]] secundum *add.* BELW; secundum se *add.* R; semper (*post corr.*) *add.* Q; secundum (*?*) se *add.*, *sed del.* M 593 continetur] continuatur (*post corr.*) W; tenetur L 594 eius] *om.* LMNP 595 sic … non[1]] esse angeli non sic LW

589–599 Fere sumpta ex Henr. Gand., *Quodl.* 5, q. 11 (ed. Parisiis 1518, 170S)

⌈Quaestio 5:
Utrum operationes intrinsecae angelorum mensurentur aevo vel tempore⌉

Utrum operationes intrinsecae angelorum mensurentur aevo vel tempore. 1

Quod aevo arguitur: 2

Quia operatio beatifica mensuratur aevo, non tempore discreto nec continuo; igitur quaelibet alia operatio intrinseca mensuratur aevo. Consequentia patet, quia in operatione beatifica includitur operatio naturalis, quamvis non sit tota causa beatitudinis; sed illa naturalis, ut concurrit ad beatitudinem, non potest mensurari tempore et, ut supernaturalis, aevo, quia beatitudo angeli non dependet ex tempore vel temporali; igitur mensuratur naturalis operatio in beatitudine eadem mensura qua supernaturalis, scilicet aevo. Sed qua ratione una operatio naturalis mensuratur aevo, eadem ratione et quaelibet. Igitur patet consequentia et antecedens.

Contra: 3

Paenultima propositione *De causis* dicitur: "inter rem cuius substantia et actio sunt in momento aeternitatis, et inter rem cuius substantia et actio sunt in momento temporis, est medium, scilicet cuius substantia est in momento aeternitatis et operatio in momento temporis". Sed Deus et eius operatio sunt in momento aeternitatis, et temporalia et operatio eorum in momento temporis sive tempore; igitur operatio angeli, cuius substantia est in momento aeternitatis creatae, scilicet aevi, erit in tempore aliquo et non mensuratur aeternitate, scilicet aevo.

⌈SOLUTIO
Opinio Ware⌉

Ad istam quaestionem dixerunt aliqui, sicut Ware, quod angelus duplicem habet operationem, unam transeuntem ad extra et aliam immanentem; et omnis 4

1 utrum] quinto quaeritur *praem.* BMNPW 3 nec] vel LQR 5 naturalis] *om.* ELW 10–11 igitur … antecedens] *om.* L ‖ antecedens] aliud MN 15 aeternitatis] creatae scilicet aevi *add.* LW 16–17 sed … temporis] *om.* (*hom.*) LW 17 sive] in *add.* BMNP 18–19 cuius … aeternitate] erit in tempore et mensuratur tempore et non aeternitate cum eius substantia sit in momento (temporis *add.* W) aeternitatis creatae (eius L) LW 20 sicut Ware] *om.* LW 21 unam] scilicet LW ‖ aliam] *om.* LW

3–11 Cf. Ioan. Duns Scotus, *Lect.* 2, d. 2, pars 1, q. 4, n. 144 (ed. Vaticana, 18:146) 13–16 Anon., *Liber de causis*, XXX (XXXI), prop. 210 (ed. Pattin, 110) 20–41 Cf. Guil. de Ware, *In Sent.*, q. 117 (Cod. Città del Vaticano, BAV, Chigi B VII 114, ff. 116vb–118va)

operatio angeli, sive sic sive sic, aut est continua habens partem post partem, aut est raptim transiens, aut est operatio cui non repugnat simul stare, sed quantum est ex parte sua potest eadem manere indivisibiliter in simplici esse toto simul. Si sit operatio habens continuitatem et partem succedentem post partem, mensuratur tempore, tamen continuo. Si sit operatio transiens raptim, mensuratur instanti temporis nostri, de cuius ratione est raptim transire. Tertia vero operatio, quae est tota simul, cui non repugnat habere permanentiam mansivam, licet possit raptim transire, mensuratur aevo stante.

5 Et quod huiusmodi operatio indivisibiliter stans mensuratur aevo, sicut substantia sive esse angeli, confirmant sic: illa quae habent similem modum essendi habent similem mensuram mensurantem esse eorum (patet de motu primo et inferiori, quod quia eorum esse consistit in continuo fieri et successione, ideo eorum mensura est successiva et in continuo fieri, scilicet tempus, non obstante quod motus inferior corrumpitur secundum totum, et primus non, sed secundum partes); sed esse substantiale angeli et operatio eius permanens simul tota habent similem modum essendi in hoc quod, sicut esse substantiale est indivisibile simul totum, sic esse operationis intrinsecae, cui non repugnat simul stare in tali esse indivisibili; igitur sequitur quod mensurabitur aevo. Talis autem est aliqua operatio intrinseca, immo quaelibet, quia sibi non repugnat simul stare; ideo quaelibet mensurabitur aevo.

⌈OPINIO DUNS⌉

6 In ista eadem conclusione concordat Duns quantum ad operationem angeli intrinsecam, quod est simul tota, et si non maneat, posset tamen, quantum est ex ratione sui, stare indivisibiliter tota simul cum tempore; et ideo mensuratur aevo.

7 Quod autem operatio angeli intrinseca sit tota simul, patet per Commentatorem super 10. *Ethicorum* comm. 11 bene post principium. Dicit de visione corporali quod secundum unamquamque partem temporis et secundum unumquodque nunc visio tota et perfecta est. Multo fortius igitur visio sive intellectio angelica simul est tota; et ideo propter simultatem sui esse mensurabitur aevo.

22 post] et LW 26 tamen continuo] continuo BEN; *om.* LW 27 tertia … operatio] sed operatio tertia (illa W) LW 30–31 sicut … angeli] *om.* L 31 esse] essentia EQR 33 inferiori] inferiorum ELQRW ‖ quod quia] *inv.* BMPQ (*sed corr.* Q); quia quilibet R; quia W 35 non sed] non nisi N; ut BM; *om.* P 36 eius … habent] est permanens simul tota habens BLMNW; est permanens simul tota habent (*post corr.* P) EP 38 totum] secundum *praem.* LW 39 sequitur quod] *om.* LW ‖ mensurabitur] mensuratur BLW 40 quia] quod ELQRW (*sup. lin.* W) 45 tota] totum EQR 46 super 10] 10 QR; super 4 MN; 4 LW ‖ dicit] qui *praem.* ELW 47 unamquamque] quamlibet LW ‖ unumquodque] quodlibet LW 48 et] est MN

42–44 Cf. Ioan. Duns Scotus, *Lect.* 2, d. 2, pars 1, q. 4, n. 150 (ed. Vaticana, 18:148) 45–48 Cf. Michael Ephesius, *In Eth. Nic.* 10, c. 4 (ed. Mercken, 366)

[CONTRA OPINIONES WARE ET DUNS]

Primus istorum, ut Ware, est sibi ipsi contrarius, quia supra ponit in quaestione de unitate aevi, ad tertium principale, in fine quasi quaestionis, quod corpus caeleste et substantia incorporea, ut angelus, non mensurantur eadem mensura, quia sunt alterius rationis. Cum igitur esse substantiale unius angeli et esse operationis eius sint multo magis alterius rationis, quia alterius generis primi, sequitur quod non mensurantur eadem mensura, non obstante simultate utriusque esse, cum esse corporis caelestis sit simul totum sicut esse angeli. 8

Item quaero a te: si operatio angeli simul tota mensuretur aevo, aut eodem aevo quo mensuratur esse substantiale cuius est operatio, aut alio alterius rationis, sicut esse operationis est alterius rationis? Si primo modo, contra: quandocumque effectus alicuius causae mensuratur eadem mensura qua mensuratur ipsa causa durativa sui esse, causa illa secundum substantiam est mensura effectus quantum ad substantiam effectus (exemplum de motu primo, qui est mensura motuum aliorum, sicut perfectissimum in genere; et ideo est eadem mensura motus primi et aliorum); sed esse angeli non est mensura essentiae operationis, sicut species perfectissima in genere respectu aliorum, quia non sunt eiusdem generis, sed alterius generis primo, sicut substantia et accidens; quare mensura esse angelici non erit mensura operationis angelicae. Si igitur operatio mensuratur aevo, hoc erit aevo alterius rationis, quod erit subiective in operatione ipsa. Quare cum angelus possit accipere operationem totam simul et ipsam totam simul dimittere et immediate aliam accipere, sequitur quod, sicut operatio immediate et indivisibiliter sequitur operationem sine alioquo medio, quod sic mensura sequitur mensuram, et ita indivisibile mensurans actum sequitur aliud praecedens corruptum cum operatione; talia autem indivisibilia mensurantia sibi immediate succedentia dicimus tempus discretum; quare sequitur quod operationes angeli mensurentur tempore discreto. 9

---

50 ut] scilicet LW ‖ ponit] *post* aevi (*l. 51*) LW 50–51 in quaestione] de quaestione L; quaestionem B; quaestione EMN 51 ad … quaestionis] ad tertium principale in fine quasi quaestionis illius *post* rationis (*l. 53*) EQR; ad secundum argumentum illius quaestionis *post* rationis (*l. 53*) LW ‖ quasi] *om.* BP 52 substantia … ut] *om.* LW 53 sunt alterius] non sunt eiusdem LW 57 mensuretur] mensuratur BLP 58 mensuratur] mensurabatur BMNP; mensuretur E 59 primo modo] primum LW 61 substantiam] suam *add.* BMNP ‖ effectus] *om.* EQR (*sed add. sup. lin.* Q) 62–64 motuum … mensura] *om.* (*hom.*) E 63 perfectissimum] *fort.* P (*post corr.*); perfectum BMN 64 esse] essentia LQR 66 primo] primi L ‖ quare] igitur LRW; quia BM 67 operatio] angeli *add.* LW 69 accipere] acquirere BMNP ‖ ipsam] istam EQ; illam RW; *om.* L 71 sequitur mensuram] *om.* QRW (*sed add. in marg.* Q) ‖ ita] *om.* BMNP 74 mensurentur] mensurantur BLW

50–53 Cf. Guil. de Ware, *In Sent.*, q. 116 (Cod. Città del Vaticano, BAV, Chigi B VII 114, f. 116va)

10 Item ista eadem conclusio sequitur contra Duns, qui ponit aevum nihil addere super aeviternum, et tunc, si operationes mensurentur aevo, aevum transit indivisibiliter sicut operatio, et talia indivisibilia transeuntia immediate vocamus tempus discretum, sive sint indivisibilia accidentalia sive substantialia. Verumtamen quod aevum addat super aeviternum, probatum est supra.

11 Item similiter alii et de primo dicto falsum dicunt et contradictoria. Dicunt primo quod operatio raptim transiens et tota simul mensuratur instanti temporis nostri, et postea dicunt in eadem quaestione quod operatio indivisibilis, licet transeat raptim, quia tamen posset stare, ideo mensuratur aevo.

12 Item accipiamus unam operationem raptim transeuntem mensuratam instanti temporis nostri, et pono quod alia operatio raptim transiens assumitur ab angelo immediate, sicut potest assumi (manifestum est). Quaero de secunda quo mensuratur. Si instanti temporis nostri, tunc instans sequitur instans immediate, sicut operatio operationem. Si tempore communi, igitur indivisibile ut indivisibile mensuratur successivo continuo; quod falsum est. Igitur necesse est dicere quod mensuratur instantibus discretis, quae faciunt tempus discretum.

13 Item sicut esse substantiale angeli posset esse et erat tempore communi non exsistente, sicut nec subiectum eius exsistebat, quando angelus erat, et erit, postquam tempus commune deficiet et caelum stabit, ita operatio intrinseca est ultra ordinem temporis et instantis nostri. Et ideo necesse est quod omnis operatio intrinseca vel mensuretur aevo vel tempore discreto; sed non aevo, ut probatum est; quare etc.

14 De operationibus quas exercet mediante corpore assumpto subiecto tempori et motui, alia ratio est; de quibus non quaeritur modo.

Deest M *inde a* discretum (*l. 78*)

---

75 item … sequitur] in ista eadem conclusione sequitur idem BMP 78–152 discretum … tempora] *om.* M 79 addat] *in marg.* N; addit BPR 80 et[1]] etiam EPQ; *om.* LW ‖ falsum … contradictoria] falsum dicunt BNP; dicunt contradictoria L ‖ dicunt[2]] enim *add.* LW; *om.* BNP 83 ideo] quod BNP 84 item accipiamus] accipio BNP 85 assumitur] assumatur EPQ 86 quaero] tunc *add.* ELW ‖ secunda] *post corr.* Q; secundo BLNPW; secundum E 87 immediate] *om.* BNP 92 eius] scilicet motus primus *add.* BNPQ (*in marg.* Q) 93–95 est … intrinseca] *om.* (*hom.*) L 94 instantis] cuiuslibet temporis *add.* BNP 97 subiecto] *om.* BNP

75–76 Cf. Ioan. Duns Scotus, *Lect.* 2, d. 2, pars 1, q. 2, n. 93 (ed. Vaticana, 18:129–30); *Ord.* 2, d. 2, pars 1, q. 2, n. 122 (ed. Vaticana, 7:210) 79 Cf. supra, d. 2, q. 3

⌈OPINIO PROPRIA⌉

Ad quaestionem igitur dico secundum doctores Halensem, Bonaventuram, Thomam, Henricum et Mediavilla quod operationes angelorum intrinsecae mensurantur tempore discreto, quia cum qualitas mensurae debeat attendi ex qualitate mensurati, quamvis sit e converso quantum ad quantitatem ipsius esse, quod quantitas mensurati cognoscitur ex quantitate mensurae, ut prius dictum est – et secundum hoc debet mensura esse proportionalis mensurato, ut mensura rei permanentis sit permanens et rei fluentis in esse suo debet mensura esse fluens –, quia igitur cogitationes angelorum sunt indivisibiles et totae simul, sed transeuntes ordine quodam una post aliam absque omni connexione illarum inter se, quia discretive transeunt, quia una earum non succedit ex alia, eo quod intellectus substantiae separatae non est discursivus cogitando unum ex alio, sicut intellectus noster, licet cogitet diversa et unum post aliud, oportet quod mensurae illarum cogitationum sint singulae indivisibiles et totae simul, sed transeuntes modo consimili sicut cogitationes mensuratae absque omni connexione illarum inter se. Quia tamen ordinem quendam habent inter se, una quidem mensura ex illis constituitur ut ex discretis, quam Augustinus appellat tempus, quando dicit 12. *Super Genesim* quod Deus movet spiritualem creaturam per tempus, licet non per locum. Et est tempus discretum et ex discretis, non tamen est species quantitatis quae numerus dicitur, quamvis sibi aliquo modo assimiletur, sicut nec oratio, licet sit quantitas discreta, non tamen est numerus. Sed istud tempus discretum magis convenit cum oratione quam cum numero proprie dicto, eo quod non permanent partes eius simul, sicut nec partes orationis; partes autem numeri simpliciter permanentes sunt, et si non permanent, hoc accidit ei. Differt tamen ab oratione tempus istud compositum ex indivisibilibus discretis, quia partes orationis, licet sint discretae inter se, quaelibet tamen potest habere in se rationem

Deest M

99 Halensem] 1 *add.* BNP ‖ Bonaventuram] 2 *add.* BNP 100 Thomam] 3 *add.* BE NP; *om.* W ‖ Henricum] 4 *add.* BENP ‖ Mediavilla] 5 *add.* BENP; Richardum de Mediavilla QR (*seq. spat. vac.* Q); Richardum LW 103 cognoscitur] cognoscatur BNPQ 105 fluentis] fluens *add.* QR (*sed del.* Q) ‖ in … esse²] *om.* E ‖ debet … esse²] sit mensura LW 106 et] *om.* BNP 113 habent] *post* se² BENP ‖ quidem] quidam B; quaedam QRW; quod E 114 ut] *om.* BNP 117 assimiletur] assimilatur EQR 118 licet … numerus] *om.* LW ‖ tempus] *om.* ELW 121 permanent] permaneant LR; maneant W ‖ hoc … ei] hoc accidit eis L; accidit BP 122 compositum] eo quod dicitur componi BNP

99–101 Cf. Alex. Hal., *Summa theol.* 1, n. 69 (ed. Quaracchi, 1:106–9); Bonaventura, *In Sent.* 2, d. 2, pars 1, a. 1, q. 1 (ed. Quaracchi, 2:55a–57b) et a. 2, q. 2 (2:65a–66b); Th. Aq., *Summa theol.* I, q. 10, a. 5 (ed. Leonina, 4:100); Th. Aq., *In Sent.* 2, d. 2, q. 1, a. 1 (ed. Mandonnet, 2:64); Henr. Gand., *Quodl.* 12, q. 8 (ed. Decorte, 40–46); Rich. de Med., *In Sent.* 2, d. 2, a. 1, q. 1 (ed. Brixiae 1591, 2:30b–32a) 101–103 Cf. supra, d. 1, q. 2, n. 32 114–116 Cf. Aug., *De Gen. ad litt.* 8, cc. 20–22 (CSEL 28.1, 258–61; PL 34, 388–89)

continui et mensurari vero tempore, secundum quod morari possumus in prolatione cuiuslibet syllabae, ut eius prolatio tempore mensuretur, sicut et nostra cogitatio, quando in ea persistimus et non est tota simul, sicut est quaelibet cogitatio angelica. De illo tempore discreto non locutus est Philosophus, pro eo quod ponit substantiam et operationem in angelis idem esse et per consequens mensura eadem mensurari. Quod non ponimus nos, sed quod sint accidentia simul tota et transeuntia ordine quodam; et ideo esse angelicum mensuratur mensura stabili, cuiusmodi est aevum secundum Augustinum *De octoginta tribus quaestionibus*, et cogitationes mensura variabili.

16 Item Hugo *De sacramentis* lib. 1 parte 3 cap. 16: "ambiguum nulli est de spiritu creato, quin tempore variatur secundum haec quae eadem non permanent in ipso". Igitur operationes quae non permanent in eo mensurantur tempore, non tempore continuo, quia non sunt continuae, nec instantibus temporis nostri, quia non se sequuntur immediate; igitur instantibus discretis, cuiusmodi posui supra.

⌈DUBITATIONES⌉

17 Sed si sic dicatur, scilicet quod operationes angelorum mensurentur ipsis nunc, quae tempus discretum constituunt, ut credo verum dicere, multa occurrunt in contrarium:

18 1. Primo, quia sicut se habet instans ad instans in tempore nostro communi, sic se debet habere instans ad instans in tempore illo quod tu ponis, cum cuiuslibet temporis ad aliud sit proportio et habitudo. Sed sic se habent duo instantia ad invicem in tempore nostro, quod inter illa necessario cadit tempus medium, quorum illa sunt ultima. Igitur ita erit de instantibus aliis, quae tu ponis, correspondentibus cogitationibus diversis.

19 Et confirmatur ratio, quia angelus potest continere tanto tempore unam cogitationem, quanto tempore sibi succedunt plures; quod non esset, nisi esset aliquod

Deest M

125 et] est LW 127 discreto] *om.* ELQW (*sed add. in marg.* Q); continuo R 128 substantiam] esse BNP 134 spiritu] sancto *add.* ELQRW (*sed del.* Q) ‖ quin] quando BEN ‖ haec quae] hoc quod LW 135 operationes] variationes BP ‖ eo] ipso BNP 136 instantibus] instanti BNP 137 se sequuntur] sese continuantur BP 138–141 si … quia] contra ista primo sic L 138–139 scilicet … constituunt] *om.* EQRW 139 ut … dicere] quod verum est dicere ut credo Q; ut credo verum est dicere R; ut credo verum W 141 primo quia] item quinto EQR, *praemittentes*: primo quattuor prima principalia ad quaestionem hanc in quaterno (quantum non E) super secundum (tertium E) dicta Richemendi (ric- inde E) et fiant (terminant E) cum (in E) solutionibus (finibus E) ibidem et non (nota E) plura de illis ibidem 142 ad instans] *om.* BNP 143 habitudo] et similiter instantis ad instans BNP 147 continere] considerare LW; cogitare E

131 Cf. Aug., *De 83 quaest.*, q. 72 (CCL 44A, 208; PL 40, 84) 133–135 Cf. Hugo de S. Victore, *De sacr.* 1, pars 3, c. 16 (ed. Berndt, 81; PL 176, 222)

continuum inter duo indivisibilia mensurantia cogitationes transeuntes et succedentes sibi.

2. Item contra modum dicendi arguitur: si cogitatio angeli mensuratur instanti discreto, tot essent tempora discreta, quot essent cogitationes angelorum, quia unus cogitat, quando alius non cogitat, et e converso; et ideo tunc alia mensura mensuraretur cogitatio unius angeli et alterius. 20

3. Item stante eadem intellectione respectu alicuius unius quod est ad finem, angelus potest illud apprehensum velle et nolle. Et tunc alia mensura mensurabuntur volitiones sibi succedentes, quia duobus instantibus discretis, et alia mensurabitur cogitatio stans, quia scilicet instanti aliquo uno permanenti cum cogitatione. Et ita in eodem angelo respectu intellectionum et volitionum erunt plura tempora discreta. 21

4. Item secundum doctorem praecedentem aeva differunt specie sicut exsistentiae angelorum; et ideo tot sunt aeva, quot exsistentiae (ex prius dictis). Igitur eadem ratione instantia discreta differunt specie, sicut cogitationes mensuratae. Sed angelus potest habere diversas cogitationes specie intelligendo nunc lapidem, nunc hominem, nunc lignum. Igitur instantia mensurantia erunt alterius speciei. Sed ex diversis specie non fit una species quantitatis, cuiusmodi ponis hoc tempus discretum. Quare ficticium est quod ponitur. 22

5. Item accipio duo de istis instantibus mensurantibus operationes angelorum. Aut igitur eis correspondet a parte temporis nostri unum instans tantum temporis nostri aut duo aut pars aliqua temporis. Non potest dici primum, quia cum in illis duobus instantibus possit aliquid esse et non esse, sequeretur similiter quod in uno instanti temporis nostri et sic pro eodem instanti temporis nostri verificarentur contradictoria; quod falsum est. Nec etiam secundum potest dici, quia sic sequeretur quod duo instantia temporis nostri possent sibi immediate succedere; quod falsum est. Nec etiam tertium potest dici, quia illa duo instantia discreta sunt, quaelibet autem pars temporis nostri continua est; discreti autem ad continuum nulla est proportio. Ponere igitur tale tempus discretum ficticium videtur, ex quo ei nihil respondere potest a parte temporis nostri. 23

Rursus adest M *inde a* discreta (*l. 152*)

151 mensuratur] mensuretur EP; mensurentur N ‖ instanti] tempore QR 153 ideo tunc] ideo LW; tunc MN 154 mensuraretur] mensuretur PQW (*sed corr.* W); mensuratur EL ‖ angeli] *om.* LW 155 intellectione] intentione BLMNP 156 et[2]] *om.* BM NP 157 duobus] *om.* ELW ‖ mensurabitur] *om.* ELW 159 tempora] *om.* MN 162 quot] sunt *add.* BMNP 163 instantia] omnia P; alia tempora QR (*sed* tempora *del.* Q) ‖ differunt] differrent BMNPQ 166–167 cuiusmodi … discretum] quibus ponis hoc tempus discretum componi BMNP 167 quare … ponitur] igitur etc. LW ‖ ficticium] falsum QR 168–178 item … nostri] *om.* ELW 169 tantum] *om.* QR 170 in] *om.* QR (*sed add. sup. lin.* Q) 171 possit] posset QR 173 sic] tunc QR 178 a] ex QR

[RESPONSIONES AD DUBITATIONES]

24 Ad primum illorum, quod non est simile, quia mensuratum instanti temporis nostri non est nec potest esse manens in se, immo non est nisi fluens in aliud, ut prima mutatio in motum, vel fluxum alterius terminans, ut ultima mutatio terminat motum. Propter quod ibi inter duo mutata esse accepta in actu oportet ponere continuum medium, et similiter in tempore inter duo instantia. Sed mensuratum hoc ab indivisibili potest esse manens in se, et si fluat desinendo esse, non tamen fluit in continuum cuius est principium vel terminus. Unde licet una cogitatio fluat desinendo esse ante aliam, nulla tamen fluit in aliam, sicut principium continui in continuum, nec una terminat aliam, sicut indivisibile continuum praecedens; propter quod nullum continuans omnia cadit inter cogitationes, et ideo nec inter instantia discreta, et ideo manent omnino discreta et constituunt tempus discretum.

25 Ad confirmationem concedo quod unus angelus potest habere unam cogitationem stantem alio angelo habente duas succedentes. Tamen quaelibet cogitatio, sive stet sive transeat, est tota simul et in simplici duratione, sicut esse angeli et aeternitas suo modo. Nec quantum est ex duratione cogitationis in se, est magis vel minus in duratione unius cogitationis quam alterius, sed 'magis' vel 'minus' vel 'duratius' totum intelligitur in comparatione ad tempus currens successive, sicut dicitur Deus magis durasse quam angelus et angelus quam Petrus et una cogitatio quam alia vel quam duae aliae, nulla tamen continuitate seu successione interveniente in mensura unius cogitationis multum stantis magis quam statim transeuntis. Nec etiam intelligitur continuitas inter duas cogitationes tantum durantes sicut una, sicut nec aliqua continuatio cadit in aeternitate, licet complectatur totum tempus et stet cum omnibus partibus eius.

26 Ad secundum concedo illud quod concludit tamquam consequens ad opinionem et ad praecedentia, scilicet quod, quot sunt in quolibet angelo operationes intrinsecae alterius rationis sibi indivisibiliter succedentes, tot sunt tempora discreta.

179 ad] quattuor prima solvuntur ubi fiunt *praem.* EQR (*ante* item, *l. 168* Q); *vide app. crit. ad l. 141* ‖ primum] quintum ER ‖ illorum] istorum QW; dico BMNP; *om.* E 181 motum] motu BMNP 182 duo] instantia *add.* LW (*sed del.* W) 183 medium] motum BMNP 184 fluat] fluit BMNP ‖ desinendo] deficiendo BMP 186 desinendo] deficiendo BMNP ‖ aliam²] alia BLMNP 188 omnia] instantia (*?*) P (*post corr.*); instantia *add.* QR; omnino W 189 nec … ideo²] *om.* (*hom.*) W ‖ inter] QR (*in marg.* Q); *om.* BELMNP ‖ omnino] *in marg.* W; omnia BMNP 191 confirmationem] secundum LQW; sextum ER ‖ unus angelus] *om.* ELQRW 192 stantem] stante BMNP ‖ succedentes] successiones BMNP 193 tota] totum BMNP 195 unius cogitationis] *inv.* BMNP ‖ vel²] et LQW; *om.* M 196 totum] solum LW ‖ ad] totum *add.* ELW ‖ currens successive] *inv.* BMNP 198 alia … quam²] *om.* QR (*exstat ras. duarum litt. in* Q) 200 statim transeuntis] in cogitatione statim transeuntis (transeunte LW) ELQRW ‖ duas] *om.* BMNP 200–201 tantum] tantundem BMNP 203 secundum] tertium LQW; septimum ER 203–204 illud … scilicet] *om.* LW

Et si arguas quod intellectiones superioris angeli et cuiuslibet inferioris re- 27
spectu eiusdem obiecti sunt eiusdem rationis, igitur omnes tales habent eandem mensuram, respondeo quod, etsi sint eiusdem rationis, quia saltem eiusdem generis, et una simplicissima et perfectissima sit mensura omnium intellectionum aliorum angelorum inferiorum, puta intellectio Dei qua supremus angelus intelligit Deum (et sic similiter de volitione respectu aliarum), quia tamen nulla intellectio inferioris angeli dependet ex intellectione superioris nec volitio ex volitione sicut effectus ex causa, ideo mensura intellectionis perfectissimi angeli non est mensura intellectionum aliorum angelorum nec volitio volitionum aliarum, sed quaelibet cogitatio habet propriam mensuram aliam ab intellectione alterius angeli.

Ad tertium, quod verum est quod concluditur, sicut iam dictum est ad se- 28
cundum. Eo enim ipso quod cogitatio et volitio sunt actus diversorum generum proximorum, sicut et ipsae potentiae, non mensurantur eadem mensura. Aliter quod potentia intellectiva in omnibus non est eiusdem rationis, si non sint eiusdem speciei secundum substantiam, et ita nec cogitatio ut elicitur a potentia.

Ad quartum, cum arguitur quod tunc instantia differunt specie sicut cogitatio- 29
nes lapidis et hominis, et ita ex eis non fit una species temporis discreti, dicendum quod argumentum accipit unum dubium tamquam verum, quod non probat, scilicet quod cogitationes unius angeli ab eadem potentia elicitae, respectu tamen obiectorum diversarum rationum, sunt alterius speciei, sicut intellectio lapidis et hominis. Cuius oppositum dicunt multi; de quo alias erit sermo. Sufficit enim secundum multos ad unitatem actus secundum speciem unitas potentiae cum formali unitate obiectiva eadem in diversis obiectis materialibus. Sed concedatur quod cogitationes huiusmodi sunt diversae specie; dico quod instans mensurans intellectionem lapidis et instans mensurans intellectionem hominis, esto quod sint alterius speciei huiusmodi intellectiones, non faciunt unam speciem temporis discreti, sed instans mensurans intellectionem unam unius lapidis et instans mensu-

---

207 intellectiones] intentiones BMN 209 etsi] si BEM; et L 210 una] intellectio *add.* N; intentio *add.* BMP 211 Dei] *om.* ELW 212 sic] *om.* BMNP 213 intellectio] intentio BEMP (*sed corr.* P) ‖ intellectione] intentione BELM 215 intellectionum] intentionum B; *om.* ELNQRW 215–216 volitionum aliarum] volitionis LW 218 tertium] quartum LQW; octavum ER 218–219 secundum] tertium Q; quaestionem ELRW 221 si] sed BMNP ‖ sint] sunt QR; sit BMNP 223 quartum] quintum LQW; nonum ER ‖ tunc] *om.* BEMNP 224 lapidis … hominis] ligni et lapidis hominis QR (*sed* lapidis *del.* Q); hominis et ligni LW; hominis et angeli E 226 elicitae] *post corr.* Q; elicita ER; eliciente BP 227–228 lapidis … hominis] hominis et ligni LW 230 sed concedatur] si (*post corr.*) concedatur Q; sed conceditur BNR; sed si conceditur E; concesso tamen L; *om.* W 232 intellectionem[1]] intentionem BMW ‖ lapidis … hominis] hominis unam unius lapidis W; hominis et lapidis L ‖ instans mensurans] *om.* EQR 233 intellectiones] intentiones BQW 234 sed] sic BMNP; scilicet E 234–235 instans[2] … intellectionem] *om.* W

rans intellectionem alterius lapidis vel eiusdem iterato intellectu faciunt tempus discretum, et sic de instantibus mensurantibus plures intellectiones hominis frequenter intellecti; et eodem modo de volitionibus. Et hoc modo dicerem quod, si essent plures angeli in eadem specie, aeva diversa illorum plurium in eadem specie constituerent unam discretam mensuram in genere quantitatis (quod tamen non posset vere dici tempus discretum, quia non constituitur ex indivisibilibus transeuntibus mensurantibus esse rei transeuntis ut transiens, sed potius diceretur species numeri ex indivisibilibus unitatibus in spiritualibus, sicut Philosophus ponit numerum ex unitatibus incorporalibus; de hoc Henricus 12. *Quodlibeto* q. 8); et tamen non dicerem quod ex aevo angeli unius speciei et ex aevo alterius angeli alterius speciei constituitur aliqua species una in genere quantitatis, quia non sunt eiusdem rationis sicut nec propria mensurata. Sic hic mensurae plurium operationum eiusdem speciei constituunt unum tempus discretum et mensurae operationum alterius speciei non, quia non sunt eiusdem rationis. Totum est consequens ad praedicta et elici potest ex dictis magistri Henrici.

30 Ad quintum, cum quaeritur quid respondeat talibus instantibus ex parte temporis nostri, dicunt aliqui quod nihil, quia discreti ad continuum nulla est proportio. Sed haec responsio non valet, quia minor est proportio aeternitatis ad tempus nostrum quam illius temporis discreti, et tamen hoc non obstante aeternitas habet esse cum instanti temporis nostri et cum tempore nostro. Respondeo igitur aliter ad argumentum et dico quod, licet Deus posset facere creaturam aliquam, quae haberet solum esse in uno instanti indivisibili, post quod statim desineret esse, tamen non posset facere aliquod permanens habere esse tantum in indivisibili instanti, sicut nec aliquod successivum in uno instanti. Nunc autem operatio angeli non statim raptim indivisibiliter transit, immo est permanens. Et ideo tali operationi angeli et per consequens ipsi nunc quod ipsam mensurat correspondet a parte temporis nostri aliqua pars et non unum instans nec duo; et similiter alii operationi sequenti, cum ista transierit, et suum nunc respondet alia pars temporis nostri.

235 intellectionem] intentionem BMQ ‖ intellectu] intellecti ELMPW 235–237 faciunt … intellecti] *om.* L 237 intellecti] intelligentis BMNP ‖ modo[2]] quo *add.* EL QRW ‖ dicerem] diceret ELW 239 constituerent] constituunt BMNPW 240 tempus] *om.* BMNP 241–242 esse … spiritualibus] *om.* E 241 transiens] transientis QR (*corr. ex* transiens Q) 243 12] 11 BMNPQR 244 8] col. 2 20 *add.* QR ‖ alterius] *om.* BMNP 245 speciei] non *add.* BMP 246–248 sicut … rationis] *om.* (*hom.*) E 246 sic] sicut MNW 247 unum tempus] *inv.* BMNP 248 operationum] *om.* LW ‖ non[2] … rationis] *om.* M ‖ rationis] speciei BNP 250–268 ad … valet] *om.* ELW 250 quintum] sextum Q; nonum (*post corr.*) R ‖ respondeat] mensurat BM 257 posset] potest BQR 258 instanti[1]] *om.* QR 259 est] ens *add.* BP 260 correspondet] respondet QR 262 temporis] *om.* BP

242–243 Cf. Arist., *Metaph.* 10, c. 1 (1053a 30); 10, c. 3 (1085b 22) 243–244 Cf. Henr. Gand., *Quodl.* 12, q. 8 (ed. Decorte, 40–46)

Et quando dicis quod discreti ad continuum nulla est proportio, dico quod 31
verum est de discreto indivisibili habentis esse tantum in indivisibili, discreti tamen permanentis ratione suae permanentiae ad continuum bene est proportio. Sic autem est de operatione angeli per comparationem ad tempus nostrum; et ideo non valet.

⌈Ad argumenta principalia⌉

Ad primum in quaestione, cum dicit quod in operatione beatifica concurrit 32
operatio naturalis quae mensuratur aevo, quia tota simul est et stat, igitur quaelibet alia operatio, dico quod, quantum est ex forma, consequentia non valet, et maxime pro illo qui facit argumentum, ut Duns, quia operatio illa est alterius speciei, etiam ut naturalis est, quam intellectio lapidis, quia respectu obiecti alterius speciei secundum te, et tunc non valet 'illa mensuratur aevo, igitur alia alterius rationis, immo quaelibet mensuratur aevo', immo est ad oppositum 'haec operatio mensuratur aevo, igitur alia alterius rationis non mensuratur eadem mensura'.

Tamen aliter dico quod argumentum implicat unum falsum, scilicet quod in 33
operatione beatifica esset duplex operatio, scilicet naturalis et supernaturalis; quod non est verum, immo est una simplex operatio, sive ponitur intellectio sive volitio, et est tota operatio supernaturalis et ratione obiecti supernaturaliter ostensi et ratione potentiae supernaturaliter elevatae. Et ratione utriusque, tam obiecti se praesentantis immutabiliter quam ratione potentiae se immutabiliter convertentis ad obiectum per donum collatum, est actus totus simul et immutabiliter stans, quamvis sit possibilitas absoluta ad corruptionem, sicut est in esse angeli. Et quia ex qualitate mensurati iudicandum est de qualitate mensurae, dico quod propria mensura illius est tota simul stans immutabiliter et non transiens; et ideo potest vere dici aevum, quamvis non sit eiusdem rationis cum aevo, quod est mensura esse angelici, sicut nec aevum exsistentiae angeli et exsistentiae corporis caelestis. Nec tamen valet consequentia 'illa mensuratur aevo, igitur quaelibet

---

267 per comparationem] in comparatione QR 267–268 et … valet] *om.* QR 270 tota] *om.* BMNP 271 operatio] hic *add.* BMNPQ ‖ quod] *post* forma MN; *om.* BP 272 ut Duns] *om.* LW 273 intellectio] intellectus QR ‖ lapidis] *om.* QR (*sed add. in marg.* Q) ‖ respectu … speciei] respectu alterius obiecti specie QR; respectu alterius obiecti E; respectu alterius subiecti L; alterius respectu subiecti W 274 secundum te] *om.* QR 274–276 igitur … aevo] *om.* (*hom.*) W, *sed add. in marg.* immo² … aevo (*ll. 275–276*) 274–275 rationis] speciei B; *om.* MNP 275 quaelibet … immo²] *om.* (*hom.*) L 276 non] *om.* BMNPQR (*sed add. sup. lin.* P) ‖ eadem mensura] aevo LW 277 tamen aliter] *inv.* BMNP ‖ unum] *om.* MN 278 esset] est NW; esse M 281 elevatae] elicitae EL 282 praesentantis] repraesentantis BMNP ‖ ratione] *om.* LW ‖ se²] *om.* BLW 283 obiectum] oppositum LW ‖ donum] domum BNP 285 qualitate²] quantitate MN; ratione LW 286 ideo] *om.* BMNP 289 valet consequentia] sequitur LW

alia operatio angeli', quia non sunt comparabiles operatio pure supernaturalis et aliae naturales transeuntes, sicut nec albedo in colore et in voce.

34 Ad aliud alterius partis: concludit de tempore discreto; vel si de tempore nostro, loquitur de operatione exercita in corpore includente motum vel motum concomitante.

⌈AD ARGUMENTUM OPINIONIS WARE⌉

35 Ad illud opinionis primae, cum dicitur "exsistentia angeli et operatio eius habent similem modum exsistendi", dico quod non, sed exsistentia est naturaliter stans supposita generali influentia, sed operationes de quibus modo est sermo naturaliter transeunt indivisibiliter et totae simul et ideo non habent similem mensuram.

36 Item sunt alterius generis generalissimi.

37 Item ad hoc quod causa et effectus habeant eandem mensuram et uniformem, necesse est quod causa et effectus sint eiusdem generis et quod causa sit mensura in genere aliorum effectuum sicut perfectissima species illius generis. Patet de motu primo respectu aliorum, quod in genere successivorum motuum motus primus et est causa et mensura aliorum motuum; et ideo eadem mensura accidentali, ut tempore, mensurantur, quamvis primus motus primo et per se mensuretur tempore, alii per se, non primo, tempore mensurantur. Sic non est in proposito respectu exsistentiae angeli et operationis, ut patet, immo, quod plus est, si solus modus exsistendi secundum simultatem arguit eandem mensuram exsistentiae angeli et operationis eius, multo magis, cum operatio angeli sit in genere qualitatis (vel saltem sit accidens) et similiter mutatio quae tota est simul, haberent eandem mensuram. Ibi enim est similitudo in modo essendi secundum simultatem et etiam in natura, scilicet accidentis, magis quam inter exsistentiam angeli et operationem eius. Et ita operatio angeli mensuratur instanti temporis, sicut mutatio in motu vel in termino motus; cuius oppositum dicis.

290–291 operatio[2] … transeuntes] operatio supernaturalis et aliae supernaturales transeuntes E; operationes scilicet potentiae supernaturalis et aliae naturales W; operationes naturales et supernaturales L 292 partis] dico quod *add.* BMNP 293 motum[2]] in motu BMNP; motu ER 295 primae] Ware BMNP ‖ eius] *om.* BMNP 296 similem modum] similes modos QR ‖ exsistendi] essendi LW 297 sed operationes] operationes autem BMNP 300 item sunt] sunt etiam LW; item MN 303 aliorum] illorum BMNP 304 primo] *om.* ELQRW 305 motuum] *om.* LW 306 mensurantur] mensurentur P; mensuratur MNR; mensurarum E 306–307 mensuretur tempore] *om.* LW 307 tempore mensurantur] *om.* EMNP 308 et operationis] eius *add.* QR; *om.* LW 308–310 ut … operationis] *om.* (*hom.*) E 308 ut] *om.* BMNP ‖ quod] *om.* BMNP 310 operationis] operationem BMNP 311 et] *om.* QR (*sed add. sup. lin.* Q) 312 ibi] haec BM NP; immo L ‖ est] *om.* EMN ‖ essendi] exsistendi BEL 313 inter] *om.* QR (*sed add. in marg.* Q) 313–314 operationem] comparationem MNP 314 mensuratur] mensuraretur (*post corr.* Q) MNQ; mensuretur BP 315 dicis] tu Duns dicis BMNPQ; dicit Duns R

⌈Quaestio 6:
Per quid angelus est formaliter in loco a parte sui⌉

Sexto quaeritur per quid angelus est formaliter in loco a parte sui. 1

Et quod hoc non sit per eius substantiam probatur primo sic: 2

1. Quia quod competit alicui per substantiam, si substantia se habeat uniformiter, et illud quod sibi per substantiam competit se habebit uniformiter. Cum igitur substantia angeli semper uniformiter se habeat, sequeretur quod angelo semper competeret uniformiter esse in loco; quod non est verum, quia aliquando est in maiori, aliquando in minori loco; quare etc.

2. Item quod competit alicui per suam substantiam, competit ei per se. Haec igitur esset vera per se 'angelus est in loco per se'; quod falsum est; igitur etc. 3

3. Item per illud formaliter competit angelo esse in loco, per quod ordinem habet ad locum; sed hoc non est per suam substantiam, cum eius substantia dicatur ad se; igitur etc. 4

Deest Q *inde a l. 2*

---

1 sexto quaeritur] de loco angeli iam restat quaerere quaeritur (dicitur Q) igitur primo QR; circa distinctionem tertiam de loco angeli iam restat quaerere quaeritur igitur primo E; circa distinctionem tertiam quaeritur de loco angelorum et primo (et primo *om.* L) quaeritur LW 2–127 et … definitive] *om.* EQR, *indicantes*: rationes pro et contra apud quaternum super secundum et ibi (ubi *pro* et ibi E) recitatur opinio (ille recitat opinionem *pro* ibi recitatur opinio R) Thomae cum improbatione secundo opinio (opinionem R) Richardi cum improbatione ideo solvitur quaestio hic infra (solvuntur haec infra quaestio (*del.*) *pro* solvitur … infra Q) argumenta autem principalia (et *add.* E, et opiniones *add. in marg.* Q) solvuntur ubi supra, *sed omnia add. al. m. in folio postea inserto* R, *rationes pro et contra* E 2 quod … sic] primo arguitur quod angelus (*om.* L) non est in loco formaliter (*om.* E) per substantiam sic (suam W) ELW; quod non per essentiam probatur R 3 quia … substantiam] *om.* W ‖ quia quod] quod B; quia MN; quando aliquid EL ‖ substantiam] suam *add.* EL ‖ se habeat] sua sit ELW 4–6 et … loco] et illud quod sic competit ei (convenit ei per substantiam suam *pro* sic competit ei E) competit (convenit ei E) uniformiter si igitur (et … igitur *om.* W) convenit (ei *add.* W) angelo esse in loco per substantiam suam cum eius substantia se habeat uniformiter et angelo (et angelo *om.* E) competit (conveniet E) esse in loco uniformiter (*ante* in W) ELW 5 habeat] habet PR 6 non … verum] est falsum ELW 7 maiori … loco] loco maiori aliquando in minori ELW; maiori loco aliquando in minori R ‖ quare etc.] igitur etc. RW; *om.* EL 8 quod] quando aliquid ELW ‖ suam substantiam] *inv.* EM RW (illud *add.* EW) 8–9 haec … esset] si igitur angelus est in loco per substantiam (essentiam E) suam locus competit ei per se (si … se *om.* W) et per consequens haec est ELW 9 per se[2]] *om.* ELR ‖ quod … est[2]] quod est falsum W; consequens falsum EL ‖ igitur etc.] *om.* ELW 10 formaliter … angelo] competit alicui formaliter ELW 11–12 sed … etc.] sed angelus per substantiam suam non habet ordinem ad locum quia substantia angeli non dicitur nisi ad se igitur etc. LW (per substantiam suam *post* locum L); *om.* E

4. Item si angelo competat esse in loco per suam substantiam, aut igitur in loco divisibili aut indivisibili. Non in loco divisibili, quia eius substantia indivisibilis est; indivisibilis autem ad divisibile nulla est proportio. Nec etiam loco indivisibili, quia talis non habet rationem loci proprie; patet de puncto, qui quia indivisibilis est, nec ideo est locus nec est in loco proprie. Igitur etc.

Contra:

Quando aliquid competit alicui circumscripto omni alio a sua substantia, illud per suam substantiam convenit sibi; sed circumscripto ab angelo omni alio praeter substantiam, adhuc sibi competit esse in loco; igitur hoc sibi competit formaliter per substantiam.

⌈SOLUTIO

OPINIO THOMAE⌉

Ad istam quaestionem dicunt aliqui, sicut Thomas 1. *Scripti* dist. 37 et 2. dist. 8 q. 5 et 1. parte *Summae* q. 52 art. 1, quod ratio quare aliquid est in loco est quantitas. Sed dicunt quod duplex est quantitas, scilicet molis, quae non est in angelo, et per consequens non sibi competit esse in loco per talem quantitatem, sed est alia quantitas virtutis et perfectionis, quae est in angelo. Dicunt tamen quod, quia virtus in angelo non habet ad aliquid ordinem nisi mediante operatione,

Deest Q; *deest* E *inde a l. 23*

13 item … igitur] *om.* E ‖ angelo … substantiam] sic LR 13–14 igitur … indivisibili] competit ei esse in loco indivisibili per substantiam aut divisibili L; per eius substantiam competit sibi esse in loco indivisibili vel divisibili W 14 non … divisibili[3]] non divisibili LW; *om.* E 14–15 quia … est[1]] cum eius substantia sit indivisibilis ELW 15 indivisibilis … proportio] *om.* L ‖ indivisibilis … divisibile] divisibilis autem ad indivisibile R; et divisibilis ad indivisibile W; ad indivisibile E ‖ etiam loco] in loco R; *om.* ELW 15–16 indivisibili] divisibili BMP 16 talis … proprie] locus indivisibilis proprie non est locus ELW 16–17 patet … etc.] sicut punctus quae est indivisibilis proprie non est in loco E; sicut patet quod punctus quia (*post corr.*) est indivisibilis proprie non dicitur esse in loco W; sicut patet de puncto L 18 contra] contrarium arguitur BMNP 19 circumscripto] ab eo *add.* ELW ‖ a … substantia] praeter (per E) substantiam eius EW 20 per … substantiam] *post* sibi ELW 20–22 circumscripto … substantiam] sic est de angelo E 20–21 ab … substantiam] omni etc. L ‖ praeter substantiam] a sua substantia MN 21 adhuc] *om.* LW 21–22 igitur … substantiam] igitur etc. LW 23–127 ad … definitive] *om.* E 23–24 sicut … 1] *om.* LW 24 q. 5] *om.* R 25 molis] mobilis BL MW 25–27 quae … est[2]] et quantitas virtutis sive perfectionis nunc autem in angelo non est quantitas mobilis ideo quantitas mobilis non est in angelo ratio quare sit in loco quantitas autem virtutis et perfectionis bene habet esse W; et virtutis et perfectionis sed in angelo non quantitas mobilis quantitas virtutis bene habet esse L 27–28 dicunt … quod] sed W; et L

23–32 Cf. Th. Aq., *In Sent.* 1, d. 37, q. 3, a. 1 (ed. Mandonnet, 1:868–72); 2, d. 8, q. 1, a. 5 (2:214–17)?; *Summa theol.* I, q. 52, a. 1 (ed. Leonina, 5:100)

ideo formalis ratio et immediata per quam competit angelo esse in loco est eius operatio. Ulterius etiam dicunt quod, quia angelus voluntarie operatur, ideo potest se facere in loco, cum vult in illo loco operari; potest etiam se facere nullibi esse, si nullibi operetur.

1. Declaratur ista opinio primo sic secundum eos, quia quod alicui competat esse in loco, vel hoc est commensurative, sicut quanta sunt in loco per hoc quod totum commensuratur toti loco et pars parti; quod non potest competere angelo, cum non sit quid quantum nec partes extensas habeat. Vel etiam informative, quomodo competit animae esse in loco, quia illud quod informat est in loco; quod etiam non potest competere angelo, cum nullius sit forma. Competit etiam tertio alicui esse in loco, quia est alicuius habentis locum, quomodo punctus, superficies et talia dicuntur esse in loco, quia sunt alicuius, scilicet corporis, cui competit esse in loco; quomodo angelus non potest esse in loco (patet, cum non sit pars neque terminus alicuius corporis). Quarto competit alicui esse in loco per eius operationem. Cum igitur non sint plures modi et angelo competat esse in loco et non aliquo modorum praedictorum, oportet igitur quod hoc conveniat ei ratione suae operationis. 8

Desunt EQ

29 formalis … quam] dicunt ipsi quod ratio immediata qua LW ‖ competit] convenit NPR; contingit M 30 ulterius … dicunt] ulterius dicunt N; et dicunt isti ulterius W; et dicunt isti L ‖ quia … operatur] cum angelus voluntarie operetur LW 31 in[1]] aliquo *add.* LW ‖ loco[1]] ut *add.* LW ‖ loco[2]] *om.* LW ‖ potest etiam] et potest LW 32 nullibi] in loco nullo LW 33 declaratur … eos] probatur illa opinio secundum eos sic R; et declaratur ista opinio sic W; quod declarant sic L 33–45 quia … operationis] quod enim alicui competit esse in loco hoc videtur esse aliquo istorum modorum quia vel competit ei esse in loco commensurative sicut ista quanta habent esse in loco in quo totum locatum commensuratur toti loco et pars locati parti loci vel informative sicut animae competit esse in loco quia corpus quod informat est in loco vel quia est alicuius habentis locum sicut punctus et superficies et huiusmodi dicuntur esse in loco quia sunt in corpore cui competit esse in loco vel competit alicui esse in loco quia operatur in eo et per eius operationem pluribus autem modis ut videtur non potest competere alicui esse in loco sed angelo non potest competere esse in loco commensurative quia non est aliquid quantum habens partes extensas nec informative quia est nullius forma nec quia habet esse in aliquo cui per se competit locus et convenit sibi esse in loco igitur convenit hoc ei quarto modo scilicet per eius opinionem W; quia vel competit ei esse in loco commensurative ut quanta vel quia est alicuius habentis locum ut punctus et superficies qui dicuntur esse in loco quia sunt in illis quibus competit esse in loco vel est in loco quia operatur in loco sed angelo non convenit esse in loco primo modo quia non est quantus habens partes extensas nec informative quia nullius est forma nec tertio modo cum non sit terminus alicuius corporis igitur est in loco quarto modo scilicet per eius operationem L 35 commensuratur] commensuretur PR; mensuratur M

9 2. Item secundo probatur hoc idem, quod scilicet angelo non competat esse in loco per suam substantiam, igitur per operationem, quia quod per suam substantiam est in loco habet situm in loco (patet per Avicennam 2. *Metaphysicae* cap. 3, ubi dicit quod omne illud quod non est situale non habet esse in loco); sed angelus nullum situm habet in loco (per eundem Avicennam ubi supra, qui dicit quod substantiae intellectuales non habent situm nec possunt designari; quod maxime habet intelligi secundum eorum substantiam); non igitur habet esse in loco per suam substantiam. Sequitur igitur quod per operationem.

10 3. Item tertio, quando aliquid tantum competit alicui secundum substantiam, eius oppositum sibi repugnat secundum substantiam. Sed non esse in loco non repugnat angelo secundum substantiam, quia si nullus esset locus, adhuc posset esse angelus secundum substantiam. Non igitur sibi competit esse in loco per suam substantiam.

11 4. Item quarto dicit Boethius *De hebdomadibus* quod communis animi conceptio est incorporalia non esse in loco; quod maxime verum est secundum eorum substantiam.

12 5. Item quinto, quia si sic, tunc si nullus esset locus nisi granum unum milii, sequeretur quod omnes angeli secundum substantiam suam essent in uno grano milii; quod falsum est. Non igitur angelo competit esse in loco per suam substantiam, sed magis per suam operationem.

Desunt EQ

46–50 item … supra] item omne illud quod est in loco secundum (per L) suam substantiam habet situm sed angelus per (secundum L) suam (*om.* L) substantiam non habet situm igitur non competit sibi esse in loco secundum suam substantiam igitur secundum operationem (etc. *pro* non … operationem L) probatio maioris Avicenna 2. Metaphysicae cap. 3 dicit quod omne illud quod non est situale (habet situm *pro* est situale L) non habet locum minor probatur per eundem ibidem LW 46 scilicet] si PR 51 intellectuales] intelligibiles (inte^{les}) LW; situales R 51–52 quod … substantiam] et hoc debet intelligi secundum substantiam suam L; et hoc debet intelligi quod non habent situm secundum eorum substantiam W 52–53 non … operationem] *om.* LW 54 tertio] *om.* LRW ‖ tantum] *om.* LRW ‖ eius] *om.* PR 55 loco] secundum substantiam *add.* BMNPR 56–57 posset … angelus] angelus posset esse LW 57–58 non … substantiam] igitur etc. LW 59 quarto dicit] dicit R; *om.* LW ‖ quod] dicit quod MNP; *om.* LRW 60 quod … est^{2}] et hoc maxime habet intelligi L; hoc autem maxime habet intelligi quod incorporalibus non competit esse in loco W 62 quinto … tunc] si sic L; angelo competit esse in loco secundum substantiam tunc W; *om.* R 63 sequeretur] sequitur LW ‖ secundum … suam] secundum substantiam MN; *om.* LW 64–65 non … operationem] igitur etc. LW

48–49 Cf. Avic., *Prima phil.* 2, c. 3 (ed. Van Riet, 83) 50–51 Cf. ibid. 59–60 Cf. Boeth., *De hebd.* (ed. Peiper, 169; ed. Moreschini, 187; PL 64, 1311)

⌈CONTRA OPINIONEM⌉

Sed contra istam opinionem est articulus excommunicatus per dominum Ste- 13
phanum episcopum Parisiensem, quod angelus sit in loco tantum per operationem. Dicit enim articulus quod dicere angelum esse in loco tantum per eius operationem et nullo modo per eius substantiam error est.

Item per rationem sic: operari praesupponit esse in omnibus in quibus realiter 14
distinguuntur, cuiusmodi est angelus et omnis creatura. Igitur antequam angelus operetur in loco, prius est in loco illo, ita quod non in alio; sed non nisi per suam substantiam; quare etc.

Item si operatio sit ipsi angelo ratio essendi in loco, aut est operatio immanens 15
– quod non est dicendum, cum ipsa sit indivisibilis sicut ipsa substantia angeli, cum etiam ipsa sit ipsi angelo maxime intima, et per consequens non sequitur quod est plus ratio essendi in loco quam substantia eius – aut est operatio transiens – quod non est verum, quia cum Deus habeat operationem circa materiam exteriorem sicut angelus, sequitur quod Deus definitive esset in loco per suam operationem sicut angelus; quod falsum est, igitur etc.

Item secundum istos Deus posset facere unam naturam corpoream sine omni 16
quantitate; et tamen illa natura alicubi esset nec ullam operationem haberet; solum

Desunt EQ

66 opinionem] arguo sic primo quia *add.* LW 66–67 per … Parisiensem] a domino Stephano Parisiensi episcopo LW 68–69 dicit … modo] qui dicit sic qui dicit angelum esse in loco tantum per operationem et nullo modo L; qui dicit sic si quis dicit angelum esse in loco tantum per eius operationem ita quod nullo modo sibi competat esse in loco W 70 per … sic] *om.* LW || operari] operatio LW || omnibus] illis LW 71 distinguuntur] esse et operari *add.* LW 71–73 cuiusmodi … etc.] sicut est in omni creatura cum igitur in angelo esse et operari realiter distinguuntur operari (operatio L) in angelo praesupponit esse igitur antequam angelus operetur in loco erit secundum essentiam (suam *add.* L) praesens illi loco et per consequens in illo priori erit sic in illo loco secundum substantiam quod non erit (erat L) in alio igitur non competit angelo immediate esse in loco per eius (suam L) operationem LW 74 est] *om.* LW 75 quod … dicendum] aut transiens non primum quia operatio immanens LW || ipsa sit] sit ita LW 75–76 indivisibilis … sit] *om.* (*hom.*) B 75 ipsa²] *om.* LW 76–77 cum … eius] et etiam talis operatio sit maxime intima ipsi angelo non magis est operatio immanens ipsi angelo ratio essendi in loco quam eius substantia W; non magis erit operatio talis ratio angelo essendi in loco quam substantia sua L 76 etiam] *om.* R 77–80 aut … etc.] si operatio transiens est (sit L) angelo (ei L) ratio essendi in loco (etc. *pro* essendi in loco L) ut ipse (*om.* L) angelus dicatur esse in loco quia operatur circa materiam (rem L) aliquam exteriorem ita quod talis operatio sit tota et praecisa ratio quare angelus est in loco (ita … loco *om.* L) cum talis operatio possit (posset L) etiam (*om.* L) convenire Deo quia Deus circa materiam extrinsecam aliquam operationem potest habere (quia … habere *om.* L) sequitur quod Deus etiam (*ante* quod L) definitive esset in loco per suam operationem (per suam operationem *om.* L) LW 78 materiam] mensuram MNP 81 item] cum *add.* LW || istos] multos W; alios L || Deus] non *add.* BMNP (*sed del.* P) 82 nec ullam] et nullam LW

68–69 Cf. *Chart. Univ. Par.*, n. 473 (ed. Denifle-Chatelain, 1:554)

igitur tali naturae competeret esse in loco per suam substantiam. Eodem igitur modo, ut videtur, et angelo competit esse in loco secundum eius substantiam.

17 Similiter si Deus faceret materiam sine forma, constat quod nullam haberet operationem, et tamen alicubi esset. Et licet hoc non valeret contra tenentes opinionem, quia ipsi dicerent Deum non facere materiam sine forma, valeret saltem ratio secundum modum communem dicendi, quia communiter dicitur quod Deus posset facere materiam sine forma; quare etc.

⌈OPINIO RICHARDI⌉

18 Alia est opinio Richardi 1. lib. *Scripti* sui dist. 37 q. 5 dicentis angelum praeter omnem operationem quam habet circa locum esse in loco non circumscriptive, cum non sit res corporalis, sed definitive; est enim praesens alicui loco determinato. Et si quaeratur ratio suae applicationis ad locum, dicit quod ratio efficiens applicationis est voluntas angeli imperans et sua potentia exsequens vel potentia Dei, quae est superior causa. Ratio autem finalis huius applicationis est maior unitas universi vel quia quandoque aliquid intendit angelus circa locum operari. Ratio autem formalis illius applicationis non est circumscriptio a loco, cum non sit quid dimensionatum, nec informatio corporis exsistentis in loco, quia angelus nullius corporis est forma, nec terminatio magnitudinis exsistentis in loco, cum angelus nullius magnitudinis sit terminus; sed formalis ratio applicationis angeli ad locum est simultas cum loco vel cum re in loco exsistente. Unde sicut formalis ratio applicationis corporis ad locum est circumscriptio, sic formalis applicatio angeli ad locum est simultas sua cum loco vel cum re exsistente in loco. Haec est opinio fideliter.

⌈CONTRA OPINIONEM⌉

19 Sed contra istam opinionem arguitur sic, quia per istam simultatem aut intelligitur aliquid absolutum aut respectivum. Non absolutum, quia aut esset substantia ipsius angeli aut eius virtus aut eius operatio: non substantia, quia ipsa substantia secundum eos non est ratio ipsi angelo essendi in loco, nec virtus ipsius angeli, quia ipsa virtus angeli non est sibi magis ratio essendi in loco quam eius sub-

Desunt EQ

83–84 eodem … substantiam] *om.* W 84 competit] competet M; competeret N; potest competere L 85–89 similiter … etc.] *om.* LW 85 similiter] item BR 90–104 alia … fideliter] alii dicunt quod nec (nulla L) substantia angeli nec eius operatio (nec operatio angeli *pro* angeli … operatio L) est sibi ratio essendi in loco sed simultas eius cum loco LW 97 illius] istius B; huius MN 98–99 quia … loco] *om.* (*hom.*) PR 100 applicationis] applicandi PR 105 sed] *om.* LRW 107 eius[2]] *om.* LW

90–103 Cf. Rich. de Med., *In Sent.* 1, d. 37, a. 2, q. 1 (ed. Brixiae 1591, 1:326b–327a)

stantia, cum sit aeque indivisibilis sicut ipsa substantia; nec etiam potest intelligi per istam simultatem ipsa operatio, quia quod operatio sit angelo ratio essendi in loco, supra improbatum est. Nec etiam per istam simultatem potest intelligi aliquid respectivum, quia cum omnis respectus sit posterior fundamento, angelus esset prius praesens loco quam haberet istum respectum; non potest igitur talis respectus ipsi angelo esse ratio essendi in loco.

Item illud quod a pari causatur a loco, sicut a locato, non potest esse ipsi locato immediata ratio essendi in loco; talis est ista simultas; igitur etc. 20

Item cum habere simultatem cum loco nihil aliud sit quam angelum definitive esse in loco, dicere quod angelo per simultatem competit esse in loco est dicere quod angelus definitive est in loco, quia est definitive in loco, et ita idem per idem; quod nihil est dictu. 21

Item omne quantum cui convenit esse in loco prius habet illud ratione cuius convenit sibi esse in loco quam habeat simultatem cum loco. Patet quod lapis prius habet illud ratione cuius convenit sibi esse in loco quam sit in loco. Igitur similiter angelus prius habebit illud ratione cuius sibi convenit esse in loco quam habeat simultatem cum loco. Simultas igitur non est sibi immediata ratio essendi in loco definitive. 22

⌈OPINIO PROPRIA⌉

Ad quaestionem igitur dico sic, quod cum in angelo non sit reperire nisi essentiam sive esse actuale angeli, virtutem seu potentiam eius et eius operationem et probatum sit efficaciter quod operatio nec intrinseca nec extrinseca potest esse formale a parte sui quo est in loco – et per eandem rationem nec aliqua passio 23

Rursus adsunt EQ *inde a l. 128*

110 ipsa] eius PR; *om.* L 110–112 etiam … est] operatio quia secundum eos ipsa non est ratio et etiam est superius improbatum (et … improbatum *om.* L) LW 111–112 ipsa … simultatem] *om.* (*hom.*) M 111 ipsa] eius R; *om.* N 114 esset] erit LW ‖ praesens] *om.* BMNP ‖ haberet] habeat LW 114–115 non … esse] igitur talis respectus non est angelo LW 116 a[1]] de LW ‖ sicut a] et LW 116–117 esse … ratio] ipsi locato esse immediata ratio MN; esse ratio immediata ipsi locato LW 117 talis … simultas] sed simultas ista a pari est creata (causata L) a loco sicut a (et *pro* sicut a L) locato LW 119 per simultatem] per talem simultatem *post* loco[2] LW ‖ competit] convenit LW 120 quia … loco[2]] *om.* (*hom.*) W ‖ est definitive] *inv.* BLR ‖ ita] *om.* BR 121 quod … dictu] *om.* LW 123–124 habeat … quam] *om.* (*hom.*) R 123 patet quod] sicut patet quod W; sicut L 124 convenit … sit] est in loco quam sibi competit esse LW 126 simultas igitur] igitur simultas ipsa (illa L) LW ‖ sibi … ratio] ratio immediata ipsi angelo LW 128 ad … dico] ideo ad quaestionem istam dico (*ante* ad L) LW 130 sit] est LW ‖ nec[1]] *om.* LM 131 formale] formalis ratio LW

111–112 Cf. supra, nn. 13–17 128–161 Pendet ex Henr. Gand., *Quodl.* 2, q. 9 (ed. Parisiis 1518, 36A–37E)

recepta in eo a loco, quia pro eodem inconvenienti haberet articulus quod passio esset sibi ratio essendi in loco sicut quod operatio; et similiter rationes quae improbant operationem [non] esse rationem formalem, probant similiter quod nec passio, si ad hoc applicantur –, ideo non restat nisi virtus vel esse ipsius limitatum sive essentia limitata. Sed virtus eius non potest magis esse huiusmodi ratio formalis quam ipsum esse substantiale et actuale limitatum, quia potentia eius non est minoris abstractionis a quantitate actuali quam eius esse sive essentia, cum potentiae sint aeque immateriales sicut esse vel essentia. Ideo ad praesens dico quod ratio formalis essendi angelum cum determinato loco hoc vel illo est esse eius sive essentia limitata, ut ex hoc quod angelus est quid limitatum secundum substantiam et esse exsistentiae, stante ordine universi, qui nunc est, necesse est ipsum esse in aliqua determinata parte universi, non nusquam nec ubique, sicut Deus propter suam illimitationem in essentia et in exsistentia.

24 Sed in creatura intelligitur duplex limitatio, una in natura et essentia, quae finita est et certis terminis contenta, quia quaelibet species creaturae habet definitionem, quae est sermo quidditatis et essentiae eius et dicitur terminus et mensura creaturae et essentiae eius. Unde, qui cognoscit quod quid est de re, eam cognitione sua comprehendit comprehendendo in sua cognitione terminos et limites naturae rei. Solus autem Deus huiusmodi termino et limite naturae caret, et ideo definitionem non habet nec ab aliquo alio a se comprehendi potest secundum Damascenum et alios doctores. Et haec limitatio essentiae et exsistentiae angeli est ratio formalis qua angelus stante ordine universi, qui nunc est, necessario est praesens alicui parti universi huic vel illi; quod est esse in loco definitive. Deus autem, quia huiusmodi limitatione caret, ubique est. Alia potest poni limitatio creaturae accidentalis magis, quae competit rei ratione figurae determinatae et ratione quantitatis molis, ratione cuius res dividit locum et commensurat se loco, ut pars sit cum parte et totum cum toto. Et ratione talis limitationis quantitativae

132–133 quia … operatio] *om.* L 132 articulus] excommunicatus scilicet *add.* QRW 133–134 et … improbant] rationes etiam probantes LW 133 similiter] omnes *add.* QR 134 similiter] etiam LW 135 limitatum] limitati BMN 136 potest … esse] potest esse magis sibi QR; magis potest sibi esse W; magis potest esse sibi L 137 substantiale] formale BMNP 138 minoris] maioris BP ‖ actuali] situali ELQW (*post corr.* Q) 139 ideo … dico] dico igitur ad praesens W; dico igitur L 140 cum] in LMQR 140–141 esse … limitata] eius essentia sive esse eius limitatum BMNP 142 esse exsistentiae] exsistentiam ELW 142–143 qui … universi] *om.* (*hom.*) L 142 est[1]] *om.* QR ‖ est[2]] sit BMNP 143 parte] ipsius *add.* EW 144 in[2]] *om.* BPW 147 et[1]] esse *add.* BMNP 148 quod] *om.* BMNP 148–149 eam … comprehendendo] comprehendit BMNP 149–150 in … rei] *om.* L 150 limite] limitatione LQ (*post corr.* Q); limi[te] ER 151 ab] in BMNP 153 qua] per quam BP; propter quam L; quare QR 154 loco definitive] loco definitione E; definitione BMNP 156 competit] convenit BMNP 157 molis] PQ (*corr. ex* mobilis Q); mobilis *cett.* ‖ commensurat] mensurat BMNP 158 quantitativae] *om.* LW

151–152 Cf. Ioan. Dam., *De fide orth.*, c. 4 (ed. Buytaert, 19–21)

est aliquid in loco circumscriptive, dimensive et commensurative, et hoc per se et primo, sicut quantum et extensum, vel secundario et per aliud, sicut terminus quanti, ut punctus et linea. Et sic esse in loco non convenit angelo (nisi per aliud, et ideo per accidens, scilicet in corpore assumpto), sed solum primo modo. De quo satis pulchre loquitur Hugo *De Sacramentis* lib. 1 parte 3 cap. 18: "sane de spiritu creato hoc commodius dictu et ad intelligentiam hoc accommodatius esse fateamur, ut non solum in loco esse, sed etiam localem esse pronuntiemus sine dubitatione. In loco quidem quoniam hic alicubi praesens esse cernitur, localem vero quoniam, cum sit alicubi, non ubique invenitur. Omne enim quod definitum est secundum aliquid locale est, quoniam in eo ipso quod finem et terminum habet locum habet". Eo igitur ipso quod quid limitatum est angelus secundum essentiam, stante ordine universi alicubi determinate est.

Ulterius autem sciendum quod angelus, etsi sit in loco modo dicto, non est tamen in loco naturaliter nec violenter. Non naturaliter, quia omne tale dependet a loco et conservatur a loco et determinatur ex natura sua ad determinatum locum, sicut terra deorsum, ignis sursum; angelus autem nullum determinatum locum sibi determinat ex natura sua, ita quod naturaliter sit in loco determinato secundum situm, sursum vel deorsum, quia tunc exsistens ibi violenter moveretur ad alium locum et in omni alio loco esset violenter et contra propriam inclinationem; quod non est verum. Non est autem in loco naturaliter, pro eo quod non habet qualitates convenientes cum loco aliquo corporali, ut ideo ratione talis convenientiae in qualitatibus locati et loci locatum in esse dependeat a loco et conservetur; nec habet oppositas qualitates alicui loco, ut ideo sit violenter in loco et citius corrumpatur, sed est in potentia neutra ad locum, sicut superficies ad albedinem et nigredinem. Et ideo, quantum est de possibili, non esset necessarium angelum esse in aliquo loco; potuit enim Deus creasse angelum unum tantum, et tunc, cum

161 et[1]] vel EQR 163 18] dicens *add.* LW; 10 E; 13 BMNP 164 hoc accommodatius] haec autem commodatius BMNP || esse] *om.* LW 165 ut non] *inv.* BMNP || solum … pronuntiemus] *om.* L || etiam] in *add.*, *sed del.* QR; et BMNP || localem] *corr. in* locabilem W; locabile MN; locatum P 166 dubitatione] et *add.* BMNP || quidem] est *add.* EQR (*sed corr. in* esse Q) || hic] hoc MNQR || alicubi] alicui *add. in marg.* Q; aliquibus BEMP; aliqualibus N || praesens esse] praesens esse (*post corr.*) Q; praesens NW; *om.* L || localem] *corr. in* locabilem W; locale LP; locabile MN 167 enim] propter (per E; propter quod *in marg.* Q) hoc adducitur *add.* EQR 167–168 definitum … secundum] definitur BMNP 168 secundum … est[2]] *om.* (*hom.*) E || locale] locabile MW (*corr. ex* locale W) 169 eo igitur] et (*del.*) hoc eo igitur Q; et hoc eo R; hic igitur eo E 170 alicubi] *om.* QR (*sed add. in marg.* Q) 172 in loco] *post* naturaliter[1] BMN; *om.* P || non] *post* naturaliter[2] BMNP; *om.* E 175–176 ex … deorsum] *om.* L 175 ex … determinato] *om.* BMNP 176 sursum] scilicet *add.* BM NP 177 locum] *om.* BMNP 180 locati … loci] loci et locati LQRW || dependeat] dependet ELR 181 loco[2]] illo LW 181–182 corrumpatur] corrumpitur BEMNP 184 potuit] potest LW; ponit E 184–185 cum … nusquam] non fuisset in se ipso localiter fuisset tamen alicubi L

163–169 Hugo de S. Victore, *De sacr.* 1, pars 3, c. 18 (ed. Berndt, 83; PL 176, 224)

non esset in se ipso localiter, fuisset, et tamen nusquam localiter. Et illud idem etiam possibile fuisset de corpore; posset enim Deus destruere omnem creaturam extra se praeter unum lapidem, et tunc esset et tamen nusquam esset. Differret tamen ab angelo in hoc quod natus esset huiusmodi lapis circumscribi a loco et dependere et conservari a loco et determinari ex natura ad determinatum locum naturaliter, et ideo violentum esset sibi esse extra; quae omnia ab angelo removentur. Et ideo angelus magis respicit locum ut mathematicus est quam ut naturalis est, et quod facit eum in loco, facit eum in aliquo determinato loco, quia nullum sibi determinat a natura, quamvis stante universo necessario sit cum hoc vel cum illo indeterminate.

[AD ARGUMENTA OPINIONIS THOMAE]

26 Ad primum opinionis primae Thomae, cum arguitur per divisionem, dico quod maior illa procedit ab insufficienti, quia est dare alium modum quo convenit ipsi angelo esse formaliter in loco, scilicet eius essentiae limitatio, ut supra ostensum est in pede. Et ideo non valet.

27 Ad secundum, quando arguitur quod angelus non habet situm etc., dico quod maior solum habet veritatem in his quae circumscriptive sunt in loco, sicut corpora, non autem definitive, sicut angelus; et sic intelligit Avicenna.

28 Ad tertium, cum arguitur "quod convenit alicui secundum suam substantiam, eius oppositum sibi repugnat", dico quod verum est, quando de necessitate na-

Desunt EQ *inde a l. 195*

185 nusquam] numquam EMNW 186 etiam] est BM; *om.* QR ‖ possibile] impossibile MN (*corr. ex* possibile N); *om.* L 188 huiusmodi lapis] *ante* natus LW ‖ a] *om.* BM NP 189 natura] sua *add.* ELW 191 mathematicus] metaphysicus BP 194 cum] *om.* ELQR 195–250 ad … obiecta] hoc viso ad rationes principales et opiones respondeas sicut ubi fiunt E; hoc viso ad primum principale sicut in alio quaterno QR (*sed* ad … obiecta *add. al. m. in folio postea inserto* R). *Vide app. crit. ad l. 2* 195–215 ad … competit] *post l. 249* LW 195 primum … primae] primam opinionem primae B; primum opinionis L; primum pro opinione RW 195–198 cum … valet] dico quod illa (*om.* L) divisio est insufficiens quia est dare alium modum quo convenit angelo (angelum W) esse in loco qui (quae L) est eius essentiae limitatio ideo ratio non valet LW 199–201 quod[1] … Avicenna] id (sic L) quod est in loco habet situm verum est quod circumscriptive est in loco et non tantum (*om.* L) definitive et sic intelligit Avicenna quando dicit quod substantiae intelligibiles non habent situm LW 202–207 ad … repugnat] ad aliud dico quod verum est quod quando (*om.* L) aliquid convenit alicui secundum substantiam de necessitate quod (de necessitate quod *om.* L) eius oppositum sibi (ei L) repugnat et quando dicitur quod non esse in loco non repugnat angelo quia si non esset locus (loco non exsistente *pro* si … locus L) adhuc (*om.* L) posset (potest L) esse angelus concedo et ideo esse in loco secundum substantiam (secundum substantiam *om.* L) non convenit sibi de necessitate quia sic posset esse si locus non esset (quia … esset *om.* L) tamen dico quod stante ordine universi ut nunc est repugnat sibi non esse in loco LW

196–198 Cf. supra, nn. 23–24

turae sibi competit. Nunc autem, etsi non repugnet angelo non esse in loco de necessitate naturae, quia posset esse, etiam si locus non esset, repugnat tamen sibi ut nunc; et ideo dico quod stante ordine universi, qui nunc est, non esse in loco sibi repugnat.

Ad quartum de Boethio dico quod verum est: circumscriptive non competit incorporalibus esse in loco; et sic intelligit. Quin tamen hoc eis competit definitive, non dicit, immo sic competit eis. 29

Ad quintum dico quod secundum praedicta nihil concludit, quia non dico quod angelo simpliciter secundum substantiam competat esse in loco, sed stante ordine universi, qui modo est. Nunc autem, si non esset nisi unum granum milii, non staret ordo universi, qui nunc est, et tunc non competeret angelo esse in loco secundum substantiam, sicut modo competit. 30

⌈AD ARGUMENTA PRINCIPALIA⌉

Ad primum principale respondeo secundum propriam imaginationem quod, sicut ex perfectione Dei hoc accidit, quod si essent loca, quod non posset se facere Deus cum aliquibus et cum aliquibus non, quia hoc suae perfectioni repugnaret, sic dico de loco angeli, qui ei competit secundum suam substantiam formaliter, quod cum habeat locum suae substantiae aequalem et uniformem, non est in potestate sua facere se aliquando in maiori, aliquando in minori, sicut testudo 31

Desunt EQ

204 competit] convenit MR 206 nunc[2]] modo BPR 208–210 ad … eis] ad Boethium dico quod verum est circumscriptive non tamen (*om.* L) definitive LW 208 competit] convenit NPR 209 competit] convenit MN 210 competit] convenit NPR 211–215 ad … competit] ad ultimum dico quod si non esset nisi unum granum milii non sequitur quod omnes angeli (*om.* L) essent in eo (illo L) secundum substantiam quia ad exsistentiam loci simpliciter (sui L) non sequitur angelum esse in loco secundum substantiam sed ad exsistentiam loci secundum ordinem universi qui nunc est sequitur angelum esse in loco secundum substantiam suam (*om.* L) si autem esset tantum unum granum milii non esset idem ordo universi qui nunc est (ideo etc. *add.* W) LW 213 universi] *om.* MN 214 nunc] modo BPR 215 competit] convenit MN 216–227 ad … loco] ad primum igitur (*om.* L) principale (*om.* L) dico quod sicut ex perfectione hoc accidit quod si essent infinita loca Deus esset cum infinitis locis nec posset Deus facere quin esset cum infinitis locis quia hoc suae perfectioni repugnaret nec esset in eius potestate facere se cum aliquibus locis (*om.* L) et aliquibus non sic dico de loco angeli quod convenit ei secundum substantiam suam et dico quod de perfectione accidentali (angeli L) est quod habeat locum suae substantiae aequalem et uniformem et dico quod in potestate angeli non est (non est *ante* in L) facere se modo in loco maiori et (*om.* L) modo in minori ita quod aliquando contrahit se et aliquando dilatat se sicut testudo retrahens cornua sua (ita … sua *om.* L) ad formam igitur dico sic quando dicitur de (si L) angelo convenit esse in loco secundum substantiam cum substantia eius semper uniformiter se habeat quod (semper L) angelus erit (esset L) uniformiter in loco concedo unde dico quod angelus potest operari aliquando (*om.* L) in loco magis propinquo et aliquando magis remoto et tamen secundum substantiam suam (*om.* L) est semper uniformiter in loco LW 221 testudo] resti[do] BP; *om.* R

constringendo se et dilatando, sicut conchylia, quando cancer proicit lapidem. Unde concedo rationem. Sed quando dicis quod semper angelus est in loco sibi aequali et uniformi, concedo quod ratione substantiae suae semper uniformiter est in loco, dico tamen cum hoc quod angelus per suam operationem potest bene operari in loco sibi magis propinquo, aliquando magis remoto; cum hoc tamen stat quod semper secundum substantiam suam semper est uniformiter in loco.

32 Ad secundum, quando dicitur quod tunc conveniret angelo esse in loco per se, dico quod haec propositio, si vera sit, debet intelligi, quando aliquid convenit ei informative et intrinsece, non autem, si conveniat ei extrinsece, cuiusmodi est esse in loco. Et ideo, licet conveniat ei esse in loco secundum substantiam, non tamen per se.

33 Vel aliter potest dici quod illa propositio habet veritatem, si illud quod competit ei secundum substantiam conveniat ei actu, non autem, si conveniat ei solum in potentia. Nunc autem, licet conveniat angelo per suam substantiam esse in loco, hoc tamen non convenit sibi actualiter, sed tantum in potentia; et ideo non valet.

34 Ad tertium dico quod, licet angelus per suam substantiam, ut substantia est, non habeat ordinem ad locum, tamen per suam substantiam, ut limitata est, habet ordinem ad locum, et ita per idem habet ordinem ad locum et est formaliter in loco, scilicet per substantiam ut limitata est.

Desunt EQ

---

226 tamen] *om.* PR 227 semper[2]] *om.* PR 228–232 ad … se] ad aliud quando dicitur sic (*om.* L) quando aliquid convenit alicui secundum substantiam (suam *add.* L) convenit ei per se dico quod haec propositio si vera sit debet sic intelligi quod quando aliquid convenit alicui secundum substantiam illud convenit ei per se verum est si conveniat ei informative et intrinsece non autem (*om.* L) si conveniat (*om.* L) ei (*om.* L) extrinsece nunc autem sic est quod (autem … quod *om.* L) esse in loco convenit angelo extrinsece et ideo licet ei (*post* substantiam L) conveniat secundum substantiam suam (*om.* L) non tamen (*post* se L) convenit (*om.* L) ei (*om.* L) per se LW 228 conveniret] competeret BR 229 convenit] competit BR 233–236 vel … valet] aliter potest dici sic quando aliquid convenit alicui secundum substantiam si illud conveniat sibi actu verum est quod conveniat (convenit L) ei (sibi L) per se sed si illud (*om.* L) non convenit (conveniat L) sibi (ei L) actu sed tantum in potentia non oportet sed esse in loco non convenit angelo actu sed tantum in potentia et per accidens et ideo non oportet quod conveniat ei per se (sed esse … se *om.* L) LW 235 per … loco] esse in loco secundum substantiam suam P; esse secundum substantiam R 236 convenit] competit BM ‖ sibi] ei MPR ‖ et … valet] *om.* R 237–240 ad … est] ad aliud quando quaeritur (arguitur L) quod per illud est aliquid in loco per quod habet ordinem ad locum etc. (*om.* L) dico quod licet angelus per substantiam ut (secundum quod L) substantia est non habet (habeat L) ordinem ad locum tamen dico (*om.* L) quod (*om.* L) angelus (*om.* L) per substantiam ut limitata sit (est L) habet ordinem ad locum et similiter angelo per substantiam limitatam convenit esse in loco (et … loco *om.* L) ita quod (unde *pro* ita quod L) verum est (*om.* L) quod per idem habet angelus (*om.* L) ordinem ad locum et esse (est L) in loco LW

Ad quartum dico quod ratione suae substantiae sibi convenit esse in loco divisibili. Et quando probas quod non, quia indivisibilis ad divisibile nulla est proportio, respondeo quod indivisibile dicitur dupliciter: uno modo mole et virtute, alio modo indivisibile mole, virtute tamen divisibile. Nunc autem angelus, etsi sit mole indivisibilis, virtute tamen et perfectione divisibilis est; et ideo ratione suae virtutis et perfectionis bene sibi convenit locus divisibilis, quamvis indivisibili totaliter mole et virtute non competat locus, ut procedit argumentum. Unde dico quod angelus ratione suae limitationis totus est in toto loco et totus in qualibet parte eius. 35

Et sic patet ad omnia obiecta. 36

Desunt EQ

241–249 ad … eius] *ante l. 237* L 241–247 ad … argumentum] ad aliud quando arguitur (quaeritur W) quod aut esset in loco divisibili etc. dico quod in loco divisibili (dico … divisibili *om.* W) et quando probas quod non quod (quia W) substantia angeli est indivisibilis et non erit proportio indivisibilis (et … indivisibilis *om. hom.* W) ad divisibile dico quod aliquid dicitur indivisibile dupliciter uno modo (dicitur aliquid indivisibile *add.* W) mole (mobile W) alio modo (dicitur aliquid indivisibile *add.* W) mole (mobile W) et virtute dico igitur quod indivisibile et (*om.* W) mole (mobile W) et virtute ad divisibile nulla est proportio tamen (sed W) indivisibilis mole (mobilis W) et divisibilis virtute ad divisibile est proportio unde licet substantia angeli sit indivisibilis mole (mobile W) est tamen divisibile (divisibilis W) virtute et perfectione et ideo (in W) ratione perfectionis suae et virtutis convenit (competit W) sibi locus divisibilis LW 241 convenit] competit BR 244 indivisibile … divisibile^{2}] indivisibile mole virtute tamen indivisibile N; mole et virtute indivisibile tamen divisibile M 250 et … obiecta] *om.* L ‖ omnia] *om.* RW

⌈Quaestio 7:
Utrum angelus possit se movere de loco ad locum⌉

1 Septimo quaeritur utrum angelus possit se movere de loco ad locum.

2 Quod non:

1. Nullum indivisibile potentia et actu est capax quantitatis continuae. Sed secundum se angelus est indivisibilis tam secundum essentiam quam secundum exsistentiam; motus autem localis est quantus et divisibilis. Igitur angelus non potest esse subiectum motus et per consequens non potest se movere localiter.

3 Confirmatur ratio, quia non capit quantitatem permanentem, igitur nec successivam. Consequentia patet ratione repugnantiae divisibilis et extensi ad indivisibile actu et potentia, cuiusmodi est angelus.

4 2. Item angelus, cum sit simplex natura, si moveat se, movet se toto et se toto movetur; et ita cum movens sit in actu et motum in potentia, se toto esset simul in actu et potentia; quod includit contradictionem.

5 3. Item qua ratione angelus posset se movere de loco ad locum, posset grave exsistens sursum sibi derelictum movere se deorsum. Consequens falsum, igitur antecedens. Falsitas consequentis patet per Philosophum 8. *Physicorum*, qui dicit grave moveri a generante. Consequentia patet, cum angelus sit simplicior gravi, in quo minus potest distingui movens et motum quam in gravi, cum sit compositum magis; et ideo si angelus posset movere se et in ipso distinguitur movens et motum, multo fortius grave posset se movere.

6 Contra:

Ex Scriptura habemus in multis locis quod angelus movetur. Aut igitur a Deo aut a corpore aut a se. Non semper a Deo immediate. Patet de angelo malo qui movetur ad temptandum homines; Deus autem neminem temptat. Nec a corpore, quia omne corpus movet vel naturaliter vel violenter, angelus neque sic neque

1 septimo quaeritur] secundo quaeritur W; *om.* ELQR ‖ possit] posset EPQ 3–4 secundum … angelus] angelus secundum se QRW; angelus L 4–5 tam … exsistentiam] potentia et actu L 4 secundum[2]] *om.* BP 5 est] *om.* BMNP 7 quia] nam MN; angelus QR; *om.* BP 7–8 successivam] successionem MNP 10 si … se[1]] *om.* BMNP ‖ movet] moveret QR ‖ se[2]] *rep.* QR; a *add.* MN 11 movetur] moveretur QR 11–12 cum … potentia] se toto erit in actu quia movens et se toto in potentia quia movetur L 12 in] *om.* BMNP 14 exsistens sursum] *om.* LW 14–15 igitur] et *add.* BMNP 16 grave moveri] *post corr.* Q; grave movere E; grave movetur R; quod grave movetur LW ‖ simplicior] simplicius ELQW 18 posset] possit BNQR; potest LMW 21 ex … locis] in Sacra Scriptura frequenter legitur W; frequenter habetur in Sacra Scriptura L 24 omne] *post* corpus EQR; *om.* BMNP ‖ movet] *fort.* E; movetur LW 24–25 neque[1] … sic[1]] autem neutro modo LW

15–16 Cf. Arist., *Phys.* 8, c. 4 (256a 1)

sic. Item movens est nobilius moto, non sic autem corpus spiritu angelico. Igitur angelus movet se.

Item Damascenus lib. 1, cap. 13 dicit: "angelus velocitate naturae et quia parate, id est cito, transit, operatur in diversis locis". 7

⌈SOLUTIO⌉

In illa quaestione sic procedo: intendo primo declarare quod angelus est mobilis de loco ad locum modo quo sibi convenit esse in loco, secundo quod sit mobilis a se, tertio quomodo movetur, an subito vel successive. 8

⌈Articulus 1: ANGELUS EST MOBILIS DE LOCO AD LOCUM⌉

Quantum ad primum articulum procedo sic: sicut habetur in praecedenti quaestione de loco angeli, angelus est in loco secundum substantiam suam ut limitata est, sed non sic, ut determinet sibi aliquem locum determinatum, sed indeterminate est in loco hoc vel illo. Non enim est naturaliter in loco, ut habeat naturalem colligantiam et dependentiam a loco corporali; tunc enim violenter esset, ubicumque esset extra locum illum. Nec est violenter in loco propter rationem supra dictam, sed in potentia neutra ad locum hunc vel illum indeterminate. Tunc sic: quandocumque aliquid est receptivum formarum alicuius generis et non determinatur necessario ex se ad aliquam unam earum determinatam nec simul ad omnes, potest successive habere unam illarum post aliam. Patet exemplum de superficie respectu specierum coloris secundum eandem partem superficiei, quod est receptiva cuiuslibet formae de genere coloris nec determinatur necessario ex se ad unam formam nec simul ad omnes; ideo potest successive recipere quamlibet. 9

25–26 item … se] *om.* E 25 est nobilius] *inv.* BMNP ‖ autem] *om.* BMNP ‖ spiritu angelico] *inv.* BMNPW 26 angelus] *post* se BMNP 27 13] 14 BMNP ‖ dicit] quod *add.* QR; *om.* LW ‖ angelus] quia *add.* ELW 27–28 quia … est] *om.* LW 28 transit] et *add. sup. lin.* P; id est *add.* QR (*sed del.* Q) 29 in … quaestione] in ista quaestione BNP; ad istam quaestionem M ‖ sic procedo] sic procedam (*post corr.*) Q; sic procedendo EM; scilicet R; *om.* LW ‖ intendo … declarare] primo declarabo LW ‖ est] sit BMNP 32–33 habetur … quaestione] habetur ex praecedenti quaestione EQ; ex quaestione praecedenti habetur R; habetur in quaestione immediate praecedenti W; patet ex quaestione immediate praecedenti L 33 de … angeli] *om.* LRW 35 est[1] … illo] *om.* L ‖ hoc … illo] *om.* BMNP ‖ non … habeat] nec habet L ‖ naturaliter … loco[2]] in loco BMP; *om.* N 38 sed] est *add.* ELW 40 determinatam] determinate LW 41–44 habere … successive] *om.* (*hom.*) B 43 necessario] *post* se LQR ‖ ex se] *om.* E

27–28 Ioan. Dam., *De fide orth.*, c. 13 (ed. Buytaert, 58) 32–35 Cf. supra, d. 2, q. 6, nn. 23–25

Sed sic se habet angelus respectu formarum de genere ubi, quod est receptivus formarum illius generis et non determinatur ad aliquam unam determinatam (patet supra) nec simul ad omnes, quia non est illimitatus ut Deus, ut sit in omnibus ubi simul. Igitur exsistens in uno ubi est mobilis, quantum est de se, ad aliud ubi, et sic est mobilis de loco ad locum.

10 Item eiusdem rationis vel maioris est angelum posse moveri de loco ad locum et animam separatam a corpore, cum angelus sit perfectum suppositum, quod non convenit animae separatae; sed necesse est dicere quod anima separata possit moveri, cum sit articulus fidei quod anima Christi descendit ad inferos et multae aliae animae exutae moventur ad caelum vel infernum; igitur necesse est dicere quod angelus possit moveri de loco ad locum.

11 Et sic patet articulus primus.

⌈Articulus 2: ANGELUS EST MOBILIS A SE⌉

12 De secundo articulo videtur quod sequitur ex primo, quia ex quo angelus potest moveri de loco ad locum, ut probatum est articulo primo, et non determinatur ex se ad aliquem determinatum locum, ut patet ex praecedenti quaestione, multum esset vilificare naturam tam nobilem quam habet angelus dicere quod angelus exsistens in aliquo loco determinato, puta hic in angulo domus, quod ipse stante generali influentia non possit propria virtute et de se facere se in alio loco, ex quo possibilitatem habet in se ut sit in alio, sed necessitate naturae semper de se ibi maneret. Nullo modo hoc dicam.

13 Item ex quo nobilitatis est quod aliquid moveat se ad effectum accidentalem quem potest capere, quamvis imperfectionis sit aliqualis quod patiatur et recipiat perfectionem qua caret, et datum sit creaturae inferiori secundum praecisam naturam suam ut animali quod possit se facere de loco ad locum, multo fortius hoc

46–47 patet supra] *om.* ELW 47 ut[2]] sic *add.* BMNP 52–53 necesse … Christi] anima separata secundum fidem potest moveri anima enim Christi secundum fidem E ‖ quod … possit] animam separatam posse BMNP 53 anima Christi] Christus secundum animam BMNP 53–54 et … infernum] *om.* L 54 vel] ad *add.* BQR 54–55 necesse … locum] etc. E 55 quod … possit] quod angelus posset W; quod angelus potest L; angelum posse BMNP 56 et … primus] *om.* LW 58 ut … est] ex LW 59 ut patet] *om.* LW 60 quam … angelus[1]] *om.* L ‖ quam] qualem MNP 61–62 aliquo … se[1]] hac parte domus non possit (posset L) stante generali influentia Dei propria virtute LW 61 hic in] in hoc QR; in N 63 in[1]] de BMNP; ex L 63–64 sed … dicam] *om.* L ‖ necessitate … maneret] semper necessitate naturae de se immaneret W 64 ibi] *ante* semper (*l. 63*) BMNP ‖ hoc] haec BMN 66 aliqualis] aliqualiter QR 68 possit … facere] potest se movere (se *add.* L) LW 68–70 hoc … locum] angelus ex natura sua potest se movere etc. L

45–47 Cf. supra, d. 2, q. 6, n. 25 57–58 Cf. supra, nn. 9–10 58–59 Cf. supra, d. 2, q. 6, n. 25

est concessum naturaliter ipsi angelo, quod ipse ex natura sua praecise possit se facere de loco ad locum. Unde si nulla esset ratio nisi quod non debemus vilificare tam nobilem naturam, ut tactum est, dico et concedo quod angelus se movet ratione suae potentiae activae motivae et movetur ratione qua subiective est in potentia ad motum.

Item omne quod habet in se virtutem motivam alicuius, praesente mobili et amoto impedimento potest ipsum actu movere; tale est angelus respectu sui (patet) etc.

⌈Articulus 3:
QUOMODO ANGELUS MOVEATUR
RATIO HENRICI⌉

Quantum ad tertium articulum videtur per rationem quod angelus non possit continue moveri, maxime si ponatur in loco praeter operationem divisibilem circa locum quem debet transire, quia cum aliquod mobile transit de extremo in extremum distans, necesse est ipsum prius esse in medio quam in extremo. Aliter non servaret ordinem loci et universi nec ordo universi esset sibi ordo, quia exsistens tunc in caelo subito posset esse in terra et e converso, quia nullus locus ab eo distaret, ut prius oporteret ipsum esse in medio quam in extremo; quod non est verum respectu alicuius virtutis limitatae circumscripto miraculo. Et cum angelus secundum substantiam circumscripta operatione sit impartibilis et indivisibilis et simplicior puncto, oportet eum omnia sibi aequalia inventa in medio inter loca extrema, quorum unum est extra alterum, transire unum post alterum, antequam deveniat ab extremo in extremum. Cum igitur sibi aequalia sint indivisibilia et illa sunt infinita in quolibet continuo (etiam in minimo), igitur non potest pertransire nisi accipiendo indivisibile spatii post indivisibile actu, et ita indivisibiliter dimittere unum indivisibile post aliud actu signatum. Sic autem moveri non est continue moveri. Quare angelus, si sit in loco solum per

69 praecise] *om.* BMNP 70 nulla] non BMNP 71 ut … est] *om.* LW ‖ dico … concedo] dico et teneo BNP; dico et tene M; concedo L 72 suae] *om.* BMNP 75 amoto impedimento] motivo non impedito BMNP 75–76 patet] igitur LW 77–78 possit] potest LW; posset E 78 ponatur] ponitur EQRW ‖ praeter] propter QR (*corr. ex* praeter Q) ‖ divisibilem] *post corr.* Q; indivisibilem R; debilem E; *om.* LW 79 transit] transeat QR 83 ut] nec BNP; nisi M 84 est verum] videtur verum esse BMNP ‖ limitatae] de se *add.* BMNP 85 cum] tamen R; *om.* ELW 86 et[2]] *om.* EQRW 87 alterum] alium P; aliud LW 88 in] ad LPW 88–89 sibi … indivisibilia] aequalia sibi indivisibilia sint BP; aequalia sibi sint indivisibilia M; aequalia sint sibi indivisibilia N 89 etiam … minimo] etiam minimo RW; *om.* L 90 pertransire] spatium *add.* EW; transire BL MNP (spatium *add.* L) ‖ spatii] separatim BMNP

77–101 Cf. Henr. Gand., *Quodl.* 4, q. 17 (ed. Wilson-Etzkorn, 309–10)

substantiam, non potest continue moveri, immo, quod plus est, non posset de uno extremo in aliud venire propter indivisibilia infinita in spatio, quae necesse est ipsum actu signare; quae non possunt pertransiri. Et ita nec potest continue moveri nec moveri de loco ad locum distantem per medium.

16 Et dicunt isti quod, quamvis non videant solutionem huius argumenti, non tamen propter illud volunt negare angelum in loco esse per substantiam circumscripta operatione, ne incidant in articulum condemnatum superius recitatum. Nec volunt asserere angelum non posse moveri de loco uno ad locum alium distantem posito quod non operetur in loco, ut sic applicet se loco divisibili.

⌈CONTRA RATIONEM⌉

17 Sed certe illa ratio multipliciter deficit: primo quia supponit angelum habere indivisibilitatem punctalem et ita coartari et limitari ad locum indivisibilem indivisibilitate punctali. Quod falsum est; nam video quod natura imperfectior et inferior, ut anima intellectiva, habet ex se et natura sua quandam illimitationem circumscripta operatione, qua ipsa tota indivisa secundum essentiam suam immediate est in toto corpore tota et tota in qualibet parte; igitur eadem ratione angelus potest exhibere praesentiam suam totam alicui divisibili toti, ut non sit necesse quod semper sit in loco punctali.

18 Nec valet dicere quod non est simile, quia anima est forma corporis, non sic est angelus forma loci; verum est, in hoc dissimile est, sed nihil ad propositum, quia certum est quod ex hoc quod anima intellectiva est pars essentialis rei et ex hoc habens imperfectionem, ita quod non est aliquod totum perfectum in actu, non habet condicionem quae est simpliciter perfectionis, cum imperfectio non sit causa perfectionis simpliciter; sed habere illimitationem talem, ut possit esse cum alio divisibili sine sua divisibilitate, est perfectionis simpliciter, quia et Deo convenit summe; igitur non convenit sibi, quia est pars rei, sed magis

93 non²] numquam LW 95 ipsum] in *add.* QR ‖ ita] est quod *add.* QR (*sed del.* Q) ‖ nec] non LMQW 97 isti] aliqui BMNP ‖ huius] istius EMNP; illius B 98 propter illud] propter hoc PW; *om.* L ‖ substantiam] essentiam QR 99 condemnatum … recitatum] superius condemnatum recitatum EQR; condemnatum L 102 illa] ista EPQW 104 punctali] puncti BEMNP ‖ nam … quod²] quia LW 104–105 imperfectior … inferior] inferior et imperfectior LW 105 et²] ex *add.* ELW 106 circumscripta operatione] circumscripta omni operatione QR; omni operatione circumscripta LW 107 tota¹] *om.* QRW 108 alicui … toti] alicui toto divisibili L; alicui toto indivisibili EW; toti alicui loco divisibili N; toti alicui loco indivisibili BMP (*sed* indivisibili *corr. in* divisibili P) 108–109 ut … necesse] et non oportet LW 110 quia] quod EMRW (*sed corr.* W*?*) 110–111 non² … angelus] angelus autem non est LW 110 non²] nec BMNP 111–112 propositum] b ELQRW 112 quod¹] *om.* QR ‖ ex … quod²] *post* intellectiva LW 113 ita quod] quod EM; quia BNP ‖ totum] *om.* LW 114 non] nec R; ideo BMNP ‖ perfectionis] *post corr.* Q; imperfectionis BR 116 alio] loco *add.* QR 117 convenit²] competit BMNP

99 Cf. supra, d. 2, q. 6, n. 13

ratione naturae spiritualis quam importat. Cum igitur angelus sit ita spiritualis, immo spiritualior, quia non est unibilis alicui materiali, ut forma, et hoc quia est ens completum secundum se in esse suppositi creati perfecti, sequitur quod sibi multo magis convenit illimitatio talis qua potest esse secundum essentiam suam totam praesens alicui loco divisibili et ipsum divisibiliter dimittere et alteri loco continue et divisibiliter applicare; et ideo potest se continue movere.

⌈AD ARGUMENTA PRINCIPALIA⌉

Ad primum argumentum principale, cum arguitur quod nihil indivisibile est 19
capax quantitatis continuae, verum est de eo quod est indivisibile actu et potentia, et de quantitate continua permanente, cuius est habere plures partes simul in actu; de quantitate tamen continua successiva, cuius non est habere actu plures partes simul, cuiusmodi est motus localis, non est verum.

Ad confirmationem, quod non est simile de quantitate permanente et succes- 20
siva, cuius nihil instat nisi aliquid indivisibile, sicut nunc temporis (dico actu).

Ad secundum: quod aliquod totum, ut est in actu virtualiter, moveat se totum, 21
ut est in potentia formaliter, non est inconveniens, quia actus et potentia non insunt eidem secundum idem. Ex quo enim actus virtualis non repugnat potentiae in eodem nisi ratione negationis vel privationis inclusae in potentia, non autem ratione illius quod positivum est in potentia (aliter numquam actus et potentia compaterentur se in eodem nec fieret unum compositum ex eis), et actus virtualis stat cum negatione actus formalis, scilicet in angelo, priusquam moveat se, sequitur multo fortius quod stat in eodem cum potentia ad actum formalem. Idem igitur sine aliqua repugnantia potest esse in actu virtualiter et in potentia formaliter, nisi aliunde sibi repugnet quam ex actu et potentia.

Item idem angelus secundum se totum est in actu virtualiter, ut moveat aliud, 22
et in potentia formaliter, ut moveatur ab alio; et quia hoc est respectu diversorum,

---

120–121 sibi … magis] sibi multo fortius QR; multo fortius sibi LW 123 et[2]] *om.* BMNP 126 et] ita *add.* QR (*sed del.* Q); ita est *add.* EW 126–128 in … simul] *om.* (*hom.*) E 127 de … tamen] de quantitate autem RW; sed de quantitate L; de quantitate B; sed (*post corr.*) de quantitate autem Q ‖ cuius … habere] cuius non (*sup. lin.*) est habere Q; cuius est non habere MNP; cuius habere non est B; quae non habet L ‖ actu] *om.* BP 130 instat] actu *add.* EW; in actu *add.* L ‖ sicut … actu] sed non est sic (*ante* non Q) de quantitate permanente *add.* EQ; cuiusmodi est motus et tempus sed non sic de quantitate permanente cuius nihil instat actu nisi aliquod divisibile *add.* R; cuiusmodi est motus et tempus sed non est sic de quantitate permanente W; cuiusmodi est motus vel tempus L 131 secundum] dico *add.* LQRW ‖ est] virtualiter *add.* BMP 132–133 insunt eidem] insint eidem MN; sunt eiusdem ELQW 133 actus virtualis] virtus actualis MN 135–136 numquam … potentia] potentia et actus numquam (non L) LW 139 aliqua] alia *add.* EQW 140 sibi] hoc *praem.* W, *add.* L; sic QR ‖ repugnet] repugnat ER; repugnaret M; repugnantia (*post corr.*) Q 141 idem] *post* angelus EQR; *post* se W; *om.* LP

nulla est contradictio. Igitur cum hoc sit respectu diversorum, sequitur quod nulla est contradictio.

23 Sed contra: tunc idem movet se primo et movetur a se primo, secundum quod li 'primo' opponitur ei quod est secundum partem. Respondeo quod non sequitur, quia, sicut ex dist. 8 1. lib., ubi quaeritur de simplicitate cuiuslibet rei per se exsistentis in genere, patet, nulla est res in genere quin incidat in compositionem ex formali actuali et potentiali proprio, quamvis non semper distinguuntur secundum essentiam sicut forma et materia; et tunc totus angelus ratione sui formalis actualis movet se et ratione sui potentialis totus movetur, et ita illud ratione cuius movet et movetur distinguuntur in eo secundum definitionem et formalem rationem, quamvis non secundum subiectum et essentiam diversam. Patet iste modus loquendi ex primo libro. Unde Commentator super 8. *Physicorum*, super illud "et etiam quomodo est possibile ut aliquod continuum", dicit quod movens et motum aliquando distinguuntur secundum definitionem et esse simul, sicut quae moventur ab extrinseco, aliquando secundum definitionem tantum, non secundum esse, sicut in his quae movent se, ubi in eodem est dare aliquid cuius ratione movet et aliud cuius ratione movetur, quae etsi sint in eodem et participent idem esse totius, secundum tamen rationem quidditativam et formalem distinguuntur.

24 Item Commentator super 8. *Physicorum* comm. 30: "corpora simplicia, quia sunt una secundum definitionem et nullum eorum potest dividi in motorem et motum, necesse est ut non sint mota ex se, nisi esset possibile ut motor esset ipsum motum". Sed respondet sic: "si igitur aliquis dixerit quod corpora simplicia respectu mixtorum sunt composita ex materia et forma, quorum utrumque est distinctum secundum definitionem a reliquo, dicimus ad hoc quod prima materia non est exsistens in actu, et illud quod movetur ex se debet dividi in motorem et motum in actu, quia illud quod est in potentia non movet neque movetur. Si

143 contradictio] sed quod idem esset in actu virtualiter et in potentia cum privatione eiusdem actus et hoc simul et semel est impossibile similiter quod aliquid sit in actu formalis et in potentia cum privatione eiusdem actus est impossibile *add. in marg. inf.* Q; sed quod idem esset in actu virtualiter et in potentia cum privatione eiusdem actus est impossibile *add.* R 144 est] sit BQ; erit E 145 contra] *post* tunc N; *om.* BMP ‖ idem] simpliciter *add.* BMNP; simplex *add. in marg.* Q ‖ primo[2]] *ante* a se BEMNP 148 patet … genere[2]] *om.* (*hom.*) M ‖ patet] E; quod *add.* LQRW; *om.* BNP ‖ quin] nisi QR 149 formali] forma BP 150 forma … materia] materia et forma EQRW; et in forma L 154 primo libro] primo M; Philosopho BNP 156–157 et … definitionem] *om.* (*hom.*) L ‖ quae moventur] quando aliquid movetur EQRW 157 tantum non] non tamen E; et non LW 158 cuius ratione] *inv.* LQR 159 cuius ratione] *inv.* LQR 160 rationem] *post* formalem BEMNP ‖ et] seu BMNP 165 quorum] quarum BMNP 166 definitionem] distinctionem BMNP 167 movetur] modo MN ‖ ex] in QR; ei E 168 neque] nec BEQRW

147–149 Cf. Rob. Cowton, *In Sent.* 1, d. 8, q. 1, a. 2 (cod. Oxford, Merton College 117, f. 56va) 154–160 Cf. Averr., *In Phys.* 8, comm. 30 (ed. Iuntina, 4:367F) 161–170 Cf. ibid. (367F–G)

igitur lapis moveretur ex se, contingeret ut esset movens et motum eodem modo, quia non est exsistens in actu nisi secundum formam; quod est impossibile".

Respondeo quod nihil movetur proprie nisi quod est in actu, non tamen secundum quod est in actu, sed secundum quod est in potentia, ex definitione motus. Et ideo totum grave ratione qua est in potentia deorsum, movetur, et ratione qua est in actu grave, movet. 25

Avicenna etiam 1. *Physicorum* cap. 5: "a corporibus quae apud nos sunt adveniunt actiones et motus, et invenimus quod quaedam eorum veniunt ex causis quae sunt extra, sicut caliditas aquae et ascensus lapidis, et quaedam a se ipsis, non ex causa extrinseca, sicut aqua calefacta, cum dimittitur, per se frigescit ex sua natura, et lapis in altum proiectus, cum sibi relinquitur, descendit ex sui natura". Nota quomodo dicit "movetur ex se quandoque, non ex causa extrinseca"; igitur excludit causam extrinsecam. 26

Item lib. 2 cap. 1 post medium: "omnino non est possibile ut essentia rei sit causa sui motus, ut idem sit movens et motum, nisi sit ipsa movens per suam formam et motum per suum subiectum, aut movens acceptum uno modo, et motum acceptum alio modo". Vide quomodo distinguit alio modo contra moveri per formam et per materiam seu subiectum, ut ideo aliquid simplex possit movere se, quod non habet materiam et formam, secundum quod diversimode accipitur. Patet infra. 27

Ad tertium argumentum, cum dicitur quod tunc eadem ratione grave posset movere se, quamvis consequentia possit prohiberi, tamen concedo eam. Et quando dicit quod Philosophus vult quod grave movetur a generante, respondeo quod verum est sicut ab agente remoto de potentia essentiali ad actum primum, non autem sicut ab agente proximo ad actum secundum, sed a se ipso. 28

169 contingeret] contineret MNP 170 quia] quoniam BMNP 171 quod[2]] quia QR 173 totum grave] totum BMNP; ipsum Q; *om.* R 174 in] *om.* ELQR 175 Avicenna etiam] unde Avicenna BMNP; Avicenna igitur E 176 veniunt] eveniunt BMNP 178 non … extrinseca] *om.* ELQRW ‖ cum dimittitur] dum dimittitur BMNP; dimissa W; et dimissa L 180 nota] et *praem.* LQRW ‖ movetur] *om.* LW ‖ quandoque … ex[2]] quandoque non a (*post corr.*) Q; quandoque non est R; quandoque non est ex MN; quandoque enim est ex (*om.* E) EW; quando est L 183 ut … motum] *om.* E ‖ sit[1]] sint QR ‖ movens[1] … motum] motum et movens BMN ‖ ipsa] ipsum BMNP; ipsam E 184 motum[1]] mota ELW 184–185 uno … acceptum] *om.* (*hom.*) E 185 acceptum] *om.* LW ‖ vide] *post corr.* Q; et ecce LW; unde BR ‖ moveri] *corr. in* movere Q 186 et] moveri *add.* BMNPQ (*in marg.* Q) ‖ materiam seu] naturam seu BE; *om.* L ‖ ut] et BEL 187 secundum quod] scilicet quia (quod E) ELW ‖ accipitur] est acceptum LW; *om.* R 189 argumentum] principale LW ‖ cum … quod] quod LQR; quia W; *om.* E 190 quamvis … eam] concedo consequentiam L 190–192 possit … verum] *om.* M 190 possit] posset EPQ 191 Philosophus … movetur] secundum Philosophum grave et leve moventur LW ‖ respondeo] dico LRW 193 ipso] ipsis ELQ RW

175–180 Avic., *Liber primus nat.* 1, c. 5 (ed. Van Riet, 49) 182–185 Ibid. 2, c. 1 (161)

⌈RATIONES CONTRA RESPONSIONEM
AD TERTIUM ARGUMENTUM PRINCIPALE⌉

29 Sed contra:

1. Qui hoc dicunt destruunt totam philosophiam, quia dicit Philosophus 8. *Physicorum* cap. 13 loquens de motu eorum quae moventur, postquam sunt in actu, quod non est ita manifestum a quo moventur grave et leve, quando moventur secundum naturam, sicut quando moventur violenter et contra naturam, verumtamen ipsa a se ipsis moveri dicere impossibile est, quia movere se proprium est animalis.

30 2. Item ratio sua ibidem est: nullum continuum unum est simul movens et motum, quia movens et motum distinguuntur in duo, quorum hoc agit et illud patitur; sed grave est unum et vere continuum; quare etc.

31 3. Item Philosophus 2. *De generatione* non longe post principium: "grave et leve neque activa neque passiva. Non enim in faciendo aliquid aliud neque in patiendo ab aliquo dicuntur". Si non sunt activa, non sunt activa sui motus.

32 4. Item Philosophus 8. *Physicorum*: omne motum a se movetur ad omnem differentiam loci, et sicut movetur a se, ita quiescit a se. Si igitur grave movet se, sequitur quod quiescit a se, et sicut movetur a se deorsum, ita sursum; consequens falsum; igitur etc.

33 5. Item Commentator super illud 8. *Physicorum* "et quia illud quod est in potentia dicitur multis modis" dicit: "generans est illud quod dat corpori simplici formam suam et omnia accidentia contingentia formae, quorum unum est motus in loco". Igitur grave movetur a generante.

34 6. Item Philosophus et Commentator in eodem loco dicit quod gravia et levia habent principium essentialiter receptionis motus, ut moveantur ab extrinseco, non autem actionis nisi per accidens.

---

195 qui hoc] quae haec MN ‖ totam … Philosophus] totam (*om.* L) philosophiam dicit enim Philosophus LW; rationem Philosophi quia dicit BMNP 199 moveri … est[1]] dicere moveri est impossibile B; moveri dicere est impossibile MN; moveri impossibile dicere est Q; moveri impossibile est dicere R 199–200 quia … animalis] *om.* ELQRW 201 est[1]] haec *add.* QRW 203 quare] igitur LRW 205 activa] sunt *praem.* LW, *add.* MNP 206 sunt[1]] sint EPQR 208–209 si … se[1]] *in marg.* Q 208 movet] et leve moventur a R; movetur a LW 209 sequitur quod] *om.* LW ‖ ita] et *add.* BMNPW 210 etc.] et (*om.* L) antecedens LW 212 modis] comm. 32 (31 BP) *add.* BMNP 213 accidentia] sibi *add.* QR ‖ unum] unus EQRW 214 igitur … movetur] movetur grave igitur EQR 215 in … dicit] in eodem libro dicit (dic- Q) QR; ibidem dicunt LW 216 extrinseco] intrinseco BMNP

195–200 Cf. Arist., *Phys.* 8, c. 4 (255a 4–7) 201–203 Cf. ibid. (255a 16–17) 204–206 Arist., *De gen. et corr.* 2, c. 2 (329b 20–22) 207–210 Cf. Arist., *Phys.* 8, c. 4 (255a 8–11) 211–213 Averr., *In Phys.* 8, comm. 32 (ed. Iuntina, 4:370G) 215–217 Cf. Arist., *Phys.* 8, c. 4 (255b 30–31); Averr., *In Phys.* 8, comm. 32 (ed. Iuntina, 4:371I)

7. Item haec est ratio ex intentione Philosophi 7. et 8. *Physicorum*, ubi intendit 35
hanc conclusionem quod primum movens est omnino immobile. Et habet hoc pro
220 medio, quod omne quod movetur, ab alio movetur; igitur vel ibitur in infinitum
vel erit standum ad aliquod movens immobile. Sed haec ratio nihil concluderet, si
aliquid idem posset movere se. Tunc enim posset dici sibi quod est dare primum
movens quod a nullo alio priori movetur, ipsum tamen movet se ipsum; et ideo
non est omnino immobile.

⌈DE ERRORE ISTARUM RATIONUM⌉

225 Istae sunt rationes ad probandum quod angelus non movet se nec grave nec 36
voluntas et sic de aliis. Sed re vera ego puto firmiter quod istud dicere est errare
manifeste in theologia et est contra philosophiam. Quomodo est contra theolo-
giam patebit alias, si contingat sermonem haberi de motu voluntatis; sed nunc
philosophice et per rationem probo contrarium ratione sic. Suppono istam, quod
230 nihil reale novum sit actu, postquam non fuit, sine aliqua causa efficiente per
se, quae simul sit cum effectu suo in actu. Haec propositio tantam probabilitatem
habet quod, qui negat eam, certus sum quod nihil penitus remanet sibi unde probet
causam efficientem propter novitatem effectus; nam qua ratione unus effectus
positivus potest esse sine causa per se efficiente in actu, et quilibet, et ita perit
235 omnino causa efficiens. Similiter eam scribit Philosophus 5. *Metaphysicae* cap.
de causa expresse et Commentator comm. 3, quod effectus in actu et causa in
actu simul sunt et non sunt, et 2. *Physicorum* similiter. Et intelligitur de causa
particulari proxima effectiva et effectu suo quod simul sunt in actu. Tunc sic:
omnis motus novus, cum est in actu, habet causam effectivam per se illius; sed
240 pro tunc non est generans in actu; igitur generans non est causa proxima effectiva

218 haec … ubi] Philosophus 7. et 8. Physicorum LW (7. et *om.* W) ‖ ratio] *om.* BP ‖ Philosophi] *ante* ex BP ‖ 7] 5 BMNP 220 movetur[2]] *ante* ab alio BEMNP 221 erit … aliquod] stabitur in aliquo quod est LW 222–224 tunc … immobile] *om.* L 222 dare] sibi *add.* QR 225 sunt rationes] *inv.* BMNP ‖ angelus … grave] grave non movet se nec angelus LW 226–228 re … theologiam] ut puto sic dicere est errare in philosophia et theologia et hoc L 226 ego] *om.* BMNP 227 est[1]] manifeste *add.* QR; etiam *praem.* W, *add.* E 228 patebit] *post* alias BMNP; *om.* E ‖ si … haberi] in quaestione LW 229 ratione] *om.* LPW ‖ istam] *om.* LW 230 sit] fit EQR 231 sit] fuit BMNP 233 novitatem] necessitatem BMNP ‖ effectus[1]] actus LW 234 per se] *om.* BQR 235 omnino] omnis LPR ‖ similiter] super *add.* QR (*sed del.* Q) 236 et Commentator] *om.* ELW 237 similiter] *om.* QR 239 actu] tunc *add.* BNP 240 in actu] quando (*corr. ex* quin W) grave movetur deorsum (ponatur *add.* QW, *sed del.* Q) *add.* LQW; *om.* R

218–221 Cf. Arist., *Phys.* 7, c. 1 (242a 15–20); 8, c. 5 (256a 4–21); *Auct. Arist.*, n. 184 (ed. Hamesse, 155) 228 Cf. Rob. Cowton, *In Sent.* 2, d. 38, qq. 1–2 (cod. Oxford, Merton College 117, ff. 159va–166rb) 235–237 Cf. Arist., *Metaph.* 5, c. 2 (1014a 20–21); Averr., *In Metaph.* 5, comm. 3 (ed. Iuntina, 8:104I–K); Arist., *Phys.* 2, c. 3 (195b 16–21); Averr., *In Phys.* 2, comm. 37 (ed. Iuntina, 4:63D–E)

illius motus. Nec removens prohibens, quia est movens per accidens secundum Philosophum 8. *Physicorum*; et omne per accidens reducitur ad per se. Igitur non est dare aliud movens in actu quam ipsum grave.

37 Nec valet dicere quod grave movet se non effective, sed consecutive, quia motus consequitur formam eius remoto prohibente, quia sic dicerem quod, quidquid de novo est, est consecutive ab aliquo, non effective.

38 Item ex quo est dare unum motum novum et effectum novum et per se novum, hoc est impossibile dare absque efficiente per se, quod non est nisi idem respectu sui.

39 Item si ideo non moveret se effective, quia recipit formam a generante ad quam consequitur motus, multo fortius nec animalia, quae non habent formam appetibilis, quae est forma apprehensa ab intellectu, nisi ab appetibili, a quo habent principium motus. Numquam enim animal movetur nisi prius apprehensa forma appetibilis, ad quod movetur, vel fugibilis, a quo resilit. Et tunc motus se habet consecutive ad istam formam apprehensam, sicut tu dicis de forma gravis et motu consequente.

40 Si dicas quod generans grave est in gravi in virtute et movet grave, contra: non est ibi nisi sicut causa in effectu suo, nec aliter nisi quia recipit formam gravitatis in qua reservatur virtus generantis, non eadem numero, sed specie, si generatio sit univoca, vel genere, si aequivoca; sed tunc virtus illa respectu motus pertinet ad idem genus causae ad quod pertinet generans respectu gravis generati, et hoc est ad genus causae effectivae.

41 Item, si quia virtus generantis reservatur in gravi, ideo movetur a generante, tunc animal eadem ratione movetur a generante et non a se. Patet applicatio.

42 Item illud quod non movet aliud effective, nisi prius movetur, prius naturaliter movetur quam movet; et idem est causa effectiva prioris et posterioris, quia idem est causa movendi baculum et pellendi pilam. Sed grave habens aliquod leve colligatum sibi, super quod vincit, movet illud deorsum effective; non enim ibi valet illud verbum 'consecutive', cum movetur violenter. Igitur cum idem sit causa motus levis colligati et ipsius gravis, sequitur quod grave movet se deorsum.

241 nec] etiam *add.* LW 243 aliud] aliquod BLW ‖ grave] *om.* BMP (*sed add. sup. lin.* P) 244 valet] fugere et *add.* QR 244–246 quia … consecutive] *om.* (*hom.*) B 245 dicerem] diceret EQRW 246 est[1]] esse E; eius MNP; *om.* W 248 hoc] effectum LW ‖ quod] quia BMNP 251 consequitur] sequitur QR ‖ quae] quia EQ RW ‖ formam] rei *add.* LW 254 fugibilis … resilit] fugit BMNP 255 formam] sic *add.* LW ‖ gravis] *om.* QR (*sed add. sup. lin.* Q) 257 gravi] suo *add.* EQR 260 univoca] unica MN 264 et] *om.* BQR 265 item] ubi *add.*, *sed del.* Q ‖ aliud] aliquid BMNP ‖ nisi] non EW ‖ movetur prius] moveatur prius QR (*in marg.* Q); *om. (hom.)* ELW 266 quam movet] *om.* EQW (*sed add. in marg.* Q) ‖ et[1]] ibi Q; quia RW; *om.* L ‖ idem[1]] illud BLP 267 pellendi] impellendi BMNP 268 sibi] *om.* QR ‖ enim] igitur MN 269–270 causa] effectiva *add.* QR (*in marg.* Q)

241–242 Cf. Arist., *Phys.* 8, c. 4 (255b 23–26)

Sed dices forte quod utrumque movetur a tertio. Contra: non est dare aliquod 43
tertium ibi, quod moveret ipsum leve per se deorsum, quia circumscripta colligatione levis ad grave latum deorsum illud leve deorsum non moveretur; igitur cum illius motus sit dare causam effectivam et non aliam quam grave, patet quod,
275 sicut grave movet leve, ita se ipsum.

Item ex quo grave exsistens sursum est actu grave et est in potentia deorsum 44
et proximo dispositum ad motum, amoto prohibente quare non movebit se? Nam agens et patiens naturalia approximata et non impedita agunt et patiuntur.

Item grave eadem virtute qua frangit trabem descendit trabe fracta; sed tra- 45
280 bem frangit active; igitur active descendit. Unde grave movet se, sicut calidum habet virtutem activam calefaciendi omne calefactibile, et si ipsum calidum esset calefactibile, calefaceret se. Sed hoc est impossibile in agentibus univocis, quia calidum non potest simul habere calorem formaliter et privari eo, ut sit simul in actu formaliter et in potentia ad eundem actum; hoc enim includeret contradic-
285 tionem. Sed in aequivocis agentibus hoc bene contingit, quia ibi, si agens potest recipere formam quam causat in alio, potest eam causare in se, quia in talibus agens habet formam tantum in virtute, non formaliter; ideo potest esse in potentia ut informetur illa forma virtualiter contenta, cum sit alterius rationis a forma qua agens agit. Sic grave habens gravitatem in actu habet motum in virtute activa. Et
290 quia est in potentia ad motum et ad ubi deorsum, statim movet se, nisi impeditur. Et haec est intentio expresse Philosophi 8. *Physicorum*, ubi supra, ubi postquam disputavit ad unam partem quaestionis de motu gravium et levium, scilicet quod non movent se, solvit quod grave, antequam movetur actu, est in duplici potentia, sicut sciens antequam consideret. Est enim in potentia essentiali ad esse primum,
295 quod esse consequitur per motum et transmutationem materiae naturalis, et a potentia tali movetur ad actum a generante; sed postquam est actu grave, tunc est in potentia accidentali ad motum deorsum, et illum motum active statim exsequitur, si non impeditur. De quo dicit Philosophus praemissa ista distinctione: "si auferatur impediens, agit leve et semper sursum fit". Et eodem modo est de
300 sciente, quod antequam consideret, est in duplici potentia, scilicet essentiali ad

271 sed … forte] hic forte diceres LW ‖ forte quod] *inv.* QR 272 leve] *om.* ELW 273 moveretur] movetur BMNP 273–274 igitur … illius] cuius LW; eius E 274 et] *om.* LW 278 impedita] necessario *add.* LW 280 calidum] haec eadem BM; si idem P (*post corr.*); calefaciendi E 281 habet] habens LW 283–284 ut … actum] *om.* L 283 simul[2]] sic EQR; *om.* W ‖ in] *om.* QR 285 hoc] *om.* BMNP 288 illa forma] *om.* QR (*sed add. in marg.* Q) ‖ virtualiter] vel in virtute *add.* QR 290 se] active *add.* BMNP 291 8. Physicorum] *om.* EQR 294 consideret] consideraret QRW ‖ esse] actum LW 296 tali] *ante* potentia (*ll. 295–296*) QR; talem *post* actum L; *om.* MP ‖ actum] per transmutationem materiae naturalis *add.* MN 299 et[1]] ut LQRW ‖ fit] sit ELQRW 300–308 quod … reperitur] *om.* L 300 quod] quia QR ‖ essentiali] *ante* scilicet N; scientiali (*ante* scilicet) BMP

291–294 Cf. Arist., *Phys.* 8, c. 4 (255a 30 – b 31) 298–299 Cf. ibid. (255b 20–23)

habitum scientiae, et indiget motore extrinseco, scilicet doctore, sed cum fuerit in actu primo, statim agit propriam operationem, nisi impediatur. Unde dicit Commentator sic comm. 32 super illud "et quia illud quod est in potentia": "quando sciens fuerit sciens in actu, non indiget in sua actione motore extrinseco in actu, sed agit sua actione, nisi aliquid impediat". Quid planius? Hic loquitur "agit et facit", non loquitur "consecutive". Fingunt sibi unum verbum ad pervertendum philosophiam et theologiam, quod tamen numquam in philosophia vel theologia reperitur.

46 Item Philosophus 4. *De caelo et mundo* ante medium distinguit de triplici motu, scilicet augmentationis, alterationis et motus localis in gravibus et levibus; et dicit quod in motu gravis et levis principium motus est deintus, sed in motu augmentationis et alterationis principium motus est deforis. Nec valet dicere quod loquitur de principio passivo, quia illud utrobique est deintus; aliter motus non esset naturalis nisi mobile moveretur secundum propriam et naturalem inclinationem. Unde super illud dictum Philosophi allegatum dicit Commentator comm. 29 quod in motu gravium et levium totum movet totum, sed in motu augmentationis pars una augmentat aliam distinctam ab ea loco; et similiter in alteratione cor alterat aliam partem ad sanitatem. Et dicit in fine commenti quod movens et motum in gravi differunt secundum modum et sunt idem subiecto; et comm. 21 eiusdem libri quod manifestum est per se quod gravitas et levitas sunt causae agentes istos motus.

47 Item Philosophus 4. *Physicorum* cap. de vacuo in fine: "densum et rarum secundum hanc contrarietatem motus activa sunt".

48 Multae sunt etiam auctoritates Commentatoris et Philosophi 3. *De caelo et mundo* et 4, quae expresse hanc sententiam continent.

302 impediatur] impeditur BEQR ‖ unde] ut QW; et R; ubi E 303 comm. … potentia] *om.* W ‖ comm. 32] *om.* EQR 304 fuerit sciens] est BMNP 305 agit[1]] aget MN 305–306 loquitur … facit] enim dicit quod BMNP; dicit enim agit et facit W 306 consecutive] isti *add.* QR; isti enim *add.* W 309 4] et *add.* MNP; cap. *add.* B 311 et dicit] *om.* BEMNP (*sed add. sup. lin.* P) ‖ in[1] … motus] principium motus in gravibus et levibus LW 311–312 augmentationis … alterationis] alterationis et augmentationis LQRW 312–313 loquitur] ibi *add.* QR 315 illud … allegatum] praedictum verbum LW ‖ illud dictum] verbum EQR ‖ quod] quia QR 316 sed] etiam *add.* B; et *add.* P ‖ augmentationis] augmenti LW 317 ea] eo BEPW ‖ et] *om.* BMNP 319–321 et[2] … motus] *om.* ELQRW 324 etiam] *ante* sunt LW; *om.* BMNP ‖ auctoritates] et *add.* EQR ‖ Commentatoris … Philosophi] Philosophi et Commentatoris LW 324–325 3. … 4] 3. De caelo et 4 EQ; 3. et 4. De caelo LR; 3. et 4. De caelo et mundo W 325 continent] ut patet *add.* LW

302–306 Averr., *In Phys.* 8, comm. 32 (ed. Iuntina, 4:370K) 309–312 Cf. Arist., *De caelo* 4, c. 3 (310b 24–26) 315–318 Cf. Averr., *In De caelo* 4, comm. 24 (ed. Iuntina, 5:252B; ed. Carmody-Arnzen, 703) 318–319 Cf. ibid. (252H; 705) 319–321 Ibid. comm. 21 (247H; 691) 322–323 Cf. Arist., *Phys.* 4, c. 9 (217b 24–25) 324–325 Cf. e.g. Averr., *In De caelo* 3, comm. 28 (ed. Iuntina, 5:197F–199C; ed. Carmody-Arnzen, 552–57); 4, comm. 22 (5:248D–249K; 692–97)

⌈AD RATIONES CONTRA RESPONSIONEM AD TERTIUM ARGUMENTUM PRINCIPALE⌉

His visis ad primum in contrarium, cum dicit Philosophus quod movere se est 49
proprium animalis, respondeo quod hoc verum est quantum ad determinationem sui ad motum, quia est in potestate sua inchoare motum suum; quod non est ipso gravi respectu motus sui, sed hoc attribuitur removenti prohibens. Et quantum
330 ad determinationem gravis ad motum removens prohibens movet grave per se et grave movet se per accidens, sed quantum ad exsecutionem sui motus grave movet se per se et removens prohibens per accidens. Similiter non est in potestate gravis terminare motum, sed terminatur ab extrinseco ubi, scilicet proprio vel violento; animal autem, sicut potest motum suum inchoare, ita potest illum terminare. Et
335 ideo animal movet se per se, et quantum ad determinationem sui ad motum et quantum ad quietem et quantum ad exsecutionem motus. Et sic moveri a se aliter convenit animali, aliter gravi et levi, quia animal movet se ad omnem differentiam situs, et tamen motus animalis est naturalis, quamvis diversimode movetur a se. Nam ut dicit Commentator super 8. *Physicorum*, super illud "remanet igitur nunc
340 considerare", quia anima animalis est forma sui corporis naturaliter, necesse est ut motus eius a sua anima sit naturalis.

Ad secundum, cum dicitur quod nullum continuum per se unum est simul 50
movens et motum, verum est, ut prius, quantum ad inchoationem; nam quamvis grave continuum et leve moveant se exsequendo motum inchoatum, tamen
345 exsequi non incipiunt, postquam non movebantur, nisi per aliud, vel per generans dans formam qua exsequuntur ex se motum vel per removens prohibens, per hoc ponendo ipsa in tali statu in quo per formam iam habitam possint exsequi motum suum. Et sic, ut dixi, moventur a se ipsis per accidens quantum ad

---

326 cum] *post corr.* Q; quod BEMNP; *om.* R 327 hoc] *om.* BLMNP 328–329 est[1] … sui] non est in potestate eorum scilicet gravium et levium inchoare motum suum BEMNP (scilicet gravium et levium *om.* E) 330 gravis … motum] motus LW 331 sui] *om.* LW ‖ grave[2]] *om.* BEMNP 334 potest illum] quando vult *add.* W; quando vult L 335–336 se[1] … quantum[1]] *om.* B 335 per se] *om.* QR ‖ determinationem] terminationem MN PW 336–337 aliter … animal] sic (*om.* B) convenit animali quod nec gravi nec (vel MP) levi BMNP; convenit animali et E 337 aliter] quam W; et L ‖ se] etiam *add.* BM NP 339 nam … Commentator] et causa est ut dicit Commentator L; quod autem secundum (super B) Commentatorem BMNP; quia enim Commentator E ‖ super[1]] *om.* LQRW 339–340 super[2] … considerare] *om.* L 339 super[2]] *om.* BP ‖ nunc] *om.* EQRW 340 quia anima] W; quod anima L; anima EQR; *om.* BMNP 343 verum est] *inv.* BM NP ‖ ut prius] *om.* LW ‖ inchoationem] motus *add.* LW 344 et … moveant] moveat ELQRW ‖ exsequendo] exercendo BMNP 345 incipiunt] incipit LQ RW ‖ movebantur] movebatur EQRW; movetur L ‖ aliud] aliquid BMNP ‖ vel] ut BMNP 346 dans … motum] *om.* L ‖ exsequuntur] exsequitur QRW; exsequimur E 347 ipsa] ipsum PQR; ipsam E; eam LW ‖ possint] possit BELPQR; posset W 348 moventur … ipsis] movetur a se ipso LR

339–341 Averr., *In Phys.* 8, comm. 27 (ed. Iuntina, 4:365F)

determinationem sui ad motum, et per se a generante vel removente prohibens. Tamen quantum ad exsecutionem motus sunt per se causa sui motus, et generans et removens prohibens causa per accidens. Unde quia non incipiunt moveri, postquam non movebantur, nisi quia non erant in dispositione qua possent moveri vel propter formae carentiam vel propter formae habitae impedimentum, ideo quoad inchoationem sui motus sunt gravia et levia causa sui motus per accidens et generans vel removens prohibens est per se causa; in exsecutione tamen est e converso, sicut pluries dictum est. Et ideo, cum fuerint in locis propriis, nullo modo ex eis moventur nisi per violentiam, quia secundum Commentatorem super 8. *Physicorum* super illud "et quia illud quod est in potentia", esse talium non completur, nisi essendo in illis locis Et quia non sunt in opposita dispositione ad locum proprium, cum fuerint in loco proprio, inde non moventur nisi per violentiam.

51 Ad tertium, cum arguitur quod gravia et levia neque sunt activa neque passiva etc., respondeo quod, sicut Philosophus in 3. *Physicorum*, ubi est philosophus naturalis generalis, loquitur de motu generaliter et in universali, secundum quod est ad omnem terminum motus, et etiam de actione generaliter, ut scilicet est principium cuiuslibet motus, sic in 2. *De generatione*, ubi est philosophus naturalis specialis, loquitur solum de motu ut est ad formam. Unde istae formae quae natae sunt esse principia alicui agenti ad inducendum formam, sunt activae et passivae, et solum illae, secundum quod de formis loquitur ibi, quia non loquitur ibi de alio motu quam de motu ad formam. Et tales secundum eum ibi sunt quattuor qualitates activae et passivae, non autem gravitas et levitas, sed solum sunt principia ad ubi, non ad formam; et ideo quantum ad intentionem Philosophi ibi sunt formae neutrae, quia nec sunt principia activa inducendi formam nec passiva recipiendi formam. Sed quantum ad philosophum naturalem generalem, qui de omni principio motus considerat, sunt formae activae motus ad ubi, quamvis non ad formam.

350–351 tamen … accidens] non tamen quantum ad exsecutionem motus (*om.* L) sunt generans vel (et L) removens prohibens (*om.* L) causa per se motus gravis sed causa (nisi *pro* per … causa L) per accidens LW 351 incipiunt] incipit LW 352 non[1] … nisi] non (*om.* L) movebatur nisi LW; non moveatur nisi E; movebantur vel BMP ‖ non erant] non (*om.* L) fuit LW ‖ possent] possunt EQR; possit LW 353 carentiam … formae[2]] *om.* (*hom.*) BMNP 356 fuerint] fuerit BELW ‖ locis propriis] loco proprio LW 356–357 nullo … moventur] nullo modo ex eis movetur E; nullo modo movetur ex eo W; non movetur L 357–358 super[1]] *om.* BLRW 358 Physicorum] comm. 32 *add.* BM NP ‖ super illud] *ante* 8. Physicorum W; super R; *om.* L ‖ et … illud[2]] quod illud LW; et E 359 illis locis] *inv.* BMNP ‖ sunt] sit W 360 fuerint] fuerit BEW ‖ moventur] movetur EW 363 etc.] secundum Philosophum *add.* BMNP 367 specialis] spiritualis BEM; specialiter W ‖ istae] illae EQRW 370 quam … motu[2]] *om.* (*hom.*) BMNP 371 qualitates] primae *add.* LW ‖ sunt] *om.* BEQR 375 activae] et *add.* BMNP

357–359 Averr., *In Phys.* 8, comm. 32 (ed. Iuntina, 4:371D)

Ad quartum, cum dicitur quod omne motum a se movetur ad omnem differentiam et similiter quiescit a se secundum Philosophum 8. *Physicorum*, respondeo quod Philosophus non ponit talem universalem, sed tantum indefinitam, sic: quod movetur a se, quiescit et movetur ad omnem differentiam. Tunc dico quod verum est de illo quod movet se sicut animal modo dicto, non autem de illo quod movet se sicut grave et leve. 52

Ad quintum de Commentatore, cum dicitur quod generans dans formam gravi dat etiam motum, dico quod verum est, non tamen dat motum immediate sicut dat formam, sed dando formam immediate dat motum mediate, quia forma non impedita est sufficiens principium effectivum motus in eis. Unde cum grave perfectam habuerit formam, extra suum locum naturalem ad absentiam generantis, si cesset prohibens, statim se ipso absque omni alio movente movetur ad proprium locum. 53

Ad sextum, cum dicitur quod gravia et levia habent principium recipiendi motum essentialiter, non autem movendi nisi per accidens, respondeo quod non habent principium movendi active quantum ad inchoationem motus sui nisi per accidens, ubi generans dans formam vel removens prohibens, si habeat formam impeditam, est causa motus per se; quantum tamen ad exsecutionem motus habent principium effectivum et passivum in se, sicut expresse vult Commentator super 3. *Caeli et mundi* comm. 28: "in corporibus simplicibus est idem motor et motum secundum positionem, sed differunt secundum modum; lapis enim movet se inquantum est gravis in actu, et movetur inquantum est in potentia deorsum". Ecce quam expresse habetur hic propositum. 54

Item super 4. *Caeli et mundi* dicit Commentator comm. 22: "motor et motum in lapide et igne et aliis simplicibus non distinguuntur in actu ab invicem sicut distinguuntur in animalibus, sed movens et motum sunt idem in subiecto, et tamen differunt secundum modum; gravitas enim in lapide est motor secundum 55

377–378 differentiam] positionis *praem.* Q, *add.* R 378 secundum Philosophum] per Philosophum EQRW; *om.* L ‖ 8. Physicorum] *om.* LW ‖ respondeo] dico LRW 379 talem universalem] tale universale BEMNP ‖ tantum indefinitam] indefinitam (*corr. ex* indistinctam) tantum W; indefinitum tantum E; indefinitam L; dicit BMNP 379–380 sic … quod] et L 380 se] movetur et *add.* QR 381–382 modo … leve] *om.* LW 383 dans] dat LW 384–385 dico … motum] *in marg.* Q 385 dat[1]] *om.* LW 387 habuerit] habuit BNP 391 essentialiter] essentialem BEMNP ‖ respondeo] dico LRW 393–394 ubi … se] *om.* LW 394 quantum tamen] *inv.* BMNP 396–397 motor … motum] motum et motor BEPQR; movens et motum L 397 differunt] non ELQW 398 est[1]] *post* gravis BMNP; *om.* L 400 super … Commentator] similiter super 4. De caelo dicit Commentator QR; item Commentator super 4. Caeli et mundi E; similiter 4. De caelo (et mundo *add.* W) LW ‖ 22] 23 BMNP; 21 E 400–401 motor … motum] motum et motor QR 401 et[1]] in *add.* EM; in W ‖ in[2]] *om.* ELQRW 402 in subiecto] subiecto ELQR; subiectum W 403 gravitas enim] quia gravitas LQRW

395–398 Averr., *In De caelo* 3, comm. 28 (ed. Iuntina, 5:198K; ed. Carmody-Arnzen, 556)
400–404 Ibid. 4, comm. 22 (249D; 695)

quod est forma tantum, et ipsa est mota inquantum est prima materia". Ecce idem quod prius.

56 Et si obicias quod nec forma agit nec materia patitur, igitur male dicit Commentator quod movet, inquantum est forma tantum, et patitur et movetur, inquantum est materia prima, respondeo quod non est mens Commentatoris dicere quod forma agit sicut quoddam et quod materia patitur sicut quoddam, sed quod totum agit ratione formae et patitur ratione materiae. Aliud enim est dicere aliquid esse rationem agendi et esse agens; et sic de materia. Et subdit Commentator in eodem commento: "et quod dicit Philosophus in 8. *Physicorum*, quod nihil movet se, debet intelligi quod nihil movet se ita quod motor sit omnino idem cum moto et eodem modo, sed quod differant definitione, licet non differant in subiecto". Ecce quomodo hic exprimit intellectum Philosophi in 8. *Physicorum.*

57 Audeo igitur dicere quod non intelligunt philosophiam, qui negant grave movere se, modo tamen dicto supra.

[DIFFICULTAS ET EIUS SOLUTIO]

58 Sed adhuc restat una difficultas in quaestione, quia probatur quod grave non movet se per se exsequendo motum, sed per accidens tantum (cuius oppositum est dictum, cui innititur multum modus medius dicendi); nam Commentator super 3. *De caelo* comm. 28 dicit quod, sicut nauta movet navem per se et se ipsum per accidens ad motum navis per se, sic grave movet medium per se et se ipsum per accidens ad motum medii deferentis grave.

59 Respondeo quod motus accipitur dupliciter: uno modo stricte et proprie pro translatione successiva habente partem et partem; alio modo large et generaliter pro translatione subita, non habente partes. Loquendo de motu primo modo tunc grave non movetur a se nisi per accidens; impellitur enim ab eo, cum sic movetur, medium resistens, sed et statim, quod fluxu movetur, et secum defert grave quod ipsum impulit motu vectionis, ac si navis se ipsa pelleret aquam et aqua suo fluxu

404 est[1]] in *add.* LQRW (*sed del.* Q); *om.* E ‖ est[3]] in *add.* N (*cum Averr.*), *sed del.* ‖ prima materia] *inv.* ELQRW 406 et … quod] contra LW 406–407 Commentator] *ante* male (*l. 406*) LQRW 407 est] *om.* QR 408 respondeo] dico LQRW 409 sicut quoddam[1]] sicut quod BELMPQW (*sed corr.* M); *om.* R ‖ et quod] *om.* BW; et P; nec quod R ‖ sicut quoddam[2]] sicut quod BELQ; *om.* PRW ‖ sed quod] *om.* E 410 enim] *om.* BMNP 411 Commentator] *om.* BEMNP 412 in] *om.* LQRW 413 cum moto] quod motum ELQRW 414 differant in] *om.* LQRW ‖ subiecto] haec ille *add.* LQRW 415 hic] ipse QR; iste LW ‖ in] *om.* LQRW 418 probatur] probas BMP; probo EN (*post corr.* E) 419 tantum] *om.* ELQRW 420 medius] iste LQ; ille RW 421 28] 38 BEW 424 dupliciter] *om.* EQR 425 et[2]] vel BMN 426 tunc] *ante* primo BEM NP; *om.* LW 427 cum … movetur[2]] *post* resistens (*l. 428*) LW 429 ipsum] vectione *add.* QR

411–414 Cf. Averr., *In De caelo* 4, comm. 22 (ed. Iuntina, 5:249F–G; ed. Carmody-Arnzen, 696) 420–423 Cf. ibid. 3, comm. 28 (199A; 557)

motu vectionis secum ferret navem. Et sic quantum ad successionem quae est in motu, grave movet se per accidens movendo medium per se, cuius motu grave motu vectionis movetur a se per accidens. Et sic loquitur Commentator supra.

Loquendo autem de motu secundo modo grave et leve moventur a se per se; 60
nam gravi exsistente in actu et remoto prohibente, si non esset medium resistens, grave in instanti ferret se deorsum et leve sursum, et hoc per se, non per aliud extra se. Nunc autem, quod grave descendit successive, hoc est propter medium impediens sua resistentia, ne descendat subito; et propter medium deferens, quod ab impellente movetur successive, successive movetur et defertur grave. Ubi est advertendum quod medium deferens movetur per accidens, quia contra propriam inclinationem, quia violenter ab impellente ipsum. Et similiter grave delatum movetur cum deferente accidentaliter per accidens, quia propter medium deferens, quod movetur accidentaliter absolute. Et sic grave delatum est per se movens medium deferens et accidentaliter per accidens movetur et a se et a deferente, licet alio modo accidentaliter: per accidens enim movetur a deferente, quia accidit ei per actionem qua ipsum delatum movet deferens; per se enim non movetur a se nisi subito.

Et est advertendum quod grave minus movetur a se per accidens deorsum 61
quam a violentante sursum, quia a violentante movetur omnino per accidens, scilicet quoad sursum lationem et quoad successionem in latione, sed a se movetur deorsum aliquo modo per se, scilicet quoad descensum simpliciter, licet quoad successionem in descensu movetur a se per accidens, ut dictum est. Unde Commentator ibi loquitur quantum ad successionem in latione, non quantum ad lationem simpliciter.

⌈AD SEPTIMUM ARGUMENTUM CONTRA RESPONSIONEM AD TERTIUM ARGUMENTUM PRINCIPALE⌉

Ad ultimum, cum arguitur quod Philosophus 7. et 8. *Physicorum* intendit pro- 62
bare quod primum movens est omnino immobile per hoc medium, quod omne quod movetur, ab alio movetur, et non est ire in infinitum, igitur primum movens est immobile a se et ab alio, sed hanc conclusionem non haberet, si idem pos-

---

430–432 secum … vectionis] *om.* (*hom.*) L 430 ferret] deferret EQRW 432–433 accidens … per] *om.* (*hom.*) EW 432 et … supra] *om.* L 434 gravi] grave LW 435 in] *om.* MN ‖ ferret] faceret BP ‖ et[1] … sursum] *om.* LW ‖ se[2]] et *add.* ELRW 437 medium] *om.* BMP 438 movetur et] et E; *om.* BMNP 440–442 movetur … delatum] *om.* (*hom.*) E 441–443 quia … accidens] *om.* (*hom.*) B 443 et[1]] *om.* MNP (*sed add. sup. lin.* P) ‖ se … deferente] medio et a se LQRW 444–447 enim … quod] quia ELW 444 quia] quod BMNP 449 sed] *om.* BEMNP 450 aliquo] quoquo BE MN 451 ut … est] *om.* LQRW 451–452 unde … ibi] et sic patet quod Commentator BMNP; *om.* E 454 7. … Physicorum] *om.* LW ‖ 7] 5 BMNP 454–455 intendit … est] probat primum movens esse (*om.* L) LW 455 medium] *om.* ELQRW 456–458 et … se] etc. LW

set movere se, respondeo quod intentio Philosophi est quod nullum motum est simpliciter primum movens.

63 Et quando tu dicis quod omne quod movetur, movetur ab alio, verum est vel in illo motu vel in aliquo alio motu, quia omne quod movetur (etiam a se), eo quod movetur, est ens includens potentiam et non est actus purus; et ideo necessario movebatur ad actum primum ab alio a se, cum nihil producat se ad actum primum. Et ideo nihil quod movetur, sive a se sive ab alio, est primum movens, pro eo quod primum movens est actus purus nullam habens potentiam ut movetur a se vel ab alio. Quando igitur dicit Philosophus quod omne quod movetur, movetur ab alio, verum est in illo motu vel in aliquo alio. Sed tunc si arguas alteram partem determinate, quod omne quod movetur quocumque motu, movetur ab alio, est consequens in argumento. Sufficit enim Philosopho quod illud quod movetur, ad hoc quod non sit primum movens, motum fuerit aliquo motu vel mutatione ab alio; et hoc verum est de omni eo quod movetur, quod in aliquo motu movetur ab alio a se.

460 tu dicis] dicis EQR; dicitur LW ‖ movetur² … alio] ab alio movetur MPW; ab alio E; etc. L 461 aliquo … motu²] alio ELQRW 463 movebatur] movetur BMNP 464–466 et … alio] *om.* LW ‖ est … alio] *om.* (*hom.*) M 466 movetur²] *post* alio¹ (*l. 467*) MN; *om.* L 466–468 ab² … movetur¹] *om.* (*hom.*) QR 467–468 arguas … determinate] arguitur altera pars LW 468 determinate … quod²] quia E 469 consequens] *sc. fallacia consequentis* 469–470 ad … movens] *post* mutatione (*l. 470*) LQRW 470–471 ab alio] *om.* LQRW 471 quod²] quam MN; quia L ‖ motu] motum MN 472 ab alio] *om.* BEMNP

⌈DISTINCTIO 3

Quaestio 1:

An in essentia angeli sit vera compositio actus et potentiae, ex quorum altero sumatur ratio differentiae et ex alio ratio generis⌉

Circa distinctionem tertiam, in qua Magister agit primo de condicione essentiali angelorum; ubi primo posset quaeri an in essentia angeli sit vera compositio actus et potentiae, ex quorum altero sumatur ratio differentiae et ex alio ratio generis.

Et quia veritas istius quaestionis patet ex his quae dixi lib. 1 dist. 8 q. 2, ubi posui compositionem in re cuiuslibet generis quae est directe in genere, non tamen compositionem ex diversis principiis essentialiter distinctis (sed talem pono tantum in genere substantiae materialis generabilis et corruptibilis), sed compositionem ex potentiali et formali, quae licet differant formaliter inter se, tamen sunt idem per identitatem in tertio, scilicet in ipsa essentia rei (et talem, non aliam, pono in angelis), et ideo, qui me intellexit in illa quaestione, certus sum quod intelligit quid sit dicendum in ista. Et ideo de illa non plus pertracto.

1–2 circa … quaeri] circa distinctionem tertiam quaeritur L 1 circa … qua] ecce ostensum etc. distinctio tertia in illa distinctione EQ; ecce ostensum in illa distinctione R ‖ agit primo] *inv.* EQRW 2 ubi] *om.* W ‖ vera] aliqua BMNP 3 sumatur] sumitur LRW ‖ ratio[2]] respectu E; *om.* BMNP 5 quia] *in marg.* Q; *om.* R ‖ his … dixi] dictis LW ‖ 2] 3 RW 6 in re] inter rem BMNP; *om.* L 7 sed] quia LW 9 quae licet] quibus ELW 10 scilicet … rei] *om.* ELQW 11–12 et … ideo] *om.* L ‖ qui … ideo] *om.* (*hom.*) NW 11 intellexit] intelligit QR (*post corr.* Q); inte[lle] E 11–12 certus … intelligit] videt certus sum EQ (videt certus *post corr.* Q); valet videre R 12 illa] quaestione *add.* LW

5–10 Cf. Rob. Cowton, *In Sent.* 1, d. 8, q. 1 (cod. Oxford, Merton College 117, ff. 55vb–57rb)

⌈Quaestio 2:
An hic angelus signatus addat aliquid positivum absolutum super naturam specificam in angelis⌉

Secundo potest quaeri de condicione individuali in angelis, an videlicet hic angelus signatus addat aliquid positivum absolutum super naturam specificam in angelis. Et extendo hanc quaestionem non solum ad angelos, sed ad ista individualia generabilia et corruptibilia in genere substantiae, an natura specifica in genere substantiae de se sit haec et individua an aliquo positivo absoluto addito super. Quam quaestionem habes in principio cuiusdam quaterni super tertium.

2 signatus] singularis BMNP; *om.* L 3 extendo] *post* quaestionem LW; extendendo BEP ‖ ista] illa ELR; *om.* BMNP 3–4 individualia] individua QR (*post corr.* Q); *om.* LW 5 substantiae] *om.* BMNP 5–6 an … super[1]] vel per aliquid positivum super additum LW 6 in … quaterni] *om.* LW ‖ tertium] librum *add.* W; secundum EQ; librum quintum L

6 Cf. Rob. Cowton, *In Sent.* 3, d. 5, q. 2 (cod. Oxford, Merton College 117, ff. 181rb–186ra)

⌈Quaestio 3:
An plures angeli possint individualiter differre sub eadem specie specialissima⌉

Qua quaestione determinata in affirmativam, quod aliquid positivum addit hoc singulare super naturam specificam, patet veritas tertiae quaestionis quae hic quaeritur de differentia individuali sub specie angeli, an plures possint individualiter differre sub eadem specie specialissima. Patet quod sic.

1–2 aliquid … singulare] signatum *add.* BMNP; singulare addit aliquid positivum W; hic singularis addit aliquid positivum L 2–4 patet … specialissima] *om.* N 3–4 angeli … specialissima] *om.* BMP 3 angeli an] an scilicet LW ‖ plures] angeli *add.* LW

⌈Quaestio 4:
An potentia intellectiva in angelis aliquid aliud absolutum dicat super naturam angeli⌉

Quarto potest hic quaeri de natura in comparatione ad virtutem operandi propriam operationem consequentem naturam, an videlicet potentia intellectiva in angelis aliquid aliud absolutum dicat super naturam angeli. Et veritas huius patet in quaestione de attibutis. Nam sicut posui ibi quod in Deo sunt perfectiones absolutae formaliter distinctae a parte rei sine omni operatione, sic pono in anima et quod una formalitate intelligit, alia formalitate diligit; et tamen istae duae formalitates sunt idem per identitatem in essentia animae, proportionaliter sicut de attributis (praeter hoc quod non sunt infinitae formaliter sicut attributa, et praeter hoc etiam quod formalitas illa quam importat intellectus in angelis vel in nobis habet realem relationem ad actum et obiectum). Et ita de voluntate et aliis potentiis vegetativis et sensitivis in nobis.

1 natura] angelica *add.* LW ‖ virtutem] veritatem BMP 3 naturam] essentiam LW ‖ huius] quaestionis *add.* LRW 4 in[1] … attibutis] de quaestione de attributis E; ex quaestione de potentiis animae in primo libro et ex quaestione de attributis LW; ex quaestione de potentiis animae in primo libro et etiam veritas huius patet de quaestione de attributis QR ‖ nam … ibi] sicut enim pono LW 5 operatione] comparatione BEPR; compositione LQW ‖ in] angelo et in (*om.* W) *add.* LW 6 et[1]] *om.* MNW ‖ formalitate[1]] forma LQ RW ‖ formalitate[2]] et alia formalitate *add.* LW ‖ istae] illae EQRW 7 animae] et angeli *add.* QR; angeli et animae LW ‖ proportionaliter] et *praem.* BMNP 8 sicut] *post corr.* Q; sunt *add.* LR; sunt P 9 praeter … etiam] praeter etiam aliud QR; praeter etiam E; similiter LW ‖ quod] veri *add.* BMNP 11 vegetativis … sensitivis] sensitivis et vegetativis LQRW (sensitivis et *in marg.* Q); vegetativis E

4–5 Cf. Rob. Cowton, *In Sent.* 1, d. 22, q. 1 (cod. Oxford, Merton College 117, f. 75vb)

⌈Quaestio 5:
An omnia quae angelus intelligit naturaliter, distincte intelligat per species innatas⌉

Quinto quaeritur de comparatione virtutis angelicae ad operationem intellectualem, an omnia quae angelus intelligit naturaliter, distincte intelligat per species innatas. 1

Quod sic: 2

1. Quia secundum Commentatorem super 12., comm. 51, quia Deus est ens omnino separatum a materia, nihil intelligit extra se per receptionem alicuius ab obiecto extrinseco; alioquin vilesceret intellectus eius, si immutaretur ab aliquo extra viliori se. Cum igitur angelus sit substantia separata a materia et ens magis abstractum post Deum, nihil intelligit per immutationem ab extrinseco obiecto viliori se; aliter vilesceret eius intellectus.

2. Item illa quae mutuo agunt et patiuntur, communicant in materia secundum Philosophum *De generatione*. Angelus et haec inferiora non sunt huiusmodi. Igitur nihil istorum inferiorum intelligit per receptionem ab eis; intelligit autem ea; igitur per solas species innatas. 3

3. Item species, si ponitur recipi in angelo ab ipsa re materiali extra, est imperfectior ipsa re cuius est, quia posterior illa et mendicata et elaborata a re ipsa. Sed nihil tale quod est imperfectioris entitatis et perfectionis ipsa re materiali, pertinet ad naturalem perfectionem angeli, quia quod est imperfectius imperfectiore non potest esse perfectio rei perfectioris. 4

Ad oppositum est Augustinus 12. *De Trinitate* cap. 7: “Deus non ad tempus videt nec aliquid novi fit in eius visione atque scientia, cum aliquid transitorie atque temporaliter geritur, sicut inde afficiuntur sensus vel carnales animalium et 5

1–2 de … intelligat] utrum angelus intelligit naturaliter et distincte L 1 comparatione] operatione BM; compositione E 1–2 intellectualem] scilicet *add.* QRW 5 Commentatorem] Philosophum BMNP ‖ 12.] Metaphysicae *add.* LW ‖ 51] 15 BMN 8 extra] extrinseco LW 8–9 magis abstractum] abstractius BMNP; abstractum E 11–12 secundum … generatione] *om.* ELW ‖ secundum Philosophum] secundo QR 15 ponitur] ponantur MN; ponatur L 16 quia] est *add.* LQW ‖ posterior illa] posterior ipsa L; posterius ipsa BMNP ‖ et[1]] *om.* BMNP ‖ mendicata] *fort.* M; mensurata LQ RW; mensuram E 17 imperfectioris] inferioris BMNPQ (*post corr.* Q) 20 ad[1] … est] contra LW ‖ cap. 7] de magnis et 15 de parvis *add.* BMNP; *om.* L 22 inde] *post corr.* Q; in esse MN; mei ELW; *om.* R ‖ vel] *om.* NR 22–23 carnales … vel] *om.* ELW (*sed add. al. m. in marg.* E)

5–8 Cf. Averr., *In Metaph.* 12, comm. 51 (ed. Iuntina, 8:336A) 11–12 Cf. Arist., *De gen. et corr.* 1, c. 7 (324a 34–35) 20–23 Aug., *De Trin.* 12, c. 7, n. 10 (CCL 50, 365; PL 42, 1004)

hominum vel etiam caelestes angelorum". Igitur videtur secundum Augustinum quod angeli temporaliter afficiuntur a rebus quae temporaliter transeunt, sicut sensus nostri; hoc non potest esse sine aliqua receptione ab eis, sicut nec nos; quare etc.

⌈SOLUTIO

OPINIO HENRICI⌉

6 Ad istam quaestionem dicunt aliqui sic, quod angelus per nullas species intelligit, nec per innatas nec per acquisitas, sed quod omnia quae intelligit intelligit per unum habitum scientialem repraesentative quodcumque intelligibile continentem natum ab eo naturaliter cognosci. Rationes autem, quare negant species in intellectu angeli et etiam in nobis impressas intellectui, posui lib. 1 dist. 3. Et ibi solvi eas et ideo eas hic non replico.

7 Modus autem ponendi habitum unum supplentem species est iste:

1. Quia secundum Philosophum 3. *Ethicorum* cap. 5 in anima non sunt nisi tria, potentia, passiones et habitus – potentia autem in angelo de se non sufficit ad omnia distincte cognoscenda, ut sic per nihil aliud ab essentia cognoscat omnia, quia hoc solius Dei est proprium; passiones autem vel non sunt in angelo vel, si sint, se tenent a parte appetitus et ita non faciunt ad cognitionem –, necesse est igitur dicere quod angelus omnia quae naturaliter cognoscit cognoscat per unum habitum scientialem concreatum ei, qui sufficienter repraesentat omnia distincte intellectui et ipsum intellectum sufficienter inclinat ad actum. Per hoc enim quod habitus iste est in intellectu impressive per impressionem, sunt obiecta intelligibilia praesentia expressive, ut relucentia in ipso.

8 Difficultas autem in ista quaestione non est nisi quomodo obiectum intelligibile possit esse praesens intellectui et quomodo intellectus de potentia accidentali vadat in actum respectu unius obiecti ita quod non respectu cuiuslibet simul.

9 Primum habetur per habitum; ex hoc enim quod habitus iste habet essentialem respectum ad omnia obiecta quae virtualiter continentur in eo (qui respectus non

---

23–24 videtur … quod] secundum eum LW 23 secundum] per BMNP 27 aliqui] opinio Henrici *annot. in marg.* P; Henricus 5. Quodlibeto q. 14 *annot. in marg.* M 28 quod] *om.* LR 29 repraesentative] repraesentantem BNP; *om.* QR 30–32 rationes … replico] *om.* ELQRW 34 quia] cum *add.* BLPW (*sup. lin.* W) ‖ tria] scilicet *add.* LPW 37 solius Dei] soli Deo *post* proprium LW 39 cognoscat] *om.* LQRW (*sed add. in marg.* Q) 40 ei] *om.* ELQW (*sed add. sup. lin.* Q) 41–43 per … ipso] *om.* ELW 44 ista] illa ELQR 46 vadat] vadit EPQR 47 ex … enim] quia ex hoc LW 48 omnia] *post* obiecta LQRW; *om.* E ‖ eo] ipso BMNP 48–49 qui … eo] *in marg.* Q; qui E; *om.* LW

27–100 Cf. Henr. Gand., *Quodl.* 5, q. 14 (ed. Parisiis 1518, 174T–179G) 31 Cf. Rob. Cowton, *In Sent.* 1, d. 3, q. 5 (cod. Oxford, Merton College 117, ff. 37va–38ra) 34–35 Cf. Arist., *Eth. Nic.* 2, c. 4. (1105b 19–21); *Auct. Arist.*, n. 34 (ed. Hamesse, 235)

potest absolvi ab eo), habet huiusmodi obiecta sufficienter resplendentia in intellectu, ut ab intellectu et obiecto gignatur notitia actualis.

Secundum etiam patet, scilicet quomodo possit intelligere unum ita quod non simul omnia quae relucent in habitu, quia hoc sibi repugnat, cum sit virtutis limitatae, quia habitus iste, quamvis sit unus, tamen non a pari inclinat intellectum ad intelligendum singula et aeque primo, sed ordine quodam, ita quod primo inclinat intellectum ad intelligendum illud quod magis habet de ratione intelligibilitatis, sive hoc sit essentia propria sive Deus ipse. Et ideo reducit intellectum de potentia ad actum prius respectu perfectioris quam imperfectioris cognoscibilis; nam sicut grave extra locum non impeditum statim descendit, sic intellectus per habitum statim intelligit intelligibile ad quod habitus primo inclinat. Ipso autem exsistente in actu secundo respectu unius tunc per imperium voluntatis movetur ad aliam rem. Unde nisi esset imperium voluntatis, angelus intelligeret res secundum ordinem graduum perfectionum, ita quod semper perfectius prius secundum ordinem, sicut si intelligeret numeros secundum gradus, primo intelligeret unum, deinde duo et sic deinceps. Sed quod nunc aliter intelligit non observando talem ordinem, hoc facit imperium voluntatis trahentis intellectum ad hoc quod desiderat prius intelligi. 10

Hanc opinionem, quantum ad propositum facit, ipsi muniunt sic improbando species: 11

2. Angelo propter naturalem perfectionem sui inter omnia entia sub Deo nihil deest naturaliter requisitum ad naturalem operationem eius. Quod probatur ex dicto Philosophi 3. *Caeli*, quod natura otiose fecisset stellas mobiles motu progressivo, si non dedisset naturalia instrumenta quibus complerent huiusmodi motus. Sic multo fortius de istis nobilibus entibus, angelis scilicet, sequitur quod otiose essent in natura, si facti essent ut naturaliter omnia intelligerent, et non haberent a natura unde huiusmodi operationem explerent. Si igitur intelligerent omnia quae naturaliter possunt cognoscere per species, omnes illas species habuissent a con-

49–50 in intellectu] intellectui ELQRW 50 intellectu … obiecto] obiecto et intellectu LP ‖ gignatur] sumatur BMNP; signatur E 51 scilicet] *post* quomodo LW; *om.* EQR 52 simul] *om.* LW ‖ sit] *post* limitatae (*ll. 52–53*) BMNP 54 intelligendum] *om.* BM NP ‖ et] non *add.* BMNP; *om.* QR ‖ sed … quod] quia BMNP 56 sive[1] … ipse] *om.* L ‖ hoc] haec BMNP 60–61 aliam … unde] obiecti E ‖ aliam rem] alia LQRW 63 deinde] postea LQRW; secundo B 64 deinceps] de aliis LQRW ‖ observando talem] secundum L ‖ talem] *om.* EW 67 ipsi] *om.* LQR 69 angelo] in *praem.* BMNPQ (*sup. lin.* Q); *om.* E 70 ex] illo *add.* EQRW 71 3. Caeli] et mundi *add.* QR; *om.* ELW 72 naturalia] natura (n[a]) B; eis a natura EQR; eis L; ei W ‖ sic] igitur LW 73 de … sequitur] sequitur de entibus mobilibus L ‖ scilicet] *om.* EP QW 74 naturaliter omnia] *inv.* QR; omnia ELW 75 intelligerent] *post corr.* Q; intelligeret ERW; intelligere L 76 possunt] *post corr.* Q; potest ELRW ‖ habuissent] *post corr.* Q; habuisset LRW

71–72 Cf. Arist., *De caelo* 2, c. 8 (290a 29–32)

ditione. Cum igitur possint infinita cognoscere unum post aliud, sicut Deus potest facere, sequitur quod, cum nihil deficit eis unde cognoscant quodcumque, quod haberent actu infinitas species vel non tot quin plures. Hoc autem inconveniens est dicere de omni natura limitata.

12 3. Item unaquaeque species talis, eo quod est naturalis perfectio intellectus et habet essentialem ordinem ad obiectum, naturaliter et immediate inclinat intellectum secundum analogiam suae perfectionis in obiectum cuius est actualis similitudo. Igitur vel intellectus aeque et immediate et simul intelligeret omnia quorum haberet species, et ita simul infinita vel non tot quin plura (quod repugnat intellectui creato), vel nihil intelligeret umquam, eo quod non est dare rationem quare prius intelligeret hoc quam illud; et loquor de primo actu, super quem voluntas nihil facit, antequam elicitur. Nullo igitur modo debent poni huiusmodi species.

13 4. Item aut ponendo huiusmodi species ponis cum illis habitum scientialem concreatum angelo aut non. Si sic, superfluunt species, cum totum possit salvari per habitum, sicut supra patet; et secundum Philosophum 1. *Physicorum* numquam ponenda sunt plura, ubi totum potest salvari per unum vel per pauciora. Si non ponis habitum, tunc ex frequentia actuum circa ista materialia posset in angelo generari habitus scientialis et esset intellectus angeli, sicut noster, materialis, nec supremum intellectus nostri, quod habet perfici per habitum scientialem, esset infimum intellectus angeli; quod falsum est.

14 Et dicunt quod, si non esset alia ratio ad negandum species nisi ista sola, propter istam tenerent angelum per unum habitum omnia cognoscere, cum habitus

77 possint] possit ELRW 78 facere] simul *add.* BP ‖ deficit eis] sibi deficit EL QRW ‖ cognoscant] cognoscat ELQRW 79 haberent] habet ELQRW ‖ vel] et ELQRW 79–80 hoc … dicere] quod est inconveniens LQRW 80 limitata] si (igitur *add. in marg.* Q) huiusmodi operationem explerent QR (*sed del.* Q) 81 unaquaeque] unaquaque BEMQ; quaelibet LW 82 et] *om.* BLMNP 84 vel] *post* intellectus QR (*sed del.* Q) ‖ aeque … simul] aeque vel immediate et simul RW; aeque immediate et simul L; aeque et immediate simul B; simul et aeque immediate E 86 eo quod] quod E; quia BMNP 87–88 et … elicitur] *om.* ELW 88 elicitur] eliciatur QR ‖ debent] dicunt BP 90 superfluunt] superfluit MN 90–92 cum … pauciora] *om.* L 91 habitum] scientificum *add.* BMNP ‖ sicut] *om.* BMP ‖ supra patet] *inv.* QRW 91–92 et … pauciora] *om.* EW 91 Philosophum] Aristotelem QR 92 ubi … pauciora] etc. QR 93 posset] *post corr.* Q; possit ER; potest LW 94–96 nec … est] *om.* EW 95–96 quod … angeli] *om.* P 96 angeli] arguitur modo (mihi R) demonstrativo quod plurificatio individuorum sub eadem specie in natura angelica sit possibilis sic impossibile est speciem et individuum adaequari in suppositis saltem in potentia ut (quod R) patet ex utriusque definitione igitur (aliter R) necesse est ponere quod sub eadem specie saltem in potentia possunt esse plura individua alioquin species et (secundum *pro* species et R) individuum adaequarentur in suppositis tam actu quam potentia *add.* QR (*in marg. sup.* Q) ‖ quod … est] *om.* L 98 angelum … cognoscere] positionem de habitu L ‖ unum] suum BMNP

91 Cf. supra, n. 7 91–92 Cf. Arist., *Phys.* 1, c. 4 (188a 17–18); 1, c. 5 (189a 15–16); *Auct. Arist.*, n. 26 (ed. Hamesse, 141)

sine speciebus sufficiat, species autem non sine habitu. Haec est opinio fideliter quantum ad propositum facit.

5. Item haec opinio potest confirmari una ratione, quam tamen ipsi non faciunt: unus habitus numero sufficit in voluntate ad omnia diligibilia diligenda, puta caritas vel amicitia naturalis; igitur unus habitus sufficit in intellectu ad omnia cognoscibilia cognoscenda. Non igitur oportet ponere species.

⌈OPINIO SECUNDA⌉

Aliqui autem loquentes de cognitione angeli incidunt cum istis, ponentes angelos cognoscere per species innatas (et in hoc dissentiunt a prioribus), sed tamen ponunt superiorem angelum cognoscere per species magis universales quam inferiores, ita quod una species in superiori angelo sit plurium repraesentativa quam in inferiori (et in hoc incidunt cum opinione praecedente, sicut patebit in improbando dicta illorum).

Ratio autem istius opinionis est talis: omnis ratio repraesentativa, quanto est in subiecto simpliciori et immaterialiori, tanto universalius et plura repraesentat, sicut una species in intellectu plura repraesentat quam una species in sensu particulari materiali. Igitur cum angelus superior sit perfectior et actualior plus recedens a potentialitate quam inferior, sequitur quod species in superiori sit universalior, non per praedicationem, sed in repraesentando, propter maiorem abstractionem et simplicitatem et actualitatem, ut non sit ratio adaequata uni, sed ad plura se extendens, ubi in inferiori adaequatur uni.

⌈CONTRA OPINIONEM HENRICI⌉

Contra opinionem de habitu arguo primo sic: quod aliqua forma una numero sit distincte repraesentativa plurium genere et specie distinctorum, hoc est ex perfectione intrinseca ipsius formae. Probatur per hoc quod ideo essentia divina

---

99 non] sunt *add.* BMNPQ 101 una ratione] per unam rationem LW 101–102 quam … faciunt] quae est talis L ‖ faciunt] quae talis est *add.* QW 102 in voluntate] *om.* BE LQW 103 in intellectu] intellectui LW 105–110 aliqui … illorum] *om.* ELQW (*sed add. in marg. inf.* aliqui … inferiori, *ll. 105–109* Q) 111 istius] illius MNR; huius LW 112 simpliciori] simplici EMNW ‖ immaterialiori] immateriali PW; immutabiliori M; in meliori E ‖ universalius et] verius et universalius QRW 113–114 sicut … materiali] *om.* ELW 116–117 abstractionem … et²] simplicitatem abstractionem et QR; simplicitatem et LW; simplicem E 117 sed] exsistens *add.* BMNP 120 distincte] *om.* ELQW 121 intrinseca] *om.* ELW ‖ probatur … quod] quod probatur per hoc quia LW; probatur BMNP; probo *vel* probatio E

105–110 Cf. Th. Aq., *In Sent.* 2, d. 3, q. 3, aa. 1–3 (ed. Mandonnet, 2:112–22); *Summa theol.* I, q. 55, aa. 1–3 (ed. Leonina, 5:54a–59b); *Summa contra gent.* 2, c. 98 (ed. Leonina, 13:580a–582b); *De ver.*, q. 8, aa. 8–10 (ed. Leonina, 22:245a–253b)

una numero exsistens est distincte repraesentans omnia, quia est in se infinitae perfectionis. Tunc sic: quanto aliqua forma est perfectior in entitate sua et plures perfectiones includens, tanto est plurium distincte repraesentativa (ex propositione prius probata); sed essentia angeli est simpliciter perfectior forma et plures perfectiones includens quam habitus iste quem tu ponis, cum sit de genere qualitatis et in prima specie, ut tu ipse ponis; igitur multo magis essentia angeli erit sibi ratio cognoscendi distincte plura quam habitus iste; igitur superfluit habitus. Probatio minoris, quia essentia angeli includit perfectionem omnium inferiorum, scilicet esse, vivere et sentire, non sic autem habitus iste.

19 Sed respondet ipsemet implicite huic argumento quod, si esset sic, ut posuerunt quidam philosophi, de quorum numero fuit Avicenna, quod angelus supremus esset causa prima angelorum inferiorum, sicut Deus est causa omnium, necesse esset dicere quod angelus supremus per essentiam suam esset distincta ratio omnium aliorum et distincte cognosceret omnes per essentiam suam; sed non est sic. Nec essentia unius angeli assimilatur essentiae alterius nisi in natura communi generis aut speciei, et nullus assimilatur essentiis aliorum corporalium; et ideo non potest cognoscere per essentiam aliquid aliud a se nisi in universali et indistincte, cum non sit propria ratio singulorum.

20 Ex hac responsione arguo propositum quod impossibile est quod unus habitus sit distincta ratio plurium, quia per ipsum ad hoc quod unum aliquid sit distincta ratio plurium requiritur causalitas propria eorum, quod sit eorum causa et per consequens quod contineat ea virtualiter; et requiritur assimilatio maior quam generis vel speciei. Tunc sic: habitus quem tu ponis, cum sit limitati generis et speciei, quia in prima specie qualitatis, nec est causa propria omnium entium,

122 distincte … omnia] repraesentativa omnium distincte (distinctorum L) LW 122–123 quia … perfectionis] *om.* ELW 122 in se] *om.* QR 123 tunc] arguo *add.* LW 123–124 et … includens] *om.* ELQW 124–125 ex … probata] *om.* ELQRW (*sed add. in marg.* R) 125 simpliciter … forma] forma simpliciter perfectior R; forma perfectior ELQ; perfectior W 125–126 et … includens] *om.* QR 126 tu] *om.* LW 126–127 cum … ponis] *om.* (*hom.*) LW 127 magis] fortius BMNP; *om.* L 128 plura] vel omnia *add.* BMNPR ‖ iste] ille LPRW 128–129 igitur … minoris] *om.* LW 130 iste] ille LMRW 131 respondet … argumento] huic argumento (*om.* L) ipse respondet implicite LW ‖ argumento] articulo BNP 131–132 ut … Avicenna] *om.* Q 132 de … Avicenna] *om.* ELRW 133 prima] propria QR ‖ angelorum] aliorum BMNP; *om.* LW ‖ omnium] et contineret illos virtualiter sicut Deus est causa omnium *add.* BMNP 134 supremus] *om.* EL QRW 136 non … sic] non sic est BMNP; sic non est sic E 137 communi] communis BE MNP (*sed corr.* M) 138 aliquid aliud] aliud EQRW; aliquid L 138–139 in … indistincte] indistincte et in universali QR; indistincte LW; distincte E 139 cum … singulorum] non autem distincte *praem.* R; non autem distincte BNP; *om.* M 140 ex] contra *praem.* LW 141 plurium] omnium LQRW ‖ ad … unum] ut ELQW 142 quod] quae MN 143 ea] *om.* MN ‖ requiritur] quod sit *add.* LW 145 quia … qualitatis] *om.* ELW

123–125 Cf. supra, n. 17 131–139 Cf. Henr. Gand., *Quodl.* 5, q. 14 (ed. Parisiis 1518, 175D, 178V)

ut Deus, nec eiusdem speciei, immo nec generis, cum aliis; igitur si angelus cognoscat tantum per talem habitum, sua cognitio aliorum a se erit maxime universalis et confusa et indistincta, cum secundum te ideo non cognoscit omnia per essentiam nisi confuse et in universali, quia essentia sua non est causa aliorum nec convenit cum aliis nisi vel genere vel specie; et ideo non potest esse distincta ratio plurium, nescio quomodo aliquis responderet data responsione sua et causa responsionis.

Item quandocumque ad distinctam repraesentationem unius essentiae requiritur perfectio in repraesentante, ad distinctam repraesentationem illius et alterius requiritur maior perfectio in repraesentante, et per consequens ad distinctam repraesentationem non tot specierum et quidditatum quin plurium in infinitum requiritur infinita perfectio. Exemplum: si ad portandum hunc lapidem requiritur perfectio seu aliqua fortitudo, ad portandum hunc et alium requiritur maior perfectio, et per consequens ad portandum non tot quin plures requiritur fortitudo sine termino. Si igitur unus habitus repraesentaret intellectui naturaliter omnes quidditates, quae sunt vel esse possunt, in infinitum unam post aliam, quia angelus per unum habitum distincte omnes cognosceret unam post aliam et repraesentare unam sit perfectionis, sequeretur quod iste habitus unus esset virtutis infinitae, ita quod virtus sua non haberet terminum in actu, sicut nec quidditates rerum habent terminum actu quin semper in potentia possint multiplicari; nulla enim virtus accresceret habitui ex ipsis rebus, sed totam virtutem ex prima creatione haberet, unde sic repraesentaret distincte. 21

Nec valet instare quod una albedo posset esse similis infinitis albis, si essent, nec est maioris virtutis quam esse similis uni, quia non est ex perfectione albedinis quod sit similis pluribus, quia minima albedo potest esse similis tot sicut maior, sed hoc est ex positione extremorum, quod respectus similitudinis surgit. Sed si albedo, antequam essent alia secum, repraesentaret non solum albedinem, sed quamcumque quidditatem distincte, cum talis distincta repraesentatio sit ratione 22

147–148 universalis et] *om.* ELQW 149 confuse et] *om.* ELQRW 150 vel[1]] in BW; *om.* LR 153–154 unius … repraesentationem] *om.* (*hom.*) MW 153 essentiae] *om.* BP 154 in repraesentante] *om.* BP 156 specierum … quidditatum] specierum ELQW; *om.* R 158 seu … fortitudo] vel aliqua fortitudo EQRW; *om.* L 160 intellectui] *om.* ELQRW 161–163 unam … perfectionis] *om.* L 161 unam] una BMN 162 distincte omnes] distincti generis MN 162–163 et … perfectionis] *om.* EW 163 sequeretur] tunc *praem.* QR ‖ iste] ille EPRW 164–165 sicut … actu] *in marg.* Q 164 sicut] *om.* BP 165 terminum] in *add.* ELR ‖ possint] possent LMNP; possunt B 166 ex[1]] de BM NP ‖ prima] ipsa (*del.*) prima M; ipsa ELW 168 instare] dicere ELQW; vitare R ‖ una] *om.* ELW ‖ posset esse] possit esse BEMW; esset QR 169 esse] quod sit LW 170 maior] maxima LW 171 quod … surgit] *om.* E ‖ quod] quare LQ RW 173 quamcumque quidditatem] etiam quidditatem omnium (*add.* quamcumque R) EL QRW ‖ distincte] indistincte EQRW

perfectionis (patet in Deo), sequitur necessario quod esset maioris quam repraesentando unum tantum; et stat ratio.

23 Item omnis ratio cognoscendi una numero secundum essentiam potest habere unum obiectum primum adaequatum, quod primo cognoscitur; et ista ratio non est distincta ratio omnium aliorum, nisi in primo obiecto adaequato omnia alia virtualiter contineantur. Exemplum de Deo, quod in ipso est una ratio cognoscendi secundum essentiam a parte cognitionis, et habet obiectum primum adaequatum, scilicet essentiam divinam; et numquam esset distincta ratio aliorum, nisi in ratione illa et obiecto primo virtualiter continerentur omnia alia entia. Sed habitus quem ponis est una ratio cognoscendi secundum essentiam; igitur potest habere aliquod obiectum primum adaequatum quod contineat virtualiter omnia alia entia. Tale autem obiectum primum impossibile est dare, quod ponitur propter cognitionem rerum creatarum; et nihil creatum potest esse tale quod virtualiter contineat omnia alia ut causa eorum in esse et cognosci, vel si sic, illud ens, si ponitur, immediate per essentiam suam cognosceret omnia sine omni habitu.

24 Item ille intellectus, qui potest esse perfecta memoria unius obiecti, per hoc quod habet obiectum sibi perfecte praesens per aliquid in ipso, et potest non esse perfecta memoria alterius, non eodem formaliter est perfecta memoria huius et illius, quia si sic, tunc eodem formaliter esset perfecta memoria alicuius et non esset; sed intellectus quilibet creatus potest esse perfecta memoria unius obiecti habendo obiectum praesens per aliquid in eo et potest non esse perfecta memoria alterius; igitur non eodem est perfecta memoria utriusque.

25 Probatio minoris primo ex parte intellectus: nulla memoria creata est ex parte sua memoria perfecta alterius a se necessario, quia potest esse in potentia essentiali respectu obiecti cuiuslibet alterius a se; et sicut hoc, ita potest habere memoriam perfectam unius, non alterius, ut sit in potentia accidentali respectu unius obiecti, non respectu alterius. Similiter ex parte obiecti patet idem, quia non repugnat uni obiecto esse praesens intellectui per aliquid in intellectu alio obiecto non exsistente praesente; igitur non eodem est perfecta memoria utriusque; aliter simul esset praesens et non praesens. Non igitur intellectus angelicus est perfecta memoria plurium per aliquid unum in eo.

---

174 perfectionis] rei *add.* MNR; ut *add.* LW 174–175 repraesentando] repraesentare BM NP 175 et] sic BMNP 178 adaequato] in quo *add.* ELQRW 179 contineantur] continentur LQRW 179–182 exemplum … entia] *om.* ELW 182 virtualiter] *post* entia QR 184 virtualiter] et causaliter *add.* BMNP 185 tale … dare] sed impossibile est dare tale obiectum primum LW ‖ quod] quia LQR 187 omnia] *om.* BEMNP ‖ eorum] illorum EQ; aliorum W; rerum BMNP ‖ et] in *add.* EQR; vel BMNP 189 ille] iste BMNP 191 alterius … memoria[2]] *om.* (*hom.*) W ‖ eodem] eadem EL 193 potest esse] est LW 195 eodem] formaliter *add.* LW 196–197 nulla … sua] *in marg.* Q 196 nulla] enim *add.* LW 197–198 potentia essentiali] *post corr.* M; potentiali BNP 199 perfectam] *om.* EQR 200 quia] quod EW; quod quia L 201 in intellectu] intellectui BP

Item omnis memoria perfecta unica perfectione potest habere unum actum adaequatum sibi. Si igitur memoria angelica esset perfecta memoria omnium cognoscibilium per unum habitum, posset per illum habere unum actum adaequatum quo distincte intelligeret omnia cognoscibilia simul, sicut distincte habet illa in actu primo per unum habitum; et ita angelus simul intelligeret omnia cognoscibilia actu et distincte. 26

Probatio maioris: ex quo enim memoria est agens naturale et agens uno principio numero, non repugnat sibi, quantum est ex parte sui, actum adaequatum gignere in intelligentia, immo sibi competit, eo quod naturaliter agit et uno principio agendi, cuiusmodi est iste habitus, et quemcumque actum potest memoria gignere, potest intelligentia capere, cum sint penitus aequales secundum Augustinum 10. *De Trinitate.* Nec est aliqua repugnantia a parte actus. Sicut enim secundum te non repugnat habitui simul omnia distincte repraesentare, sic nec uni actui simul in omnia illa tendere, vel si est repugnantia ex parte una, et ex alia. 27

Item probo quod habitus iste, si ponatur, non repraesentet distincte aliqua, quia de ratione repraesentativi alicuius apud intellectum non est quod inhaereat intellectui secundum se (ideo in nobis non ponis species impressas in intellectu, sed tantum expressas obiective); sed de ratione habitus est quod inhaereat et facilitet; igitur alia est essentialis ratio habitus et principii repraesentativi. Non igitur repraesentat habitus, ut tu ponis. 28

Item aut iste habitus quem tu ponis est eiusdem rationis cum habitibus scientialibus in nobis aut non. Si non, tunc abuteris nomine et, quod tu vocas habitum, 29

206–208 sibi … adaequatum] *om.* (*hom.*) B 207 cognoscibilium] perfectionum LW 208 simul] actu et distincte QR 208–209 sicut … habitum] *om.* ELW 209 simul intelligeret] *inv.* EQR 210 actu … distincte] *ante* intelligeret (*l. 209*) LW 211 memoria] *om.* LW 211–212 uno principio] unum BMNP 212 quantum … sui] *om.* EL QW 213 in] *om.* ELW ‖ intelligentia] intellectiva N; intelligibilia M; intellectu QR 214 iste habitus] *inv.* BMNP 215 intelligentia] intellectus QR; intelligentiam L 216 10] 4 BMNP ‖ a parte] *om.* BMNP 218 illa] alia W; *om.* BMNP 219 alia] nec valet instare de sole quod non potest habere unum actum adaequatum sibi nec aliquod unum producibile quia non est dare materiam dispositam ad unum producibile adaequatum et ideo secundum diversitatem materiae diversos effectus non adaequatos producit sed si esset materia quae nata esset totam virtutem solis capere uno actu adaequato sibi produceret producibile adaequatum sed in proposito intellectus (intellectiva R) est dispositus (disposita R) ad totam virtutem memoriae capiendam (capiendum R) ut quantum potest uno principio producere tantum potest (possit R) capere quare etc. *add.* QR (*in marg. inf.* Q) 220 ponatur] ponitur EPQRW ‖ repraesentet] repraesentabit LQRW ‖ distincte] *post* aliqua LQR; *om.* EW 222 intellectui] *om.* BMNP ‖ species impressas] speciem impressam LW 224 essentialis] essentialiter LW 224–225 habitus … ponis] principii repraesentativi et ratio habitus igitur etc. LW 226 iste] ille ELPRW ‖ tu] *om.* LW 226–227 scientialibus] aliis *add.* BMNP 227 tu] *om.* ELW

215–216 Cf. Aug., *De Trin.* 10, c. 12, n. 19 (CCL 50, 332; PL 42, 984)

debet vocari species, et sic una specie omnia intelligit angelus. Si sic, cum habitus scientialis sit habitus conclusionis demonstratae immediate, si sit repraesentativus alicuius immediate, repraesentabit aliquam conclusionem complexam. Quomodo igitur intelligit simplicia et incomplexa non nisi speciebus? Igitur praeter habitum oportet ponere species; quod tu negas.

30 Item ex hoc quod tu dicis, quod habitus iste propter essentialem ordinem et respectum ad obiectum habet obiectum praesens in ratione obiecti, sequitur quod, cum habitus essentialis in nobis essentialiter dependeat ab obiecto, quia causatur ab eo, habet obiectum semper praesens, splendens in ipso. Igitur generato habitu in nobis non requiritur nova conversio ad phantasmata nec abstractio nova; cuius oppositum tu dicis in hac quaestione supra.

31 Item difficile est videre illum essentialem respectum ad obiectum, a quo non poterit habitus absolvi secundum te, cum habitus non causetur ab obiecto nec dependeat ab eo sicut effectus a causa, cum praecesserit obiectum in esse, immo magis est mensura obiecti et praesentia obiecti dependet ex habitu, ut respectus sit in obiecto, non in habitu; et per consequens habitus non habet respectum.

32 Item, quod tu dicis arguendo quod habitus ille inclinat intellectum in intelligibilia repraesentata ordine quodam, non immediate et aeque primo in omnia, ut sic non sit necesse quod intellectus intelligat omnia simul vel nulla, et tamen species plures, si essent in intellectu angeli, quaelibet aeque primo inclinaret intellectum in obiectum suum cuius esset propria similitudo, videtur omnino inconvenienter dictum, quia si distinctio vel differentia plurium excludit omnem ordinem in repraesentando, multo fortius unitas et indifferentia formae repraesentantis excludet omnem ordinem, cum ordo de se importet differentiam et consistat in differentia plurium et non in unitate. Igitur si habitus unus repraesentet omnia illa, repraesentabit sine ordine immediationis et mediationis, ubi pluralitas specierum ordinem habebit in repraesentando.

33 Item si habitus prius inclinaret in unum quam in aliud secundum ordinem numerorum, quantum est de se, ut dicis, tunc intellectu exsistente in actu respectu primi, si voluntas impediret intellectum, ne ferretur immediate in illud ad quod

228 debet] deberet BMNP 229 demonstratae immediate] adaequate (et *add.* N) immediate EN; de necessitate immediate BMP; de necessitate LW 233 iste] ille LPRW 234 habet … obiecti] *om.* EW 235 essentialis] scientialis QR (*post corr.* Q); *om.* L ‖ essentialiter] *om.* EW 236 eo] ipso et essentialiter dependet ab eo BMNPR ‖ semper praesens] *inv.* BMNP 240–241 nec … causa] *om.* ELQW (*sed add. in marg.* Q) 242 et … habitu] *om.* ELW 245 quodam] quod NQR ‖ immediate et] *om.* ELW ‖ in omnia] *om.* BMNP 247 quaelibet] quaeque B; quilibet EP ‖ intellectum] *om.* ELQW 251–252 cum … unitate] *om.* ELQW 251 importet] importat BPR 252 et … unitate] *om.* R 253 immediationis … mediationis] immediationis M; *om.* ELW 255–256 secundum … se] *om.* ELQW 256 tunc] in *add.* BMNP 256–257 respectu primi] respectu illius primi MNP; respectu illius B; praesentialiter E 257 ne] non LW

233–234 Cf. supra, n. 9

habitus secundo inclinat, trahendo intellectum et utendo specie per imperium ad aliud cognoscendum ab illo ad quod habitus secundo naturaliter inclinat, violentaret illum habitum utendo ipso contra propriam inclinationem quae ordine naturali sibi competit; et ita talis cognitio esset violenta.

Multa alia possent fieri, sed transeo. 34

⌈CONTRA OPINIONEM SECUNDAM⌉

Contra opinionem secundo positam pono talem rationem: angelus infimus cognoscit per tot species quot sunt quidditates rerum, sed superior per pauciores species cognoscit omnes istas quidditates. Tunc ascendatur in perfectione et fiat angelus perfectior; ille cognoscit per pauciores quam praecedens. Et sic esset dare aliquem angelum de possibili qui omnia distincte cognosceret per unam speciem; quod est aeque impossibile sicut per unum habitum. 35

⌈OPINIO TERTIA⌉

Alia est opinio probabilior, quod angelus cognoscit distinctas res per distinctas similitudines, non receptas a rebus, sed influxas angelo a conditione sua ab ipsis rationibus idealibus in Deo. Et quia ponunt Deum habere tantum ideas specierum, quae sunt distinctae rationes quidditatum et singularium, ideo ponunt Deum influere angelo tantum ideas quidditatum rerum et specierum, quae tamen sunt rationes cognoscendi quidditates et singularia, postquam fuerint in effectu, quia illa quae est species quidditatis absolutae nullo exsistente particulari sub ipsa, est distincta ratio particularis, postquam fuerit, propter distinctam et actualem relationem quam habet ad singulare; et ita angelus nullam speciem recipit a rebus, sed tantum a Deo ex prima conditione. 36

Pro confirmatione huius opinionis arguunt sic: 37

1. Secundum Dionysium *De divinis nominibus* cap. 8 angeli non colligunt cognitionem ex sensibilibus; igitur non cognoscunt per receptionem.

258 trahendo] trahente L ‖ utendo specie] utendo (utente L) ipso LW; intelligendo specie BMNP; intendendo speciem E 259 naturaliter] supernaturaliter BMNP 260–261 quae … competit] *om.* L 261 competit] convenit BMP; contingit B 263 secundo … rationem] secundam arguo L ‖ rationem] instantiam QRW 265 cognoscit] *om.* MN (*sed add. in marg. post* quidditates M) 268 quod] quae MNW 269 alia] opinio beati Thomae *annot. in marg.* L 270 conditione] creatione BMNP ‖ sua] *ante* conditione LW; *om.* BEMNP 271–277 et … singulare] *in marg. sup.* Q (*multa verba non leguntur margine corrupto*) 274 fuerint] fuerunt EW; fiunt BMNP (*post corr.* P); *legi non potest in* Q ‖ quia] quare LW 276 fuerit] fiunt MN 277 singulare] positum in effectu *add.* QR ‖ a] ab ipsis BMNPR 279 pro … arguunt] et confirmationem huius opinionis arguo R; istud declarant primo LW 280 cap. 8] *om.* LW 281 sensibilibus] *vel* sensibus (ss^{bus}) P; sensibus BMNW (*sed corr.* W)

269–344 Cf. Th. Aq., *In Sent.* 2, d. 3, q. 3, a. 3, resp. (ed. Mandonnet, 2:119–21); *Summa theol.* I, q. 55, a. 2 (ed. Leonina, 5:56a–b); *Summa contra gent.*, 2, c. 96 (ed. Leonina, 13:571a–572b); *De ver.*, q. 8, a. 9 (ed. Leonina, 22:248a–251b) 280–281 Cf. Ps.-Dionysius, *De div. nom.*, c. 7 (ed. Chevallier, 388)

38 2. Item angeli magis excedunt inferiora quam corpora superiora excedunt inferiora; sed corpora superiora propter sui nobilitatem non recipiunt aliquam impressionem a corporibus inferioribus; igitur multo minus intellectus angelicus aliquid recipit a rebus per quod cognoscat.

39 3. Item ab extremo ad extremum non pervenitur nisi per medium. Sed inter esse speciei in medio et esse speciei in intellectu est esse speciei in virtute imaginativa; sed in angelo non est aliqua virtus imaginativa; igitur angelus non potest aliquam speciem a medio recipere.

40 4. Item angelus, cum habeat similitudines specierum a principio, si species reciperet, hoc non esset nisi propter distinctam cognitionem particularium extra. Sed ex tali receptione non sequitur distinctior cognitio quam per speciem innatam, quia antequam illa species reciperetur in intellectu, abstraheretur ab omni condicione materiali et individuali, et ita esset species aeque universalis sicut species innata. Quare frustra ponitur talis receptio.

41 5. Item qua ratione reciperet speciem a Socrate propter distinctam cognitionem eius, reciperet speciem a Platone. Et cum species duorum singularium eiusdem speciei sint eiusdem rationis, sicut et individua quorum sunt similitudines, duo accidentia eiusdem speciei essent in eodem subiecto; contra Philosophum 5. *Metaphysicae*, qui dicit quod, quaecumque in eadem substantia entia differentiam habent, differunt specie (capitulo de contrariis).

42 6. Item operari praesupponit esse, igitur modus operandi modum essendi; sed modus essendi angeli nullam inclinationem habet ad corpus; igitur nec modus eius operandi. Nullam igitur abstractionem habet circa corpus, ut aliquid ab eo recipiat sicut intellectus coniunctus corpori, sed suam perfectionem intellectualem recipit immediate a Deo. Haec ratio Thomae pro pede ⟨art.⟩ 281 ⟨1.⟩ parte ⟨*Summae*⟩.

43 7. Item nihil debet poni in natura ad quod sequitur aliquid superfluum vel inane; sed si ponitur angelum recipere a singulari speciem, hoc sequitur; quare non debet poni. Probo, quia eadem species numero quae repraesentat hoc singulare, perfecte repraesentat naturam singularis, sicut quod repraesentat hunc hominem, reprae-

282–283 inferiora[1] … nobilitatem] quam corpora inferiora quia superiora sed superiora L 282 inferiora[1]] corpora omnia EQRW 284–285 multo … cognoscat] etc. LW 290 specierum] rerum LW 295 quare] igitur LRW; qua E ‖ ponitur talis] esset huiusmodi (ibi L) LW 302–305 modum … recipiat] *om.* B 303 igitur nec] *inv.* MNP 304 eius] est MN (*sed del.* M) ‖ circa] ad QR (*sed corr. in marg.* Q) 305–307 sed … Summae] igitur etc. L 306–307 art. … Summae] *cf. infra*, *d. 7*, *l. 65*; 281 parte EQ; 281 pro BMNP; 28 parte 1 R; *om.* W 308 aliquid] aliquod BELQR ‖ vel inane] *om.* LW 309 angelum] angelus BMNP ‖ hoc sequitur] *ante* si LW 309–310 quare … poni] *om.* LW 310 probo] probatio assumpti BMNP 311–312 repraesentat hominem] repraesentat B; *om.* MN

299–301 Cf. Arist., *Metaph.* 5, c. 10 (1018b 1–7) 302–307 Cf. Th. Aq., *Summa theol.* I, q. 55, a. 2 (ed. Leonina, 5:56a), scilicet art. 281, si pernumeres articulos

sentat hominem; igitur recepta specie singularis omnino superfluit species innata praecedens. Ex quo enim species singularis perfecte repraesentat singulare et naturam in singulari, superfluit alia species quantum ad repraesentari et quantum ad esse.

8. Item video quod, si angelus abstraheret aliquam speciem a singulari extra, per illam distincte cognosceret illud singulare. Ponatur illa species manere in intellectu et destruatur individuum a quo speciem abstraxit. Si tunc illud singulare redeat idem numero potentia divina, per istam speciem retentam potest illud individuum perfecte cognoscere sine nova receptione. Igitur sic cognosceret illud individuum, si a conditione fuisset illa species eadem sibi innata; quare non oportet ponere talem receptionem. 44

9. Item hoc persuadent tali exemplo: si species recepta in sensu particulari posset manere in absentia sensibilis, numquam reciperetur in oculo nisi una species albedinis et per illam cognosceret quamcumque albedinem sibi oblatam. Igitur multo magis angelus per speciem naturae specificae impressam potest cognoscere quodlibet singulare contentum sub specie; sed non nisi propter distinctam cognitionem particularium ponitur huiusmodi species abstrahi; quare non oportet etc. 45

Dicunt igitur isti propter has rationes fundamentales quod angelo concreatae sunt species omnium rerum secundum speciem; et ideo finitae species sunt eis concreatae, sicut finitae sunt species in universo. Et illa species quae repraesentat naturam rei, puta albedinem, repraesentat etiam hanc albedinem. Tamen intelligendum est quod species illa, quantum est de se, primo et immediate repraesentat naturam, ita quod per illam, ut innata est, cognoscit quidditatem rei, non ut praesentem in exsistentia nec ut absentem nec ut praeteritam vel futuram, quia omnia ista sunt extra naturam rei repraesentatam in specie et extra rationem speciei; sed quod cognoscat hoc singulare, accidit ex hoc quod ad positionem singularis in esse consequitur ipsam speciem quaedam nova habitudo, et per hoc fit species similitudo huius individui et ducit intellectum distincte in hoc singulare, et sic de habitudine consequente positionem alterius individui, ut nihil absolutum adveniat angelo vel speciei, ex hoc quod species quae primo repraesentavit tantum 46

312 singularis] singulari BMNP 316 singulari] singularibus LW 317 ponatur] ponitur EMNR 318 destruatur] illud *add.* LW ‖ abstraxit] *post corr.* Q; abstrahit BMNPR 319–320 potest … cognoscere] potest illud individuum perfecte cognosci LR; illud individuum perfecte cognosceret W; potest illud individuum perfecte cognosceret E 320–322 igitur … receptionem] *om.* ELW 320 igitur sic] quare sic R; quia sic BMP (*sed* quia *corr. in* et P); sicut (*post corr.*) Q 321 conditione] creatione BP 323 tali] et in E; *om.* LQW 331 species[2] … eis] eis sunt species NP; sunt eis species B; species sunt L; eis sunt M 333 etiam] et EMW; *om.* N ‖ tamen] et *praem.* Q; et ideo E; et non W 337 repraesentatam] repraesentata M; repraesentativa B; repraesentatae QR; repraesentatum W ‖ et … speciei] *om.* L ‖ extra[2]] *om.* EQR ‖ speciei] similiter *add.* EQRW 340–343 et[2] … singulare] *om.* (*hom.*) Q 342 species … primo] species quae prius LW; sensus qui prius E ‖ tantum] *post* absolutae (*l. 343*) ELW

naturam rei absolutae, modo repraesentat naturam in singulari et ipsum singulare. Haec est positio et modus ponendi probabilis.

[CONTRA OPINIONEM TERTIAM]

47 Contra istam opinionem, et incipio ubi opinio dimittit, quia haec est praecisa ratio quare angelus per unam speciem naturae specificae intelligit singulare quodlibet illius speciei distincte, cum fuerit in actu, quia illa species fit earum propria similitudo per imitationem singularium per hoc quod habet relationem actualem ad illa. Si haec est ratio bona, tunc sequitur quod, si habeam speciem rosae in intellectu et natura producat in orto hanc rosam singularem, statim cognoscam hanc rosam distincte secundum propriam rationem suae singularitatis sine aliqua nova receptione; consequens falsum, igitur antecedens. Experitur enim quilibet quod, si non recipiat aliquid ab illa rosa producta – et tamen actualis habitudo est et similitudo speciei quam praehabuit ad illam rosam –, non aliter cognoscit eam, cum est, quam ante cognovit. Igitur eodem modo est de angelo. Necesse est igitur dicere quod angelus aliquid recipiat ab hac rosa producta ad hoc quod ipsam distincte cognoscat.

48 Sed forte diceret aliquis secundum aliam opinionem quorundam, scilicet Bonaventurae, quod angelus cognoscit rosam per applicationem speciei universalis ad hoc.

49 Contra: qui applicat aliquid alicui actu cognitivo, praecognoscit illud cui fit applicatio; aliter ignorando applicat et a casu est, si bene applicat vel male. Et ita angelus vel praecognosceret singulare illud, et tunc quaeritur quomodo, ut prius; vel si non, casualiter applicat et casualiter cognosceret singulare et non certitudinaliter cognosceret singulare et ita frequenter deciperetur, quod nihil est dictu.

---

343 naturam[2]] *del.* N; *om.* M 345 quia] scilicet quod LW 347 fit] *vel* sit EQRW; *vel* fuit MN; fuit BP; sit L 348–349 per[1] … illa] *om.* LW ‖ per[2] … illa] *om.* EQ 349 tunc] *om.* LW ‖ habeam] habeas LW; habeat E 350 intellectu] meo *add.* QRW; tuo *add.* L 351 distincte] et *add.* BEMNP ‖ suae singularitatis] *ante* propriam QR 353 producta] signata BEMNP 353–354 et … rosam] *om.* ELW 354–355 non … cognovit] *del. hic addens in marg. ante* et (*l. 353*) Q; *ante* et (*l. 353*) R 355 angelo] et certi *add.*, *sed del.* Q; etc. *add.* E; etc. hanc rationem ego pondero ponderatis circumstantiis rationis *add.* BMNP 355–356 necesse … quod[1]] igitur L 356 est] esset BMP; esse N ‖ rosa] facta et *add.* BMNP ‖ producta … quod[2]] ut L 357 ipsam] eam LW; ipsamet (ipsam P) singulariter et BMNP 360 hoc] hanc LW 361 alicui] aliquo *add.* EW; obiecto *add.* L 362 ignorando] ignorans BP; ignorantiam M; *spat. vac. quinque litt.* N 363 angelus … praecognosceret] angelus praecognosceret LW; oportet angelum praecognoscere BM NP 364 casualiter[2] … et[2]] *om. (hom.)* ELQW 365 deciperetur] decipietur BMNP

358–360 Cf. Bonaventura, *In Sent.* 2, d. 3, pars 2, a. 2, q. 1 (ed. Quaracchi, 2:120b)

Item pono quod angelus habeat speciem hominis innatam vel rosae. Producantur simul a natura plures rosae particulares, mille vel duo milia; ad omnes istas haberet illa species innata actualem habitudinem et aequaliter penitus se haberet ad omnes istas. Aut igitur ratione aequalis habitudinis cognosceret omnes simul distincte sub propriis rationibus earum vel nullam illarum; et loquor de actu cognoscendi primo ante actum voluntatis. Non omnes simul, quia non cognoscit actu et simul plura ut plura; igitur nullam. Aliam igitur causam oportet dare actualis cognitionis illarum quam talem habitudinem speciei ad illas, quia omnino uniformiter assimilatur species cuilibet rosae et e converso illae rosae uniformiter assimilantur similitudini; si tamen debeant dici illi assimilari, sed uniformiter se habent ad illam et illa inclinat naturaliter intellectum, igitur cognosceret quamlibet distincte vel nullam. 50

Item actualis volitio vel cogitatio hominis et angeli est una species perfecta in genere entium. Aut igitur angelus habet speciem innatam illius cogitationis aut non. Ex quo est per se cognoscibile ab angelo et non per discursum, quia nihil intelligit per discursum, oportet dicere quod habet speciem eius innatam. Et tunc sequitur quod posita cogitatione hominis in actu vel alterius angeli, cum statim species in angelo alio sit similitudo illius propter relationem realem quam habet species ad illam, quod angelus tam bonus quam malus illam cogitationem cognoscat statim. Et ita nulla cogitatio nostra lateret angelum nec cogitatio unius angeli lateret alium; quod manifeste falsum est. Igitur sequitur quod talis assimilatio quam ponis non sufficit ad distinctam cognitionem particularem de hac cogitatione particulari vel singulari determinato, si non habet speciem huius cogitationis. 51

367–368 producantur … milia] producantur simul a natura mille rosae particulares W; ponatur quod mille rosae simul producantur L 368 omnes] igitur *add.* LQW 369–370 et … istas] *om.* ELW 371 sub … earum] *om.* L ‖ rationibus earum] rationibus eorum QR; relationibus et distincte E ‖ vel] aut BMNP ‖ illarum] *om.* LW 371–372 et … voluntatis] *ante* vel (*l. 371*) QR; *om.* ELW 373 igitur[1] … dare] igitur nullam oportet dare aliam causam LW; igitur nullam aliam igitur causam aliam (*in marg.* P, *post* dare E) oportet dare EPQ (igitur nullam aliam *del.* Q) 375 rosae[1]] *om.* BEMNP 375–376 illae … similitudini] *om.* L 375 illae rosae] *om.* EM 376 similitudini] speciei BP; *om.* QR ‖ debeant] debeat BM; debet E ‖ sed] si M; sed si ELQW (sed *del.* Q) 377 illa inclinat] ita inclinant QR 379 volitio … cogitatio] cognitio vel volitio LW; cognitio vel cogitatio EQ 380 speciem innatam] species innatas ELQRW 381 ab] *om.* EQRW; pro L 381–382 quia … discursum] *om.* (*hom.*) LQR 383–385 cum … illam[1]] *om.* QR 384 illius] eius ELW 386 cognoscat] cognosceret LW; cognoscit E ‖ statim] *om.* BMNP ‖ ita] *om.* EQ ‖ nostra] mea BN; in ea M; *om.* ELQW 387 manifeste] *om.* LW ‖ sequitur quod] *om.* LW 389 hac] *om.* BMNP 390 cogitationis] cum (tunc quae R) cogitatio illa (*om.* R) sit ab angelis cognoscibilis secundum se etiam directe (*spat. vac.* R) sine discursu potest ab illa cogitatione (intentione R) speciem recipere cum cogitatio affertur (offertur R) ei in tali dispositione ut ab ea (eo R) abstrahere possit *add.* QR (*in marg. inf.* Q)

52 Et si dicatur quod habet speciem repraesentantem velle et hoc cognoscit perfecte, scilicet velle absolutum, sed in applicando speciem ad hoc velle determinatum non est certitudo, et ideo non certitudinaliter cognoscit hoc ut hoc, contra: hoc est propositum, quod per speciem quidditatis absolutae non habet certam cognitionem huius singularis, sed casualem tantum et coniecturalem; et ideo, si certitudinaliter debeat ipsum cognoscere, sicut potest, sicut et nos, necesse est eum mutari ab isto singulari secundum se; et hoc est propositum.

53 Item si nihil reciperent a rebus, nihil posset ab eis abscondi, cum essent in actu, quia similitudo in mente angeli statim esset propria ratio rei positae in esse propter realem relationem eius ad rem singularem positam. Cuius oppositum dicit Chrysostomus *Super Matthaeum* homilia 6: "angelus bonus, cum vult, abscondit se, invisibilem se reddens apud diabolum, quoniam nisi voluerit angelus bonus, a diabolo non videtur".

54 Item si talis habitudo speciei innatae ad rem singularem positam cognoscendam sufficeret, igitur nulla distantia localis impediret cognitionem angeli, et tunc angelus in inferno cognosceret quodcumque distincte in terra, et similiter angelus in caelo; igitur ratione cognitionis ubique esset, sicut Deus, et frustra moveretur de loco ad locum propter aliquam cognitionem novam habendam.

55 Item si angelus nihil recipit a rebus, ut rem distincte secundum singularem eius proprietatem cognoscat, tunc quaero an angelus habeat tot species unius rei, quot modis ipsa res variatur secundum se in effectu, an tantum unam. Si primum detur, tunc habet innumerabiles species unius singularis, cum contingat ipsum innumerabiliter variari secundum sua accidentia. Si unam tantum, aut igitur variabilem aut invariabilem. Si invariabilem, numquam perfecte cognoscit ipsam rem per talem speciem, nisi quando res est in illa dispositione invariabili quam

391–397 et[1] … propositum] *om.* ELW 392–394 determinatum … hoc] de B 393 non[2]] *om.* MNP (*sed add. sup. lin. post* certitudinaliter P) 395 coniecturalem] coniecturaliter BP ‖ ideo] *om.* QR 397 eum] ipsum QR ‖ mutari] immutari PQR 398 reciperent] reciperet ELW 399 similitudo … esse] *om.* B ‖ in esse] in eo EW; *om.* L 400 propter … positam] *om.* ELQW 403 videtur] videbitur LW 404–405 positam … sufficeret] sufficeret etc. ELQRW 405 igitur] et cum tunc R; cum igitur L; *om.* E ‖ nulla … localis] distantia localis non ELQW ‖ angeli] cum species sit similitudo rei singularis positae in esse *add.* BMNP; sicut nec impedit quin species sit similitudo rei singularis positae in esse *add.* R; *om.* ELW 406–407 terra … caelo] caelo et in terra et similiter angelus in caelo W; terra et in caelo EQR; caelo L 408 novam] de novo MN 409–410 ut … cognoscat] *om.* L 409 distincte] *om.* EQW ‖ singularem] singulam BMNPW 411 variatur … effectu] variatur in effectu E; in effectu variatur LQW 412 detur] *om.* LW ‖ innumerabiles] sive (seu BP) infinitas *add.* BMNP 413–414 variabilem] secundum variationem rei *add.* BMNP 414 numquam] vere et *add.* BMNP 415 invariabili] *om.* ELW

401–403 Ps.-Ioan. Chrysostom., *Opus imperf. in Matth.*, hom. 5 (PG 56, 671)

illa species repraesentat. Si habeat speciem variabilem secundum mutationem rei, eadem ratione erit de specie alterius rei. Igitur necesse est fieri innumerabiles mutationes in angelo secundum species, sicut fiunt in rebus extra.

Item species concreatae angelo sunt in aliquo numero determinato. Cum igi- 56
tur angelus possit cognoscere ultra quemcumque determinatum numerum, cum possit cognoscere quamcumque speciem numeri et ultra omnem numerum determinatum sit aliqua numeri species, si nihil posset cognoscere nisi per species concreatas, per speciem unam posset plura specie cognoscere, immo quasi infinita, immo non tot quin plura; quod falsum est, cum nulla res limitatae perfectionis possit esse distincta ratio omnium vel plurium specie distinctorum, ut patet supra.

⌈OPINIO PROPRIA⌉

Ad quaestionem aliter dicendum quod circa haec duo intendo facere: primo 57
volo ostendere differentiam inter habitum scientialem et speciem quae est ratio intelligendi; secundo ex hoc ultra descendendo ad propositum declarandum est quomodo angelus potest intelligere per species receptas a re extra.

⌈DE DIFFERENTIA INTER HABITUM SCIENTIALEM ET SPECIEM QUAE EST RATIO INTELLIGENDI⌉

De primo dico quod species proprie dicta est similitudo rei et intellectui ratio 58
intelligendi, non ex parte potentiae, ut ratio elicitiva actus, ut prius dictum est lib. 1 dist. 3, sed a parte obiecti. Et ideo, licet species intelligibilis inhaereat intellectui et aliquando firmetur et sit mansiva, ut in intellectu angeli, hoc tamen accidit ei, pro eo quod species rei eiusdem rationis est in intellectu angeli et nos-

416 repraesentat] et ita necessario plus ignorabit de illa re quam cognosceret quod est inconveniens *add.* BMNP ‖ si] vero *add.* BMNP ‖ habeat speciem] *om.* LW ‖ variabilem] mutabilem BEMNP 416–417 mutationem rei] rei variationem LW 417 rei[2]] speciei QR 418 species] speciem BE ‖ fiunt] sunt L; fit *vel* fuit B; fit E; fuit W 419 numero] finito et *add.* BMNP 420–421 cum … numeri] *om.* ELQRW 421 quamcumque … numeri] *om.* N 421–422 et … cognoscere] *om.* N 422 posset] possit BE LP; potest M 423 specie] *del.* Q; *om.* R ‖ cognoscere] *om.* BEMP 423–424 quasi … immo] quasi infinita quia N; quasi infinita BMP; *om.* (*hom.*) ELW 424 plura] cognosceret *add.* BMNP ; cognoscere *add.* E ‖ res limitatae] res immutabilitate MN; realitate E 425 distinctorum] distinctarum BMNPW (*corr. ex* distributarum W) 426–427 aliter … ostendere] igitur aliter respondeo et primo ostendam W; igitur respondendo primo ponam L 427 scientialem] proprie dictum *add.* BMNP 428 secundo … propositum] secundo ultra descendendo ad propositum EQW; secundo ex hoc ultra R; et tunc L ‖ declarandum est] declarabo LW 429 potest intelligere] intelligit LP ‖ receptas … extra] a rebus extra receptas LW 430 dico] *om.* EQRW ‖ et] rei repraesentativa ut *add.* BMNP; repraesentativa et *add. in marg.* Q 432 lib. … 3] *om.* ELW

419–424 Fere sumpta ex Rich. de Med., *In Sent.* 2, d. 3, a. 6, q. 2 (ed. Brixiae 1591, 2:63b–64a) 424–425 Cf. supra, n. 21 430–432 Cf. Rob. Cowton, *In Sent.* 1, d. 3, q. 5 (cod. Oxford, Merton College 117, f. 40ra)

tro; accidit autem speciei in nobis quod firmetur, immo ut plurimum est labilis et transitiva. Quod etiam inhaeret, hoc accidit inquantum similitudo, quia si exprimeretur tantum intellectui sub ratione immaterialis, ita repraesentaret et esset ratio intelligendi a parte obiecti, sicut cum inhaeret. Habitus autem essentialiter inhaeret tamquam facilitativum et determinativum potentiae ad actum, ut prompte et expedite actum eliciat, nec est ipsius habitus repraesentare obiectum. Alioquin in nobis generato habitu omnino ultra non abstraheremus species a rebus quarum haberemus habitum; cuius oppositum experimur.

59 Item habitus proprie dictus generatur ex actibus elicitis (2. *Ethicorum*); actus autem elicitus praesupponit praesentiam obiecti. Praesentia autem obiecti non habetur nisi vel in se secundum suam exsistentiam vel in specie. Species igitur in ratione causae praecedit habitum, sicut in ratione causae praecedit actum quantum ad formationem actus. Igitur sequitur necessario quod habitus et species non sunt idem.

60 Item si dicas quod species firmata in intellectu sit habitus, contra: quaero a te quid intelligis per firmationem: aut inhaerentiam maiorem in subiecto aut aliquid absolutum? Si primum, cum inhaerentia non sit nisi respectus tantum fundatus super rem absolutam, ponis quod actus intelligendi multiplicati non causant nisi respectum tantum, et ita quod respectus sit novus sine novo absoluto; quod est contra principia tua. Item in potentiis appetitivis, ubi vere generatur habitus, non generatur respectus tantum ex actibus, sed aliquid absolutum; igitur similiter in intellectu. Si generent aliquid absolutum, aut aliud absolutum ab ipsa specie generata, et tunc habetur propositum, aut idem absolutum quod est species, et tunc idem manens non interruptum bis generatur; quod est impossibile. Si dicas quod non generant respectum nec aliquid absolutum, sed augent speciem, et sic firmatur et intenditur et fit habitus, contra: secundum Philosophum 2. *Ethicorum* ab eadem causa generatur aliqua forma primo et postea intenditur; sed species

435 plurimum] planum BP 436 transitiva] transitoria EPQR 437–438 tantum … inhaeret] *om.* E 437 intellectui] *om.* LW 438 cum] si LQW 439 facilitativum et] *om.* ELQW 440 et expedite] *om.* EQR 442 haberemus] habemus QRW 445 vel[1]] *om.* EQ ‖ secundum … exsistentiam] nude (*in marg.* Q) secundum exsistentiam QR; *om.* ELW 446–447 sicut … actus] *om.* ELW 447 igitur] cum nihil sit causa sui ipsius *add.* BMNP 449 item] *om.* LW ‖ a te] *om.* LW 450 intelligis] inte[r-] N; intelligit EL ‖ aut[1]] solam *add.* BMNP 451–452 fundatus] *om.* BMNP 452 non] nihil EQRW 453 nisi] relationem vel *add.* BMNP 455 absolutum] ut virtus in prima specie qualitatis *add.* BMNPQ (*in marg.* Q) 456 generent aliquid] *om.* LW ‖ absolutum[1]] ipsius actus *add.* BMNP 457 generata] *vel* genita Q; genita LPW ‖ propositum] quod habitus et species secundum absoluta differant *add.* BMNP ‖ aut] generant *add.* BMNP ‖ absolutum] *om.* LW 459 respectum … absolutum] absolutum nec respectum LW 459–460 et … habitus] *om.* QR 460 intenditur … habitus] nutritur et fit habitus W; fit habitus E; intenditur species L

443 Cf. Arist., *Eth. Nic.* 2, c. 1 (1103b 21–22); *Auct. Arist.*, n. 26 (ed. Hamesse, 234) 460–461 Cf. Arist., *Eth. Nic.* 2, c. 2 (1104a 27–29)

generabatur a re et intellectu agente; igitur si species umquam augetur, hoc est ex obiecto et intellectu agente.

Item quandocumque aliquod agens est naturale et patiens naturale dispositum, 61
si agens approximatur patienti et non impeditur, causat effectum sibi adaequatum. Tale agens est obiectum et intellectus agens respectu speciei causandae in intellectu possibili tamquam in passo naturaliter disposito. Igitur si non assit impedimentum, species est in generatione prima ita perfecta quod non ulterius augetur, et maxime non ab accidentibus, cum non sint illius generativi, sed praesupponitur ipsis. Et si augeretur ex actibus, species aucta, quanto magis augeretur, tanto verius esset repraesentativa actuum quam ipsius obiecti, et ita ex tali augmentatione non perfectius duceret in cognitionem obiecti, sed minus perfecte; propter cuius tamen perfectiorem cognitionem et repraesentationem deberet augeri.

Item respectu eiusdem obiecti intelligibilis habitus potest esse intensior in ali- 62
quo et species remissior quam in alio, quia quanto in aliquo intellectus agens est virtuosior et phantasmata melius ordinata, tanto causant in aliquo speciem perfectiorem, et quanto minus, tanto causant speciem remissiorem. Causetur igitur in isto species intensior et in illo species remissior. Cesset autem iste qui habet speciem intensiorem ab exercitio actuum intelligendi; alius autem frequentet actus circa obiectum. Iste tunc secundus habebit habitum intensum generatum et alius nullum habebit habitum, cum habitus non habeatur nisi ex frequentia actuum secundum Philosophum 2. *Ethicorum*. Igitur habitus et species non sunt realiter idem, sed essentialiter diversa et ad diversa. Habitus enim habetur ut facilitet et inclinet potentiam ad actum, species autem ut obiectum repraesentet.

⌈QUOMODO ANGELUS POSSIT INTELLIGERE PER SPECIES RECEPTAS A RE EXTRA⌉

Nunc ulterius ad propositum descendendo dico quod angelus habet species 63
innatas quidditatum rerum in universo et istorum singularium incorruptibilium,

462 a … agente] ab intellectu agente et a re QR ‖ augetur] post generationem *add.* BM NP; augeretur LW ‖ est] erit LW 463 ex] ab BMNP 464 patiens] est *add.* LW; *spat. vac.* E 465 et … impeditur] *om.* ELW ‖ adaequatum] ut non possit perfectior causari in passo *add.* BMNP 466 et … agens[2]] *om.* ELQW 466–467 in … disposito] *om.* ELQW 467 assit] sit LW 468 augetur] augmentatur BEPQ 470 species] species illa *add.* BMNP 470–471 verius] minus EW; magis L 471–473 et … augeri] *om.* EQR 475 et] *om.* BMNP (*sed add. sup. lin.* M) ‖ quam] *om.* ELW 477 minus] sunt talia *add.* BMNP 479 autem] qui habet speciem remissiorem *add.* BMNP 480–481 et … habitum] *post* Ethicorum (*l. 482*) LW 481–482 cum … Ethicorum] *om.* Q 481 habeatur] habetur BMNP; generetur E 482 secundum Philosophum] *om.* LW 483 sed … diversa[2]] *om.* L ‖ essentialiter] *om.* EQW ‖ et[1] … diversa[2]] *om.* R ‖ habetur] non habetur nisi LQRW 483–484 et[2] … potentiam] potentiam et inclinet eam (*om.* W) QRW; potentiam L 484 repraesentet] ideo etc. *add.* LQW; igitur etc. *add.* R 486 et … incorruptibilium] *om.* ELW ‖ istorum] istarum BMN

481–482 Cf. Arist., *Eth. Nic.* 2, c. 1 (1103b 21–22); *Auct. Arist.*, n. 26 (ed. Hamesse, 234)

quia secundum Augustinum 4. *Super Genesim ad litteram* in multis capitulis prius erant res fiendae in mente angelica quam in propria natura et exsistentia. Quod verum est quantum ad abstractivam cognitionem quidditatum rerum relucentium in speciebus rerum effluxis ab ideis in mente angeli. Sed quia Deus multas species rerum posset facere quas nondum fecit et per consequens quarum species angelus non recepit a sui conditione, ideo angelus, si fierent tales rerum species, posset ab eis species abstrahere et illas de novo cognoscere. Immo, quod plus est, si Deus nullam speciem angelo indidisset vel nunc de novo angelum faceret sine aliqua specie indita, posset species rerum recipere ab ipsis rebus, quia sicut intellectus noster nude creatus potest species rerum recipere et abstrahere (quod perfectionis est, supplens tamen imperfectionem, quam habet ex hoc quod non intelligit omnia sicut Deus), sic angelus, si fuisset nude creatus absque specie, per intellectum agentem species a rebus abstraheret; alioquin sic semper staret sine actuali cognitione etiam sui ipsius, cum secundum alios non cognoscat se nisi in habitu concreato; quod est magnum inconveniens mihi, cum inferiori naturae hoc conceditur, quod possit notitiam habere illorum quorum species nondum habuit ex conditione. Immo quamvis nunc de facto habeat species quidditatum, per illas tamen non cognoscit aliquid intuitive, quae cognitio habetur ex praesentia rei in exsistentia secundum debitam proportionem apud intellectum, sed solum cognitione abstractiva modo quo imaginativa phantasiatur colores non praesentes; et ideo recipiunt species singularium, quia sicut singulare hoc addit positivum super naturam specificam, sic species singularis super speciem naturae, ut ideo, quod est repraesentativum naturae tantum, non sit repraesentativum singularis nisi in universali et non distincte.

64 Sed contra: non habent intellectum agentem, quia non est intellectus agens nisi ubi est possibilis, nec est possibilis nisi ubi intellectus est in potentia essentiali ad actum, ut primo per intellectum agentem et obiectum reducatur de potentia essentiali ad praesentiam obiecti quam de potentia accidentali ad ipsum actum in-

487 4] 8 BNP ‖ in … capitulis] *om.* LW ‖ capitulis] *post corr.* Q; causis BEP; exemplis R 488 et exsistentia] exsistentia QR (*post corr.* Q); et ex natura EW (*sed corr.* W); *om.* L 489–490 relucentium] *post corr.* Q; relucentia ELNW; recu- M 493 et] posset *add.* QR 494 nullam … vel] *om.* QR 494–495 vel … indita] *om.* L 495–496 ab … recipere] *om.* (*hom.*) ELW 497 tamen] *om.* ELQW 498 omnia] per essentiam suam *add.* BMNP 499 species] speciem EQRW 499–500 staret … cognitione] sine actuali cognitione semper (*del.* Q) staret QR 500 alios] aliquos EQR 501 magnum inconveniens] *inv.* BMNP 502 conceditur] concedatur LW; accidit QR ‖ possit] posset LW ‖ species] *post* nondum LW; *post* habuit (*l. 503*) EQR 503 ex] prima *add.* LQRW ‖ habeat] habeant BMNP 504 cognoscit] cognoscunt BMP 505 solum] tantum LQW 508 singularis] *post corr.* M; singulares N; singularium QR 509 singularis] *post corr.* M; singulare BNP 510 et … distincte] et indistincte LQ (*post corr.* Q); *om.* E 512 est[2]] *om.* BMNP 514 de … accidentali] *om.* ELQW (*sed add. in marg.* Q)

487–488 Cf. Aug., *De Gen. ad litt.* 4, cc. 24–35 (CSEL 28.1, 123–36; PL 34, 313–20)

telligendi; sic non est intellectus possibilis in angelis nec obiectum prius potentia intelligibile quam actu, sed semper est actu abstractum et praesens in speciebus innatis.

Respondeo quod in angelo est intellectus agens. Et quando dicis quod non est 65
in aliquo nisi ubi est possibilis intellectus, detur quod sic. Et cum ultra accipitur quod intellectus possibilis non est in angelo, sicut nec obiectum est in potentia intelligibile, sed actu in speciebus innatis, respondeo quod verum est quantum ad quidditates rerum quarum species habet innatas, quantum tamen ad quidditates rerum possibiles quas Deus non fecit, sed facere posset, est in potentia essentiali, et quantum etiam ad aliqua singularia specierum factarum, scilicet contingentium singularium generabilium et corruptibilium, quia quamvis habeat species innatas singularium ingenerabilium et incorruptibilium, sicut et specierum in universo, non tamen singularium corruptibilium et generabilium, cum talia sint infinita. Et ita falsum assumitur in argumento. Immo dato, quod plus est, quod angelus haberet omnes species quidditatum et singularium sibi innatas, adhuc non superflueret intellectus agens in eo, quia si non haberet huiusmodi species, posset eas abstrahere, et quamvis eas habeat, intellectus agens deservit non solum ad abstrahendum, sed etiam ad disponendum intellectum possibilem ad recipiendum species a Deo, sicut lumen disponit medium ad susceptionem coloris speciei. Sicut et in nobis intellectus agens non est frustra, quamvis intellectus possibilis esset in actu primo respectu omnium rerum per species et scientiam perfectam, quia adhuc debet poni in nobis, ut si natura sibi relinqueretur vel caderet in oblivionem talium rerum, posset sibi species et scientiam de novo acquirere.

---

515 prius] est *add.* LW 516–517 actu² … innatis] abstractum et praesens in speciebus innatis R; praesens in speciebus innatis et actu abstractis Q; praesens in speciebus innatis ELW 518 angelo] angelis LRW 518–519 est² … aliquo] in aliquo M; est LQW; *om.* E 519 est … intellectus] est intellectus possibilis LW; intellectus possibilis est R; est possibilis EQ ‖ detur] dicitur R ‖ cum ultra] quando LW 520 angelo] angelis LW; quia intellectus angeli non est in potentia essentiali ad praesentiam obiecti et sic ad actum *add.* BMNP 520–521 est² … intelligibile] intelligibile prius est intelligibile in potentia LW 521 actu] praesens *add.* LW 522 species habet] *inv.* BMNP 523 sed] tamen *add.* BMNP 524 etiam] *om.* BMNP ‖ specierum factarum] specierum iam factarum R; iam factarum specierum Q 525–526 generabilium … singularium] *om.* (*hom.*) EW 525–527 quia … generabilium] *om.* L 527 corruptibilium … generabilium] generabilium et corruptibilium QRW ‖ talia sint] *inv.* BMNP 528 et … argumento] *om.* E ‖ assumitur … argumento] in argumento assumunt LQW 530 quia] tamen *praem.* Q; tamen quod (*post corr.* W) EW; tamen L 531 et] *om.* BMNP ‖ habeat] haberet LW ‖ deservit] *post* solum LW; ad duo *add.* BMNP 532 etiam] *om.* ELQRW 533 speciei] *ante* coloris BP; *om.* ELQRW 534 et] *om.* ELQW ‖ nobis] videmus *add.* ER 535 respectu] *om.* ELQRW ‖ perfectam] et *add.* BMNP; *om.* ELW 536 adhuc] ad hoc EPQRW (*post corr.* P) ‖ sibi] *om.* EW ‖ vel] ut BMNP

66 Sed quomodo fiet ista abstractio speciei a particulari extra? Necesse enim esset tunc quod lumen intellectus agentis in angelo contingeret rem materialem extra et esset simul cum re materiali extra; quod non videtur verum, tum quia non est talis contactus ipsius spiritualis ad corporale, tum quia lumen huiusmodi est infra angelum, ut non possit simul esse cum re extra.

67 Respondeo quod, sicut intellectus agens in nobis assistens phantasmati, non informans ipsum, ambo causant unam speciem, quam neutrum posset per se causare, sic lumen angeli assistens rei extra ambo causant istam speciem. Nec lumen intellectus agentis est in angelo sicut liquor in vase, sed angelus et lux illa sunt idem realiter sicut substantia et potentia. Et ideo quando angelus est praesens rei, tunc et illud lumen est praesens. Nec est magis inconveniens nec difficilius videre quomodo ista species fiat in angelo quam quomodo species coloris mediante lumine fiat in oculo vel in intellectu possibili mediante intellectu agente.

⌈AD ARGUMENTA PRINCIPALIA⌉

68 Ad primum principale, cum dicitur quod, sicut divinus intellectus, eo quod separatus, vilesceret, si intelligeret per receptionem a rebus, sic de angelo, respondeo quod non est simile, quia ideo vilesceret intellectus divinus, quia tunc intellectus qui est actus purus formaliter incideret in potentialitatem, quod magna esset vilitas in Deo, quod aliquid esset in eo quod non esset ipse, et quod esset in potentia ad formam quam non haberet. Sic non est de angelo, qualitercumque supremo, pro eo quod in potentialitatem incidit ut possit habere aliquid quod non est ipse. Nec est maior vilitas quod angelus mediante intellectu suo agente acquirit sibi perfectionem intellectualem quam quod illam recipiat a Deo.

---

538 ista] illa EQR; *om.* L 539 tunc] *om.* ELW 539–540 contingeret … et] *om.* QR 539 materialem] naturalem MN; *om.* ELW 540 materiali] ipsa BMNP ‖ tum quia] *inv.* N; sed (*om.* B) tamen quia BL; quia EMQR 541 ipsius] *om.* BMNP ‖ corporale] corporalem MNW 544 ipsum] ipsam BMN (*sed corr.* B*?*) ‖ quam] quia BM NP ‖ posset] *post* se QRW; possit BE 545 nec] naturae QR 546 in angelo] infra angelum BMNP ‖ illa] ista BE; ipsa LQRW 547 sicut … potentia] *om.* ELW ‖ rei] *ante* praesens LQRW; *om.* E 548 et … est[1]] est (erit Q) lumen rei LQRW 548–550 nec[1] … agente] *om.* ELW 551 primum] igitur *add.* BEMNP ‖ divinus intellectus] *inv.* EQR; intellectus Dei LW 551–552 eo … angelo] *om.* E 552 intelligeret … rebus] intelligeret (reciperet Q) per receptionem QR; reciperet LW ‖ angelo] etc. *add.* BMNP 552–553 respondeo] dico ELR 553 divinus] si reciperet *add.* LQRW 553–554 quia[2] … intellectus] *om.* E 554 purus] et infinitus *add.* BMNP ‖ quod] *vel* quia P ‖ magna] *post corr.* BW; magis ENP; *om.* L 555 quod[1] … quod[3]] ut L ‖ quod[1]] et quod (*vel* quia) P; quia (*corr. ex* quod) Q; eo quod W ‖ eo] ipso B; Deo QRW 556–557 qualitercumque supremo] *om.* BEMNP 557 incidit] *ante* in LW; incidat BMN ‖ ut] et BLMNP; quod magis W ‖ possit] potest LW 559 Deo] immo hoc perfectionis est supplens tamen imperfectionem *add.* BMNP

Ad secundum, cum arguitur quod angelus non communicat in materia cum re, igitur non patitur a re, respondeo quod verum est de passione abiciente a substantia; potest tamen pati a re extra passionem quae est salus et perfectio, maxime mediante suo intrinseco et proprio activo, quod est nobilius intellectu possibili inquantum patitur. 69

Ad tertium, cum arguitur quod nihil imperfectius re extra est naturalis perfectio angeli, qualis est species elaborata a re, respondeo quod, licet species huius coloris, ut habet esse in intellectu, sit diminutior color vel albedo quam color extra, est tamen perfectior entitas, inquantum est in perfectiori subiecto et a perfectiori causa genita. 70

⌈AD ARGUMENTA OPINIONIS HENRICI⌉

Ad primum opinionis primae destruentis species tam innatas quam acquisitas et ponentis habitum, cum dicitur quod tria tantum sunt in anima, potentia, passiones et habitus, respondeo quod Philosophus non loquitur ibi de intellectu in quo ponuntur habitus intellectuales et species, sed de appetitu tantum in quo ponuntur virtutes morales. Nihil valet igitur consequentia 'in appetitu non sunt species intelligibiles, igitur nec in intellectu'. Nihil igitur facit illud dictum Philosophi pro eis. 71

Ad aliud Philosophi *De caelo*, quod nihil deest angelis ad operationem naturalem spectans, sicut non deessent instrumenta stellis, si essent mobiles motu progressivo, igitur habent a principio totum etc., respondeo quod per idem posset probari quod intellectus noster a principio haberet unum habitum quo omnia intelligeret, cum intelligere sit eius naturalis operatio sicut angeli. Similiter ex illo argumento non plus probatur quod intelligit per habitum concreatum quam per species concreatas. Ideo dico quod angelus habet unde potest propriam operatio- 72

561 igitur] ideo BMNP ‖ respondeo quod] dico quod LW; *om.* R 561–562 substantia] qualis est inter ista activa et passiva generabilia et corruptibilia *add.* BMNP 562 extra passionem] extra passione BMNPR; *om.* L 566 respondeo] dico LRW 566–567 coloris] vel alterius singularis *add.* BMNP 567 color[1] … albedo] color RW; *om.* L 568 entitas] et spiritualior et purior *add.* BMNPQ (*in marg.* Q) ‖ est[2]] *om.* EQR (*sed add. in marg.* Q) 569 genita] puta intellectu agente cum ipsa re *add.* BMNPQ (*in marg.* Q) 570–571 destruentis … habitum] quae ponit habitum W; *om.* L 571 et ponentis] ponentes BMNP ‖ tantum] *om.* LPW 572 respondeo] dico LRW 574 morales] unde Commentator super illud verbum quae in anima sunt tria passiones potentiae habitus dicit et est commento octavo secundi libri erit autem utique dicens animam hanc in qua morales virtutes *add.* BMNP; *cf. Anon., In Eth. Nic. 2, c. 5* (*ed. Mercken*, *212*) 574–575 nihil … intelligibiles] sed non sequitur species intelligibiles non sunt in appetitu LW 575–576 nihil … eis] *om.* LW 575 illud] *om.* EQ ‖ Philosophi] *om.* MN 577 ad[2]] perfectionem et *add.* BMNP 579 igitur … totum] *om.* LW 580 haberet] species omnium rerum vel *add.* BMNP 580–581 quo … intelligeret] *om.* ELW 581–582 ex … argumento] per illud argumentum EQR; de illo argumento W

nem exercere, etsi nec habitum nec aliquam speciem haberet a creatione, quia habet unde posset species rerum acquirere quibus res intelligeret, et hoc sufficit; habet enim intellectum possibilem quo est omnia fieri et intellectum agentem quo est omnia facere.

73 Ad tertium, cum arguitur quod, si haberet distinctas species rerum, cum quaelibet inclinet immediate in obiectum cuius est, angelus simul intelligeret omnia vel nulla, respondeo quod hoc argumentum magis est contra eos de habitu, quia si pluralitas excludit ordinem, multo magis unitas, ut argutum est contra opinionem. Ideo dico quod, quamvis quaelibet species inclinet in obiectum cuius est similitudo (et hoc immediate), aliqua tamen species, eo quod perfectior est, magis inclinat quam alia, et tunc quantum ad primum actum intellectus angelus primo intelligit illud ad quod species perfectior magis inclinat, sive hoc sit ipsemet angelus sive Deus (et loquor modo de naturali operatione), et factus in actu respectu illius tunc per imperium voluntatis movetur ad alia secundum ordinem quem voluntas acceptaverit.

74 Et si arguas quod voluntas nihil facit ibi, quia non ponitur nisi unum cognitum primo, et ideo voluntas non habet imperium super alia, ut hoc ante illud intelligitur, cum sint in illo priori incognita, respondeo quod cognito uno in actu distincte ab intellectu in illo uno cognoscuntur alia in actu, quamvis non distincte omnino, aut in universali aut in simili aut contrario aut disparato. Quae cognitio sufficit ad movendum desiderium voluntatis, ut ipsa moveat intellectum ad distinctam perceptionem indistincte cognitorum, secundum Augustinum 9. *De Trinitate* cap. ultimo, et 10. cap. 1 “in his rebus in quibus non usitate dicitur studium” etc., et cap. 2 eiusdem libri “quilibet igitur studiosus” etc., et sequitur “aut enim iam genere notum habet quod amat” etc. Cum tali autem desiderio voluntatis multum facit perfectior repraesentatio speciei.

---

584 etsi] si ELQW (*sed corr.* Q); sed R ‖ creatione] principio creationis LW 588 distinctas] *post* species EQR; *post* rerum W; *om.* L 590 hoc] *om.* ELQW ‖ magis] *post* est BPR; *om.* ELQW 591–592 ut … opinionem] *om.* LR ‖ contra opinionem] *om.* EQW 592 quod] *om.* BMNP 593 et hoc] *om.* LW ‖ est[2]] et rei perfectioris *add.* BMNP 594 intellectus] omnino praevium omni actui voluntatis *add.* BMNP 595 primo] *om.* LW ‖ inclinat] et fortius et perfectius repraesentat *add.* BMNP 595–596 sive … Deus] *om.* L 596 factus] effectus QR 597 respectu … tunc] *om.* QR ‖ tunc] *om.* ELW 598 acceptaverit] acceptat LW 599–600 voluntas … cognitum] *om.* B 599–601 nihil … incognita] non habet imperium quia non ponitur nisi unum cognitum primo L 599 quia] quod E; cum BMNP ‖ ponitur] ibi *add.* MNP 600–601 illud] *om.* MN 602–603 cognoscuntur … aut[1]] sicut (*post corr.*) M 602 alia] omnia *praem.* QR; aliqua *praem.* ELW 603 aut[1]] sed BNP ‖ contrario] e contrario MP; in contrario N; e converso B ‖ aut[4]] *om.* EQRW (*sed add. sup. lin.* Q) ‖ disparato] *post corr.* Q; disposito BMNPR 605 ad] actualem et *add.* BMNP 606 cap.[2]] Civitatis BM 606–607 in[2] … etc.[1]] non in us- L 606 usitate] universalitate BMNP; visibilitate R 608 iam] ideo QR ‖ genere] grave BP

591–592 Cf. supra, n. 32 605–608 Cf. Aug., *De Trin.* 9, c. 12, n. 17 – 10, c. 1, n. 3 (CCL 50, 308–15; PL 42, 970–74)

610 Sed hic occurrit unum dubium de hoc quod dicis, quod angelus se intelligit 75
per speciem, cum sit sibi praesens per essentiam. Respondeo quod rem quae est praesens potest intelligere per speciem cognitione intuitiva et etiam cognitione abstractiva. Intuitiva sic, quia res praesens exsistens informat actum intelligendi sua similitudine; qui actus informatus est verbum et similitudo obiecti praesen-
615 tis per essentiam. Et sicut acies intellectus intelligit formaliter ipsa intellectione et intuetur rem praesentem, ita intelligit formaliter ipsa similitudine obiecti. Et hoc modo pono rem praesentem per essentiam intelligi sua similitudine, sed non pono speciem rei praesentis in memoria intellectiva, a qua specie in memoria informatur actus intelligendi, quia hoc omnino superfluit, ex quo res est praesens
620 memoriae, potens immediate actum intelligendi informare. Cognitione etiam abstractiva cognoscitur res quae est praesens per speciem suam quae est in memoria, sed nondum praesens est in se apud intellectum. Sed si res deleatur a conspectu intellectus, actus intelligendi qui informabatur ab illa re, dum praesens erat, quando transit, relinquit similitudinem sui in intellectu; per quam similitudinem
625 possum alias recordari me intellexisse rem illam, ut sic illa species immediate repraesentet actum illum quo intellexi rem deletam, et mediante actu cognosco rem illam abstractive, quam prius cognovi intuitive, dum praesens erat. Unde si ab illo qui nunc beatus est subtraheretur praesentia divinae essentiae, quamvis non tunc videret essentiam intuitive, cognosceret tamen illam abstractive; aliquid enim in
630 intellectu derelinqueretur unde posset recordari se vidisse essentiam divinam.

Ad quartum argumentum, cum quaeritur si positis speciebus innatis possit an- 76
gelus acquirere habitum vel non, respondeo quod non acquirit aliquem habitum scientialem qui differat a speciebus, sicut est in nobis, quia habitus non acquiritur in aliquo intellectu (habitus, dico, acquisitus differens a natura intellectus), nisi
635 ubi potentia intellectiva de se non est sufficienter inclinata ad actum prompte eliciendum; sed potentia in angelo sufficienter inclinatur ut prompte eliciat actum suum respectu cuiuscumque obiecti praesentis ex natura, quia a nullo impeditur

---

610 hic … quod²] dubium est quomodo L ‖ de … dicis] quando dicis W; de hoc quod dicit (*post corr.*) Augustinus (*in marg.*) Q; de hoc dico R 612 etiam cognitione] etiam (*sup. lin.*) cognitione Q; cognitione ER; *om.* LW 615 intellectione] intentione BMN 619 informatur] informetur BMNP ‖ est] in se *add.* EQR 620 immediate] *om.* LW ‖ etiam] autem N; *om.* LW 621 speciem] essentiam LW 625–627 ut … illam] *om.* (*hom.*) E 626 illum] *om.* BMNP ‖ cognosco rem] cognoscerem M; cognosco BP 627 abstractive] cognitione abstractiva BMNP 628 tunc] *om.* QR 630 derelinqueretur] delinqueretur MW ‖ posset] se *add.* BMNP; possit EQR ‖ essentiam divinam] eam LW 631 argumentum] *om.* LRW 632 vel non] *om.* LW ‖ quod] potest probabiliter dici quod *add.* BMNP 633–634 non … intellectus] acquisitus differens a natura intellectus non acquiritur in aliquo intellectu LW 634 intellectus] ex frequentia actuum *add.* BMNP 635 de se] *post* est BMNP ‖ prompte] et expedite *add.* BMNP 636 inclinatur] et facilitatur *add.* BMNPQ (*in marg.* Q) ‖ prompte] et expedite *add.* BMNP 637 ex natura] extra QR

intellectus angelicus sicut in nobis ex corporis aggravatione. Et quia numquam est intellectus angelicus sub privatione facilitationis respectu actus intelligendi, ideo non est natus aliquam dispositionem tollentem privationem recipere, et ideo per frequentiam actuum respectu incomplexorum non acquiritur habitus inclinans intellectum ad cognoscendum obiecta incomplexa ut neutra, scilicet nec ut vera nec ut falsa, et cognitis simplicibus intellectus compositivus componit illa et ex frequentia actuum circa complexa acquirit habitum qui proprie est scientialis, inclinans intellectum ad cognoscendum complexa vera et distincte hanc conclusionem ab illa, prout habitus est talis vel talis. Patet igitur ad formam argumenti quod frequentia actuum non generat habitum quocumque modo, sed tali modo dicto.

77 Et si arguas quod habitus scientialis est simpliciter perfectionis, et ideo debet poni in natura intellectuali perfecta, cuiusmodi est angelus, immo ponitur in Deo (dicimus enim Deum formaliter sapientem et iustum), respondeo quod tales habitus sunt in Deo formaliter, quia omnis perfectio est in Deo formaliter, et sunt ipse Deus per identitatem realem. Et ita aliquo modo sunt huiusmodi habitus in angelo, non differentes ab eo et acquisiti vel infusi, sed illam condicionem habet angelus a natura, quam sibi conferret habitus acquisitus, licet diminutius in infinitum quam Deus.

78 Et quando dicis quod habitus acquisitus est perfectionis, verum est: perfectionis est in aliquo, sed tamen sic est perfectionis quod supplet imperfectionem. Et ideo ubi non est illa imperfectio quae suppletur per habitum, ibi non acquiritur habitus. In angelo autem non est illa imperfectio quae est privatio dispositionis facilitantis ad actum prompte eliciendum, sed illam habet a natura, sicut grave sufficienter a natura facilitatur ad descensum et ignis ad ascensum, et ideo quamvis infinities ascenderet, nullus habitus ex hoc generaretur in igne inclinans ad ascensum, per Philosophum 2. *Ethicorum* cap. 1.

638 intellectus angelicus] eius intellectus BMNP ‖ sicut] impeditur *add.* BEMNP ‖ ex … aggravatione] quia non (*om.* E) est actus corporis aggravantis (aggregatis E) BEMNP 639 facilitationis] et expeditionis *add.* BMNPQ (*in marg.* Q) 640–646 et … talis²] *om.* L 641 non] *del.* Q; *om.* EW ‖ inclinans] et facilitans *add.* BMNP 643 cognitis … et²] *om.* (*hom.*) EW ‖ compositivus] compositus BQR ‖ et²] *om.* BMNP (*sed add. sup. lin.* P) 645 vera] vere QRW 646 prout] secundum quod BMNP 647–648 quocumque … dicto] *om.* L 647 sed] in *add.* BEMNP 649 quod] si *add.* EQ 651 et iustum] *om.* LW 652 quia … formaliter²] *om.* LW 655 sibi conferret] *inv.* BMNP 656 quam Deus] sicut Deus EW; *om.* L 658 imperfectionem] in angelo *add.* EQR 660 autem] enim BNP; *om.* M 662 sufficienter … ascensum] a natura sua faciliter descendit et ignis ascendit L ‖ sufficienter] *post* facilitatur QR; *om.* EW 662–664 et² … ascensum] *om.* (*hom.*) E 663–664 igne … ascensum] igne inclinante ad ascensum W; gravi et in igne inclinante ad ascensum vel descensum L 664 per Philosophum] *om.* LW ‖ Ethicorum] *om.* BP

664 Cf. Arist., *Eth. Nic.* 2, c. 1 (1103a 20–22)

Ad ultimum illius opinionis, cum arguitur quod unus habitus sufficit in voluntate etc., respondeo quod non est simile, quia in voluntate non requiritur species propter praesentiam obiecti, sed obiectum est ei praesens per aliam potentiam, scilicet intellectum. Et ideo obiecta non sunt distincte praesentia intellectui nisi per distinctas species. Unde si voluntas requireret obiecta sibi praesentia propria praesentialitate, non sufficeret unus habitus ad praesentandum sibi omnia distincte, sed oporteret ponere in ea distinctas species rerum. 79

⌈AD PRIMUM ARGUMENTUM OPINIONIS SECUNDAE⌉

Ad primum opinionis alterius concordantis cum prima, quod species immaterialior plura repraesentat, respondeo: si plura intelligantur extensive, nego, sed intensive plura repraesentat, quia clarius et apertius, et ideo actualius et distinctius. 80

⌈AD ARGUMENTA OPINIONIS TERTIAE⌉

Ad primum opinionis tertiae, cum dicitur secundum Dionysium quod angelus non colligit cognitionem ex sensibilibus, respondeo quod dicit "non congregat divinam cognitionem ex sensibilibus", et ideo loquitur de cognitione rerum quae est in verbo, ubi videntur per medium increatum quae est essentia divina. Et ideo auctoritas nihil ad propositum. 81

Ad secundum, cum arguitur quod corpus caeleste nihil recipit a corporibus generabilibus et corruptibilibus, igitur nec angelus, respondeo quod verum est de receptione peregrina. Possunt tamen corpora superiora recipere speciem a corpore corruptibili (et sic angelus) sua virtute activa, non sola virtute corporis. 82

Ad tertium, quod speciem esse in sensu, priusquam in intellectu, non est necessarium nisi respectu naturae sic institutae, non autem respectu angeli, sed angelus ratione intellectus agentis potest immediate recipere speciem a re sicut intellectus noster a phantasmate. 83

---

666 respondeo] dico LQRW 667 obiectum … praesens] obiectum eius est praesens BNP; praesens eius obiectum est M 668 distincte] *post* praesentia B; *post* intellectui QR; *om.* ELW 669 species] vel per distinctam praesentiam propriam *add.* BMNP ‖ sibi] omnia EQR 671 ponere] *post* ea LRW 672 opinionis alterius] secundae opinionis LW ‖ prima] ponens *add.* LR; ponentis *add.* Q; positione *add.* W 673 respondeo] quod *add.* LW ‖ intelligantur] intelligitur LW; intelligit numerabilia BEMNP 674 plura] *om.* ELQRW 676–677 cum … dicit] dico quod Dionysius non dicit nisi quod LW 677 sensibilibus] *vel* sensibus BE; sensibus NP 678 ex] de BMN ‖ sensibilibus] *vel* sensibus BER; sensibus PW ‖ loquitur] *om.* BMP 678–679 quae … verbo] in verbo ELW; in verbo quae est divina BMNP 679 ubi] quia ibi BMNP ‖ quae … divina] quod est verbum BM NP 680 auctoritas] *om.* LW 681–682 cum … quod] *om.* LW 683 corpora superiora] *om.* ELQRW 684 non] autem *add.* BMNP 685 in²] *om.* BEMNP 685–686 necessarium] medium *add.* BEMNPQR 686 nisi] sed ELW ‖ institutae] cuiusmodi est natura humana in corpore *add.* BMNP 687 agentis] fortius abstrahentis quam in nobis *add.* BMNP

84 Ad quartum, cum dicitur quod species recepta abstrahitur a condicionibus materialibus etc., respondeo quod, quantumcumque abstrahatur ab huiusmodi condicionibus quae sunt condiciones extensae et corporeae, tamen semper manet species singulariter addens positivum super speciem quae est ipsius naturae praecisae, et ideo repraesentat singulare hoc; non enim pono individuationem per quantitatem et materiam, sicut superius patet. Unde si secundum eos species innata naturae repraesentaret singulare ut distincte cognoscatur, multo magis species immediate recepta a re singulari repraesentat singulare.

85 Ad quintum, quod duae species duorum singularium quantum ad singularitatem illarum non sunt eiusdem rationis, sicut nec individualitas Socratis et Platonis sunt eiusdem rationis, sed primo diversa, et ideo possunt simul esse in eodem subiecto.

86 Aliter dicitur quod non oportet, quia primo posita specie hominis in intellectu alicuius per quam potest cognoscere homines particulares confuse, tunc postea, quando per intellectum agentem species huius hominis abstrahitur et in eodem intellectu reponitur, ista species adveniens intendit primam speciem et particulat, ita quod illa quae primo repraesentabat tantum quidditatem hominis distincte et particulares homines indistincte, post illam intentionem potest repraesentare non tantum distincte hominem, sed etiam hunc hominem cuius est illa species intendens. Et similiter adveniente alia specie alterius hominis particularis intenditur species prior, ita quod non tantum repraesentat hominem distincte, sed etiam hunc hominem et illum hominem distincte cuius est haec ultima species, et sic semper. Unde cum species prior semper intenditur per posteriorem et sic fit ex illis species una, non est dare ibi duas species in eodem solo numero differentes. Et hoc patet, quia in nobis unus habitus per alium intenditur modo praedicto, et

689 abstrahitur] *om.* ELQRW 690 materialibus] et ideo repraesentat universale *add.* BM NPQ (*in marg.* Q) 690–691 ab … condicionibus] a condicionibus materialibus BMNP 693 hoc] *om.* QR 694 superius] supra (*post* patet) LW; inferius QR ‖ si] *om.* BM NP ‖ secundum eos] *om.* ELW 694–695 innata] *om.* EQ 695 repraesentaret singulare] fit (*vel* fuit BP; sic N) repraesentativa singularis BMNP ‖ ut] singulare *add.* BM NP 696 immediate] *om.* BMNP 698 illarum] illorum ER; *om.* Q 698–699 sicut … rationis] *om.* (*hom.*) N 699 sunt … diversa] *om.* LW ‖ sed … diversa] *om.* E 701 quia] *vel* quod (*post corr.*) P; quod BLMW 702 confuse] quod *add.* LQ (*post corr.* Q); quia *add.* W; et *add.* R; se E; *om.* BM 703 abstrahitur] abstrahatur EMNPQ (*sed corr.* PQ) 705 illa] res *add.* BMNP 705–706 distincte … homines] *om.* M 706 particulares homines] particularis hominis LW ‖ illam] tamen *add.* BMNP 707 hominem[1]] quidditatem hominis BMNP 708 alterius] *om.* QR 709–710 hominem … hominem[2]] hominem distincte sed etiam hunc et hunc R; distincte sed hominem et hunc hominem et illum hominem W; distincte hominem sed hunc hominem L; hunc hominem E; hominem sed particularem hunc hominem BMNP 711–712 et … illis] et (ut Q, *post corr.*) sic ex illis fiat LQR; et fit ex illis W; fit ex illis E

693–694 Cf. supra, d. 3, q. 2; cf. Rob. Cowton, *In Sent.* 3, d. 5, q. 2 (cod. Oxford, Merton College 117, ff. 181rb–186ra)

unum lumen exsistens in medio similiter intenditur per aliud lumen superveni-
715 ens, ita quod idem lumen quod prius non potuit repraesentare nisi animal, post intentionem potest repraesentare animal et hoc animal, puta hominem vel asinum.

Ad sextum, cum arguitur quod modus operandi praesupponit modum essen- 87
di, respondeo quod, si argumentum valet, concluderet Deum non posse aliquam operationem habere circa corpus, nec angelum, et ita angelus non posset movere
720 caelum. Ideo intelligendum est sic, quod modus operandi etc., ut si operatio sit intellectualis, et ipsum agens sit intellectuale, sed non oportet quod, si agens sit immateriale, quod non possit habere operationem circa materiale et corporale, immo immateriale potest recipere a materiali, quamvis immaterialiter recipiat, et circa materiale potest habere operationem immaterialem. Et ideo fallacia conse-
725 quentis est in argumento: 'modus operandi praesupponit modum essendi, igitur praesupponit sic'. Et praeterea prima operatio angeli non est circa corpus, sed intelligit se primo vel Deum et alia immaterialia et secundario corpora et materialia, tamen immaterialiter. Et quamvis angelus non dependeat a corpore subiective sicut forma corporis, tamen dependet obiective, eo quod non est totum ens per
730 essentiam cognoscens sicut Deus; nec habet inclinationem ad corpus sicut forma ad materiam, ut operatio eius sit coniuncti ex corpore et anima, habet tamen obiective sicut intelligens ad intellectum.

Ad septimum, cum arguitur quod post receptionem speciei singularis super- 88
fluit species innata naturam repraesentans, cum species recepta repraesentet et
735 singulare et naturam in singulari sufficienter, primo potest dici sic, quod hoc argumentum non probat impossibilitatem receptionis speciei, sed tantum quod,

714–715 superveniens … lumen] *om.* (*hom.*) BEMNP 716 potest] potuit (po^{t}) MNP ‖ animal^{1} … animal^{2}] animal et animal MN; et animal et animal B; et animal P; et animal et hoc E 717 quod] *om.* LPW 718 concluderet] concludit LW 718–719 non … habere] aliquam operationem non posse habere QR (non posse *corr. in marg. ex* non Q); non habere operationem aliquam LW; aliquam operationem non haberet (*?*) E 719–720 angelum … caelum] BMNP (angelus *pro* angelum MN); angelus posset movere tale R; angelum (*corr.*) (posset movere tale *in marg.*) Q; angelum L; angelus EW 720 ideo] dicitur quod *add.* BM NP 721 sit intellectuale] intellectuale praesupponit modum essendi intellectualem ELQRW (intellectuale praesupponit *om.* E) 724–728 et … immaterialiter] et ideo (*om.* W) fallacia consequentis est in argumento modus operandi praesupponit modum essendi igitur (ideo E) praesupponit sic et propterea (praeterea E) prima (*om.* W) operatio angeli non est circa corpus sed (immo circa immaterialia quia primo *pro* sed L) intelligit se vel Deum et alia immaterialia et secundario (postea L) corpora (et *add.* E) materialia tamen immaterialiter (et materialiter tantum *pro* tamen immaterialiter E) *post* intellectum (*l. 732*) ELW; et propterea prima operatio angeli non est circa corpus sed intelligit se vel Deum et alia immaterialia et secundario corpora et materialia tamen immaterialiter et ideo fallacia consequentis est in argumento modus operandi praesupponit modum essendi igitur praesupponit sic *post* intellectum (*l. 732*) QR 726 praeterea] *om.* BP 728 dependeat] dependet EQRW 730 cognoscens] cognitione *add.* N; cognitione M; cognitive EQRW; cogn- L 731 coniuncti] coniuncta BW 733–734 superfluit] superflueret ELQW 734–735 naturam … primo] etc. L 734 et] *om.* MQR 735 in singulari] *om.* EW ‖ sic] *om.* LW ‖ hoc] *om.* ELQRW

cuius est species innata quantum ad naturam, non requiritur species recepta, sed species naturae sufficit pro omnibus singularibus. Quia tamen non omnes species naturarum possibilium Deo sunt angelis concreatae, quia tunc essent non tot in actu, quin plures essent in actu in angelo, quod est contra naturam limitatam, ideo si fieret natura nova, illius speciem posset angelus acquirere.

89 Aliter tamen dico quod species naturae non sufficit ad distincte cognoscendum quodlibet singulare, cum singulare addat positivum super naturam, et ideo requiritur receptio speciei singularis; illius, dico, cuius non habet speciem innatam (quod dico propter singularia incorruptibilia).

90 Et quando arguis quod species singularis sufficienter repraesentat naturam, dico dupliciter: uno modo sic, quod hoc accidit, quod repraesentet naturam. Nec propter cognitionem naturae recipitur, cum species naturae praehabeatur, sed per se recipitur propter cognitionem singularis sub ratione singularitatis suae. Quod autem cognoscitur per eam natura in singulari, hoc accidit receptioni inquantum recipitur. Aliter sic, quod non superfluit, quia mediante specie ipsius naturae innata cognoscitur natura nullo exsistente singulari in effectu, et ita primo cognoscitur natura per illam speciem, sed per speciem singularem receptam cognoscitur primo singulare et secundario natura in singulari; et sic non superfluit species naturae. Nec est frustra, quia servit intellectui ad hoc ad quod sibi a Deo imprimebatur, scilicet ad cognitionem ipsius naturae primo, posito quod nullum esset singulare, et ideo non est frustra cum specie singularis, quia frustra dicitur aliquid esse quod ad finem aliquem ordinatur et ad illum non potest attingere secundum Philosophum 2. *Physicorum* cap. de casu et fortuna.

91 Ad octavum dicitur quod argumentum probat unam conclusionem veram; sed quod ultra intendit, quod species innata sufficeret, in hoc deficit, quia non potest angelus habere species innatas omnium individuorum, cum talia sint potentialiter infinita.

---

738 quia] quare BMP; quod W 739 tunc] non *add.* BP (*sed del.* P) 740 in[1]] *om.* EQ RW 741 natura nova] *inv.* LQRW 743 addat] addit EQRW 745 quod … incorruptibilia] *om.* ELW ‖ incorruptibilia] *corr. in* generabilia (*in marg.*) et corruptibilia M; corruptibilia BR 747 quod[2] … naturam] *om.* ELQW 748 cognitionem] receptionem ELW 749 recipitur] requiritur ELW ‖ sub … suae] *om.* ELW 750 cognoscitur] cognoscatur EQW 751 aliter] alio modo LRW ‖ ipsius] illius MPR; *om.* LW 751–752 innata] innatae QR 752 natura nullo] nullo alio BP; natura nulla E; natura nulla (*in marg.*) vero W 754 sic] tunc EQR; ideo LW 755 ad[2]] *om.* EM 756 scilicet … primo] *om.* ELW ‖ posito quod] si BMNP 757 cum … singularis] *om.* L ‖ singularis] singulari QRW; singulare E 758–759 secundum Philosophum] *om.* LW 759 cap. … fortuna] *om.* LW ‖ fortuna] et est comm. 62 (61 BP) *add.* BMNP 760 octavum] cum *add.* EQ (*sed del.* Q) 762 potentialiter] possibiliter LQRW; *om.* E

757–759 Cf. Arist., *Phys.* 2, c. 6 (197b 22–27); *Auct. Arist.*, n. 82 (ed. Hamesse, 147)

Ad ultimum dicitur quod, si visus haberet memoriam retentivam specierum, 92
765 non sufficeret una species albedinis ad cognoscendum quamlibet albedinem singularem, immo ibi essent necessariae tot species quot secundum viam istam requiruntur in intellectu.

764 dicitur] dico LQRW; *om.* E
766 ibi … species] necessario tot essent species ibi W; necessario essent tot species ibi L ‖ necessariae] necessario (*post corr.*) MQ

⌈DISTINCTIONES 4–5

Quaestio unica:

Utrum angelus potuit peccasse pro primo instanti sui esse⌉

Circa distinctiones quartam et quintam quaeritur utrum angelus potuit peccasse pro primo instanti sui esse. 1

Quod non: 2

1. Quia angelus pro primo instanti sui esse non potuit errare in cognitione; igitur nec maculari in affectione. Consequentia patet, quia malitia in voluntate praesupponit errorem in ratione. Propter quod dicit Philosophus 3. *Ethicorum* cap. 3 quod omnis malus est ignorans. Et similiter Philosophus 7. *Ethicorum* cap. 3 videtur consentire Socrati in hoc quod dixit, quod habens rationem rectam non operatur malum. Antecedens probatur; nam cum error in ratione sit quaedam poena et poena non praecedit culpam, sequitur quod primus actus intellectus non potest esse erroneus, sed necessario rectus.

2. Item si angelo recte intelligente pro primo instanti, ut primo probatum est, voluntas male vellet, aut hoc esset, quia vellet illud recte cognitum sub ratione qua recte cognoscitur – et hoc non esset peccatum, quia sic volendo esset conformis rationi rectae –, aut quia vellet illud sub alia ratione quam sub ratione qua recte cognoscitur – et tunc ferretur in incognitum –, aut quia cognito bono vero et apparenti pro primo instanti vellet bonum apparens dimittendo bonum verum – et tunc sequitur quod intellectus angeli pro primo instanti intelligeret plura ut plura; quod non est verum (contingit enim plura scire, intelligere autem unum solum secundum Philosophum 2. *Topicorum*). 3

3. Item Anselmus *De casu diaboli* cap. 12 probat quod voluntas non potest habere primum actum volendi a se. Et per consequens, si primus actus esset malus, 4

1 circa … quaeritur] post hoc videndum etc. distinctio quarta et quinta ubi agitur de peccato angelorum QR; post hoc videndum est etc. distinctio quarta et quinta E; circa distinctionem quintam ubi agitur de peccato angelorum quaero W; circa distinctionem quintam L ‖ angelus] diabolus QRW (*post* peccasse QR); *om.* E 2 pro] in L; *om.* MW 6 cap. 3] *om.* LR 7 et similiter] item BMNP ‖ Philosophus] *om.* BLW 8 quod[2]] *om.* BNP 9 cum] ignorantia sive *add.* BMNP; *om.* LR 10 potest] potuit BMNP 11 sed … rectus] *om.* ELQW 12 ut … est] *om.* ELQW 13 esset] est ELQW ‖ illud recte] ob (*seq. spat. vac.*) E ‖ illud] idem B; *om.* LR ‖ recte] ratione LMNW; est (*del.*) Q 13–16 sub … incognitum] *om.* (*hom.*) L 14–15 quia … rectae] *om.* EQW 15 quam … ratione[2]] quam E; ab illa QRW 19 enim] autem MNR 20 secundum … Topicorum] *in marg.* Q ‖ secundum Philosophum] ex LW; *om.* E 22 actus] eius *add.* BMNPQ (*in marg.* Q)

6–7 Arist., *Eth. Nic.* 3, c. 2 (1110b 28–29) 7–9 Cf. ibid. 7, cc. 2–3 (1145b 21 – 1146b 5) 12 Cf. supra, n. 2 19–20 Cf. Arist., *Top.* 2, c. 10 (114b 34–35); *Auct. Arist.*, n. 34 (ed. Hamesse, 324) 21–22 Cf. Ans. Cant., *De casu diab.*, c. 12 (ed. Schmitt, 1:254; PL 158, 344)

cum non sit a voluntate, esset a Deo; et ita Deus esset auctor mali moris. Ratio sua est: quidquid movet se ad volendum aliquid, prius vult se ita movere; sed omnis voluntas movens se ad male volendum aliquid movet se ad illud volendum; igitur omnis voluntas movens se ad male volendum aliquid prius male vult. Et ita primum male velle non esset defectus voluntatis nec ei imputandum. Non igitur potest habere primum malum velle a se nec a Deo; igitur nullo modo.

5 Contra:

Anima Christi libere meruit pro primo instanti; igitur et angelus potuit peccasse. Consequentia patet, quia sicut demeritum consistit in actu deliberativo, ita et meritum; si igitur Christus potuit mereri pro primo instanti, angelus potuit peccare, cum plura requiruntur ad meritum quam ad demeritum, quia bonum est ex integra et tota causa, malum autem ex parte secundum Dionysium et secundum Philosophum 2. *Ethicorum* cap. 3. Antecedens patet ex communi sententia doctorum.

6 Item in quocumque instanti intellectus angeli potest malum cognoscere, voluntas potest illud velle, quamvis non sub ratione mali, sed boni apparentis sibi; sed potest intelligere malum in primo instanti, quia secundum Philosophum 10. *Ethicorum* cap. 4 visio tota est in instanti et etiam delectatio perfecta consequens actum est simul tota et perfecta in instanti; quare etc.

⌈SOLUTIO

OPINIO PRIMA⌉

7 Ad hanc quaestionem dicunt doctores communiter quod angelus non potuit peccare in primo instanti.

8 Quod declaratur multipliciter quia:

23 sit] esset LQW 24 sua] Anselmi BMNP 25 aliquid] *ante* male LW; *om.* EPQR ‖ illud] aliquid ELQRW 27 non igitur] nullo igitur modo BMNP 28 primum] *om.* EQR 30–31 peccasse] pro primo instanti *add.* LW 31 consequentia patet] *om.* EL QRW 32–33 si … demeritum] *om.* L 32 si] sicut QR ‖ Christus] *post* potuit[1] BM NP; *om.* E ‖ angelus potuit] similiter angelus BMNP; similiter angelus potuit R 33 plura] plures circumstantiae BMNP ‖ meritum[1]] actum meritorium BMNP ‖ quam … demeritum] quam ad demeritorium B; quam demeritorium MNP; *om.* W 33–35 bonum … 3] secundum Philosophum 2. Ethicorum cap. 3 et Dionysium bonum (*in marg.*) est ex integra et tota causa malum ex parte Q; secundum Dionysium bonum est ex integra et tota causa malum ex parte et etiam secundum Philosophum 2. Ethicorum cap. 3 R 34 integra et] *om.* ELW 34–35 secundum[1] … 3] *om.* E 35–36 antecedens … doctorum] *om.* LW 38 potest] libere *add.* BMNP (*in marg.* M) ‖ non] illud non velit BMNP 39 secundum] per EL QRW ‖ 10] 4 BMNP 40 4] 10 BMNPQ 40–41 et … instanti] *om.* (*hom.*) LW 40 delectatio] dilectio BMNP ‖ perfecta] *om.* EQ

33–35 Cf. Ps.-Dionysius, *De div. nom.*, c. 4 (ed. Chevallier, 298); Arist., *Eth. Nic.* 2, c. 5 (1106b 28–34)? 39–41 Cf. Arist., *Eth. Nic.* 10, c. 3 (1174a 14–17)

1. Cum peccatum actuale consistat in carentia debitae circumstantiae actus eliciti pro illa mensura pro qua debet inesse, probant primo quod haec carentia circumstantiae debitae non possit inesse actui primo voluntatis ipsius. Primo ex parte efficientis sic: quandocumque actus alicuius efficientis talis est quod ipse quantum ad substantiam et qualitatem actus attribuitur causae proximae generanti effectum, si causa illa sit inflexibilis a rectitudine, impossibile est quod actus ipse sit deformis; sed actus primus voluntatis attribuitur ipsi Deo, qui est immediata causa ipsius voluntatis, sicut descensus gravis generanti. Cum igitur Deus sit causa inflexibilis in rectitudine, impossibile est quod primus actus voluntatis esset obliquatus et malus; alioquin Deus esset auctor mali.

2. Item nullus peccat in eo quod vitare non potest; sed actus primus voluntatis 9
in primo instanti suae creationis elicitus nullo modo evitari potest; igitur in illo nullum consistit peccatum. Probatio minoris, quia nec antequam eliceretur, vitari potest, quia voluntas ante non fuit, nec dum est, quia omne quod est, dum est, necesse est esse, nec postquam est. Igitur nullo modo potest esse malus.

3. Item omne peccatum actuale consistit in actu deliberativo voluntatis. Sed vo- 10
luntas pro primo instanti deliberare non potest, quia huiusmodi actus praesupponit intellectum practicum consiliativum secundum Philosophum 6. *Ethicorum* cap. 3; sed consilium sive syllogismus non potest esse in instanti; igitur etc.

4. Item omnis actus voluntatis est circa bonum apprehensum ab intellectu. Quod 11
si apprehenditur ut verum bonum, voluntas volendo illud non peccat; igitur si peccat circa bonum apprehensum, oportet quod apprehendatur ut bonum apparens. Sed huiusmodi bonum non potest cognosci nisi in ordine ad bonum verum prius cognitum, quia secundum Augustinum *Contra Academicos* non potest aliquid cogitari verisimile, nisi prius apprehenditur verum; igitur intellectus verisimilis boni praesupponit intellectum veri boni. Cum igitur angelus in primo instanti

46 pro[1] … inesse] *om.* ELW 47 primo[2]] *om.* ER 48 efficientis[2]] effectus EL 49 et … actus] actus et qualitatem eiusdem BMNP 52 gravis] attribuitur *add.* BMNP ‖ generanti] et prima claudicatio cruris ipsi parenti sive generanti *add.* BMNP 53 in] a LR ‖ rectitudine] tam formaliter quam effective *add.* BMNP 54 esset[1]] sit BMNP ‖ obliquatus et] *om.* EL 55 potest] quia omne peccatum est voluntarium *add.* BMNP ‖ voluntatis] angeli *add.* BMNP 56–57 in[2] … peccatum] etc. LW 57–58 vitari potest] *om.* LW 58 est[2]] vitari potest *add.* BMNP 59 est[2]] vitari potest *add.* BMNP 61 actus] deliberativus voluntatis sive electio *add.* BMNP; sive electio *add.* R 62 cap. 3] *om.* QR 63 sed consilium] consilium autem BMNP; quia consiliativum E ‖ etc.] nec peccatum actuale BMNP 64 actus] elicitivus *add.* EQR ‖ quod] quia LQR 65 apprehenditur] apprehenderetur W; apprehendit QR; sit apprehensum BMNP 65–66 si peccat] ad hoc quod peccet BMNP 66 oportet … apprehendatur] apprehenditur EQW; hoc erit L 67–68 prius cognitum] *om.* ELQW 69 apprehenditur] apprehendatur MN; apprehensum W

61–62 Cf. Arist., *Eth. Nic.* 6, c. 5 (1140a 30–31) 68–69 Cf. Aug., *Contra Acad.* 2, c. 7, n. 16 – c. 8, n. 20 (CCL 29, 26–29; CSEL 63, 34–38; PL 32, 926–29)

non possit simul cognoscere bonum verum et bonum apparens, quia tunc cognosceret plura ut plura, sequitur quod primum actum cognoscendi intellectus non consequitur aliquod peccatum, et ita non potuit peccare in primo instanti.

12 5. Item actus primus ipsius voluntatis est naturalis, procedens a voluntate inquantum natura est, non inquantum libera; sed actus naturalis primus est rectissimus; igitur in actu primo nullo modo consistit peccatum.

Probatio maioris: secundum Damascenum lib. 2 cap. 22 voluntas dupliciter consideratur, ut naturalis et ut deliberativa. Et certum est quod ipsa ut naturalis est prior se ipsa ut deliberativa; igitur et actus eius naturalis est prior actu deliberativo. Quod etiam probatur ex obiecto, quia obiectum voluntatis ut natura est bonum simpliciter absolutum secundum Philosophum 1. *Ethicorum* cap. 1, qui dicit quod verum enuntiaverunt dicentes quod bonum est quod omnia appetunt; sed obiectum voluntatis ut deliberativa est bonum relatum vel ad finem vel ad aliquam circumstantiam. Sed certum est quod bonum absolutum et simpliciter sumptum est prius bono relato ad aliud; igitur et similiter actus tendens in bonum simpliciter est prior actu tendente in bonum relatum, et ita naturalis actus prior est deliberativo.

13 Minor nunc restat probanda, quod actus naturalis qui primus est est rectissimus, quia omnis actus procedens a natura recte instituta, cui nullum pro instanti primo potest fieri impedimentum, est actus rectissimus rectitudine possibili actui creato; sed talis fuit actus primus voluntatis; igitur etc. Maior huius probatur, quia natura recte instituta non impedita operatur secundum totum conatum, sicut sol illuminando et grave descendendo. Talis natura fuit voluntas in primo instan-

---

71 possit] potest M; poterit EQ; potuit LW ‖ simul] *om.* BP ‖ cognoscere] cogitare BMNP ‖ bonum²] verisimile sive *add.* BMNP 71–72 quia … plura²] *om.* EL QW 73 et … instanti] in voluntate et ita non peccat nec peccare potuit in primo instanti BM NP; igitur etc. L; *om.* R 74 ipsius] *om.* ELQW ‖ est naturalis] *inv.* BEMNP 76 actu primo] illo ELQW 77 lib. … 22] *om.* ELW 79–80 igitur … deliberativo] *om.* LW 79 igitur] similiter *add.* BMNP ‖ eius] *om.* BMNP 81–83 secundum … appetunt] *om.* ELW 83 deliberativa] est *add.* PQR 84 certum … quod] *om.* LW ‖ absolutum] absolute EQR 85–87 tendens … deliberativo] *om.* E 86 est prior] *inv.* BEM NP 86–87 et … deliberativo] *om.* L 86 actus] *om.* QR 87 est] actu *add.* BMNP ‖ deliberativo] et sic patet maior *add.* BMNP 88 minor … probanda] probatio minoris scilicet W; restat minor probari scilicet L ‖ nunc] tunc BMNP 88–89 rectissimus] et ita in illo non consistit peccatum *add.* BMNP 89–90 pro … primo] pro instanti EQR (primo *add. in marg.* Q); *om.* LW 90 potest fieri] praestari potest (*sup. lin.* M) BMP; praestatur N 90–91 rectitudine … creato] *om.* ELQW 91–94 sed … ei] *om.* L 91 sed … probatur] *om.* W ‖ huius] *om.* MN 93 sol] in *add.* BMNP ‖ grave] in *add.* BMNP ‖ talis] sed *praem.* QRW 93–94 in … instanti] *om.* EQW

77–78 Cf. Ioan. Dam., *De fide orth.*, c. 36 (ed. Buytaert, 135–42) 80–83 Cf. Arist., *Eth. Nic.* 1, c. 1 (1094a 2–3); *Auct. Arist.*, n. 1 (ed. Hamesse, 232)

ti, quia instituta recte a Deo, nec ei a Deo nec ab angelo praestabatur aliquod impedimentum, quia loquimur modo de angelo quoad actum primum, quem non praecessit in aliquo aliquod peccatum alliciens alium; nec impediri potuit actus naturalis, quin esset rectissimus, ab actu deliberativo, cum ille sit posterior actu naturali, ut probatum est.

Item cum in illo priori actus naturalis sit rectissimus rectitudine naturali, erit delectabilissimus delectatione naturali; sed delectatio rectissima expellit omnem inordinatam delectationem, quae posset esse per actum deliberativum malum, sicut delectatio expellit tristitiam, si magna sit, tamquam contrariam, quia contraria sunt omnis delectatio et tristitia saltem secundum rationem generis sui. 14

6. Item cum omnis deordinatio mala aliquid adimat de bono, si igitur actus deliberativus malus fuisset in primo instanti, ademisset aliquid de rectitudine actus naturalis; et cum probatum sit ipsum pro primo instanti fuisse rectissimum, in eodem instanti fuisset rectissimus et non rectissimus. Et huius maior patet per Augustinum in *Enchiridion* non longe post principium: "animorum quaecumque sunt vitia naturalium sunt privationes bonorum"; et post, quod peccatum aliquid adimit de bono. Ex quo concluditur quod, cum peccatum actuale sit privatio alicuius boni prius habiti, si angelus posset peccasse in instanti primo, in illo instanti aliquod bonum habuisset quo in eodem instanti privatus fuisset; quod est impossibile. 15

7. Ad hoc etiam est argumentum Anselmi *De casu diaboli* cap. 16 et multotiens alibi in eodem libro, scilicet cap. 17, 18, 19, ubi probat quod voluntas ante acceptam iustitiam, quidquid velit, ex hoc nec est iusta nec iniusta, sed post acceptam iustitiam sponte eam deserendo fit iniusta et debitrix iustitiae. Tunc sic: angelus non potuit peccare nisi post acceptam iustitiam, quam deserendo peccaret; igi- 16

94–95 a^2 … impedimentum] in actu suo primo naturali quia non ab angelo qui prius peccavit *add.* R; praestabatur aliquod impedimentum in actu suo primo naturali quia nec a Deo nec ab alio angelo qui prius peccaverit BMNP 94 praestabatur] *post* impedimentum (*l. 95*) LW 98 est] igitur etc. *add.* BMNP 100 delectabilissimus] delectissimus P; dilectissimus B 101 esse] inesse BMNP ‖ malum] igitur etc. *add.* BMNP 101–103 sicut … sui] *om.* L 102 tamquam contrariam] contrariam E; et contrariam (et *add.* BP) continentem BM NP 104 adimat de] adimat (*post corr.*) a Q; abiciat a LRW; adiurat a E 107 maior] maioris probatio BMNP 108 Enchiridion] cap. 13 *add.* BMNP 109 post quod] postquam B; post quia E; post MR 110 cum] *om.* LQRW 111 posset] potuit LQW (*post corr.* Q); possit ER ‖ peccasse] peccare RW 111–112 in^2 … $instanti^1$] in primo instanti BM NP; *om.* L 114 ad] item *praem.* BMNP ‖ etiam] *post* est EPQ; *om.* BR ‖ argumentum Anselmi] Anselmus LW 114–115 cap. … 19] *om.* L 115 libro] *om.* EQW ‖ scilicet … 19] scilicet 17 et 18 et 19 cap. BMNP; *om.* W 116–117 acceptam iustitiam] *om.* ELW 117 et … iustitiae] *om.* ELQW (*sed add. in marg.* Q) 118 potuit] potest RW ‖ peccare] peccasse BMP; *om.* N ‖ deserendo] et amittendo *add.* BMNP

97–98 Cf. supra, n. 12 106 Cf. supra, n. 13 108–110 Cf. Aug., *Enchir.*, cc. 11–12 (CCL 46, 54; PL 40, 236–37) 114–117 Cf. Ans. Cant., *De casu diab.*, cc. 16–19 (ed. Schmitt, 1:259–64; PL 158, 347–51)

tur si peccare posset in primo instanti, cum in nullo priori recepisset iustitiam, in eodem instanti habuisset iustitiam et perdidisset eam; quod est contradictio manifesta.

⌈Opinio propria⌉

17 Quamvis autem haec sit hodie communis sententia doctorum, quod angelus in primo instanti nec peccavit nec peccare potuit, huius tamen dicti non video necessitatem. Ideo sine praeiudicio melioris sententiae videtur mihi aliter posse dici, quod scilicet, quamvis in primo instanti non peccaverit de facto, quod omnes communiter tenent, potuit tamen peccare pro primo instanti suae creationis.

18 Et ad hoc pono talem rationem: omne agens arbitrio libero formaliter, pro quocumque instanti habet obiectum sibi praesens, si nullum assit impedimentum et actus eius sit indivisibilis et totus simul, potest secundum arbitrium proprium actum eius elicere sic vel sic; sed huiusmodi est angelus pro primo instanti; igitur etc.

Maior patet de se, quia non plura concurrunt ad hoc quod libere elicitur secundum arbitrium voluntatis. Et certum est quod voluntas angeli est arbitrio libera de se; et obiectum est sibi praesentatum ab intellectu, scilicet ipsemet praesentatur sibi ipsi et etiam Deus et alii angeli, vel esto quod non nisi ipsemet, circa quem potest immoderate ferri diligendo se ipsum propter se; nec aliquod fuit impedimentum, quia non habuit gratiam consummatam nec aliquam gratiam collatam ultra naturalia, confirmantem liberum arbitrium in bono; et actus eius est indivisibilis, quia totus simul, sicut in nobis, secundum Philosophum 10. *Ethicorum* cap. 4 et secundum Commentatorem ibidem. Igitur etc.

119 peccare] peccasse (*post* posset) BMNP; *om.* E ‖ nullo] illo BM; isto P 120 eam] et ita simul eam habuisset et non habuisset *add.* BMNP 122–123 autem … potuit] communiter dicant doctores quod angelus non potuit peccare in primo instanti W; dicant communiter doctores isto modo L 124 mihi] *om.* QR 124–126 aliter … creationis] quod angelus peccare potuit primo instanti L 125–126 quamvis … creationis] quamvis in primo nec peccavit de facto quod omnes communiter tenent tamen peccare potuit E; in primo instanti peccare potuit quamvis in primo instanti non peccaverit de facto (de facto *ante* non W) quod omnes communiter tenent (quod … tenent *om.* W) QRW 127 formaliter] *om.* ELW 129 et^2 … simul] *om.* ELW 130 instanti] suae creationis sicut et pro alio quocumque sequente *add.* BMNP 132 quod … elicitur] nisi quod eliciatur (elicitur L) LQRW; quod elicitur E 133 certum … quod] *om.* LW ‖ arbitrio libera] formaliter libera immo arbitrio libera BNP; formaliter libera M 134 praesentatum] praesentialiter MN; praesens BL; praesens (*seq. nota paragraphi*) tum P 135 vel] et QW; si R 136 potest] potuit MNP; posset E; ponit B ‖ ferri] se habere BMNP 137 consummatam] QR (*post corr.* Q); assumptam ELMW; sumptam P; consup^{a}tam B; consump^{a}tam N ‖ nec] vel LQRW 138 naturalia] et *add.* BMNP (*sed del.* P) ‖ confirmantem] conservantem BMNP ‖ bono] bonum BMNP 139 10] 4 ELMPQRW (*post corr.* Q)

138–140 Cf. Arist., *Eth. Nic.* 10, c. 4 (1174a 14–17); Michael Ephesius, *In Eth. Nic.* 10, c. 4 (ed. Mercken, 359–60)

Sed dices pro omnibus istis positis quod non esset actus eius primus demeritorius, quia ad talem actum requiritur deliberatio et actus elicitivus praesupponit syllogismum practicum etc. 19

Istud nihil valet, quia licet in natura imperfecta, sicut in nobis, qui intelligimus per discursum, discursus syllogisticus quandoque praecedat electionem voluntatis, tamen pro illo instanti pro quo voluntas eligit completur discursus rationis stantis in sententiando de conclusione et voluntas indivisibiliter et instantanee eligit, quamvis non necessario secundum dictamen et iudicium rationis, quia dum ratio discurrit, voluntas non eligit, sed dum indivisibiliter sententiat, indivisibiliter eligit. Si igitur ista sententia ultimata possit haberi in aliquo sine discursu praecedente, indivisibiliter et in instanti voluntas ita perfecte posset eligere sicut posset praevio tali discursu, quia omnino accidit electioni voluntatis quod intellectus prius discurrat, sed hoc est per se requisitum, quod ratio sententiet. Quo facto in eodem instanti in potestate voluntatis est eligere conformiter rationi vel non eligere. Cum igitur angelus sit perfectus in cognoscendo absque omni discursu (sicut artifex perfectus non discurrit in operando, sicut cithareda perfectus non syllogizat in percutiendo chordas; aliter numquam perfecte operaretur, ex Philosopho 2. *Physicorum*), sequitur quod angelo perfecte cognoscente eligibile in primo instanti, et hoc absque omni discursu, voluntas potest conformiter vel difformiter eligere et ita peccare. Istud teneo pro nunc tamquam non includens contradictionem. 20

⌈AD ARGUMENTA PRINCIPALIA⌉

Ad primum argumentum principale in contrarium, cum arguitur quod malitia in voluntate praesupponit errorem in ratione, quia omnis malus ignorans, et error 21

141 pro omnibus] quod omnibus MNQ; quod pro instantibus B ‖ quod] *del.* Q 141–142 demeritorius] nec posset esse *add.* BMNP 142 elicitivus] deliberativus vel *praem.* N; deliberativus EQ (*post corr.* Q, *et* electivus *add. in marg.*) 143 etc.] ut prius arguitur R; igitur etc. E; *om.* BMNP 144 in[1] … sicut] non (ita perfecte *add. in marg.*) sit (*post corr.*) M 144–145 imperfecta … discursum] sicut in nobis quae est imperfecta L ‖ sicut … discursum] *om.* EW 145 discursus] talis *praem.* BMNP ‖ praecedat] praecedit BLW 146 eligit] elicit BMNP 146–147 rationis … conclusione] *om.* ELW 147 conclusione] quod sit eligenda *add.* BMNP ‖ et instantanee] *post* eligit (*l. 148*) QR; *om.* ELW 148 dictamen et] *om.* ELQW 151 posset] potest BMNP; possit E 153 ratio] dictet et *add.* BMNP 154 eligere] elicere QR 155 eligere] elicere QR 156 artifex] etiam *add.* BMNP ‖ sicut[2]] ut BMNP 157–158 ex … Physicorum] secundum Philosophum 2. Physicorum E; ex 2. Physicorum Q; 2. Physicorum W (*post corr.*); sicut dicit Philosophus 2. Physicorum BMNP; *om.* L 158–159 sequitur … instanti] *om.* P 158 quod] in *add.* BMN 160 istud] idem LP; ideo E ‖ teneo] tenendo EQRW 162 argumentum] *om.* LQRW ‖ in contrarium] *om.* BL 163 errorem … et] *om.* E 163–164 quia … peccatum] *om.* LW ‖ quia … poena[1]] *om.* QR (*sed add. in marg.* Q)

156–158 Cf. Arist., *Phys.* 2, c. 8 (199b 28)

est poena, poena autem non est ante peccatum etc., respondeo quod hoc argumentum concludit aeque quod non possit peccare in alio instanti sicut nec in primo, quia ille error in ratione prior esset malitia in voluntate, et sicut pro primo instanti poena non est ante peccatum, ita nec in alio. Tamen propter dictum Philosophi et intentionem eius dico aliter, quod primum peccatum angeli, sive peccasset in primo instanti sive in alio, nullus error praecessit vel ignorantia quae esset causa illius peccati.

22 Tunc ad Philosophum, cum dicit "omnis malus est ignorans", loquitur de malitia habituata et radicata; illa enim est causa erroris circa principia practica in applicando illa ad conclusiones. Non autem loquitur de errore praevio malitiae. Nec sequitur 'omnis malus habitualiter est ignorans, igitur est prius ignorans quam malus'. Quamvis enim aliquam malitiam praecedit error, scilicet ille qui causatur a malitia in voluntate, non tamen omnem malitiam praecedit error; aliter numquam homo primus peccasset nec etiam angelus, cum in eis non fuerit poena tam gravis qualis est error ante peccatum. Sed intellectu recte opinante potest voluntas male eligere; propter quod dicitur 3. *Ethicorum* cap. 5: "opinari quidam contingit melius, propter malitiam autem eligere quae non oportet. Si autem praesit opinio electioni vel subsequitur, nihil differt". Ecce quam expresse attribuit liberam electionem voluntati contrarianti opinioni rectae et praecedenti malam electionem.

23 Ad aliud de 7. *Ethicorum*, quod non est opinio Philosophi quod recte cognoscens non potest male operari, sed disputat contra Socratem, qui illius opinionis erat. Et Commentator dicit expresse Socratem male dicere; unde comm. 4 illius libri dicit sic: "iste quidem igitur sermo, quoniam si cognoscit quis hoc quoniam malum est, non utique hoc operabitur, oppugnat etiam apparentibus, id est mani-

164 autem] *om.* EQR ‖ respondeo] dico LW; *om.* R 166–167 pro … peccatum] poena non est ante peccatum in primo instanti LW 166 instanti] error et *add.* BMNP 167 alio] secundo vel in aliquo BMNP 168 eius] *om.* ELQW 168–169 sive … alio] quandocumque (antequam Q) peccasset ELQW 170 illius] ipsius ELQW ‖ peccati] sicut nec in primo homine *add.* BMNPR 171 dicit] quod *add.* BMNP 172 habituata et] *om.* ELW ‖ enim] obnubilat intellectum et *add.* BMNP 173 praevio] primae LW 175 praecedit] praecedat MNP; praecessit LW ‖ error] et ignorantia *add.* BMNP 176 voluntate] et ulterius est occasio maioris malitiae *add.* BMNP ‖ praecedit error] *om.* ELQW 178 recte opinante] exsistente recto (*om.* N) et recte opinante MNP; recto et recte exsistente B 179 5] 4 P; 58 EMQR; 93 B 180 quidam] quidem BE; quid MNQ 181 praesit … electioni] BEQ (*post* electioni *add.* voluntatis EQ); potest opinio electioni M; prosit opinio electioni P; prius sit opinio elective N; praecedit opinio electionem voluntatis R; praecessit electionem W, *et* vel opinionem *add. in marg.*; praecedat electio operationi L 182 liberam] voluntatem *add.* BP 184 quod[2]] sciens et *add.* BMNP; non *add.* W 185 potest] possit BEMNP 187 sic] *om.* EPQR ‖ iste … sermo] isti (iste M) quidem igitur sermoni MNR; *om.* ELQW ‖ cognoscit] cognovit BMNP 188–189 etiam … rebus] BP (id est *om.* P); apparentia etiam (*ante* apparentia MN; et EL; *om.* W) manifesta *cett.*

179–181 Arist., *Eth. Nic.* 3, c. 2 (1112a 10–12) 186–190 Cf. Anon., *In Eth. Nic.* 7, c. 3 (ed. Mercken, 10)

festis rebus. Videmus quosdam cotidie cognoscentes quoniam moechari malum est et operantes hoc". Et loquitur de actuali cognitione stante; aliter non contradiceret Socrati. Stante igitur recta cognitione voluntas male eligit operari. Ipsam tamen malitiam bene concomitatur ignorantia.

Ad secundum, cum arguitur "si sic, aut vellet verum bonum sub ratione qua vere cognoscitur" etc., respondeo quod ratione recte cognoscente potest voluntas ferri in illud volendo illud immoderate, sicut cognita a me ipso propria natura vel scientia vel virtute vere possum per voluntatem meam illud immoderate diligere propter se statuendo mihi finem in illo. Nec tunc volo aliquod incognitum; volo enim cognitum, sed non volo conformiter ipsi cognitioni. Similiter angelus pro primo instanti potuit intellexisse Deum naturaliter et se ipsum vel aliquod aliud bonum, et tunc voluntas potuit libere illud minus bonum amplius dilexisse vel magis propter alium finem quam deberet. 24

Et tunc quando dicis quod intellectus plura intelligeret simul, respondeo quod non est inconveniens, immo necessarium est dicere quod possit plura sic intelligere, cum hoc conveniat potentiae inferiori apprehensivae, scilicet sensui communi, qui simul et semel in indivisibili temporis apprehendit album et dulce; et visus exterior simul videt duo distincte. Similiter intellectus in nobis intelligit hominem non esse lapidem simul intelligendo hominem et lapidem, non sub ratione qua conveniunt, sed sub ratione diversitatis eorum. 25

Nec valet quod aliqui dicunt, quod sensus communis sic apprehendens plura simul est virtualiter plura, quia per hoc 'virtualiter' aut intelligis pluralitatem formalem potentiarum aut unam potentiam continentem in se virtutem plurium inferiorum. Si primo modo, tu dicis contra positionem, quia tunc idem esset dicere 'sensus communis apprehendit plura' ac si diceretur 'tu et ego apprehendimus plura', sed est aliquid unum quod simul in eodem tempore plura apprehendit. Si 26

189 videmus] enim *add.* BM (*sup. lin.* M); quoniam videmus LW 190 hoc et] hic BM NP 190–191 stante … Socrati] *om.* QR 190 aliter] enim *add.* BMNP 191 stante igitur] *inv.* BMNP || cognitione] et dum stat *add.* BMNP 192 malitiam] voluntatis *add.* BMNP 193 secundum] tertium BMNP; aliud LW || verum] *om.* BMNP 193–194 qua … cognoscitur] qua R; *om.* ELQW 194 respondeo] dico LRW; *om.* E || potest] potuit BENPQ 195 ferri] ferre EQ; in hoc vel L 195–198 sicut … cognitioni] *om.* ELW 196 illud] illam QR 197 statuendo] stabiliendo MN || illo] illis QR || nec tunc] nec tamen P; non tamen QR 199 aliud] *om.* BMNP 200 libere] *om.* QR 200–201 vel … deberet] vel propter alium finem quam deberet vel magis QR (vel magis *om.* R); vel magis E; *om.* LW 202 intelligeret] intelligit BMNP || respondeo] dico LRW || quod[2]] hoc *add.* ELQR 203 est[1]] mihi *add.* EQW 203–204 immo … intelligere] *om.* L 203 sic] simul W; *om.* ERQ 204 conveniat … scilicet] conveniat potentiae inferiori *in marg.* R || potentiae … scilicet] *om.* Q || apprehensivae] *om.* ELW 205 dulce] sive colorem et sonum *add.* BMNP 205–206 visus exterior] visus exterius BMNP; visus (visio E) et exterior EQ; visus L 206 distincte] hoc enim quilibet experitur *add.* BMNP 210 per … aut] aut per li virtualiter QR; aut ELW 211 potentiam] formaliter *add.* BMNP

secundo modo, sequitur quod multo magis intellectus, cum sit virtualiter plura quam aliquis sensus.

27 Nec valet, si dicas quod ideo una potentia apprehensiva non potest simul actu plura apprehendere (et maxime plura alterius rationis), quia una potentia unius generis non potest informari actu et simul pluribus speciebus alterius rationis; nam de formis realibus ordinatis in esse non est verum. Patet de formis realibus pluribus in eodem composito quae respiciunt eandem potentiam ad constitutionem unius entis per se. Est etiam falsum praecipue de formis intentionalibus, cuiusmodi sunt species intelligibiles, quia quamvis contrariae formae non possunt simul actu inesse eidem potentiae extra animam, tamen intellectus simul intelligit opposita et oppositorum formas intelligibiles simul recipit secundum Commentatorem super 6. *Metaphysicae* comm. 9.

28 Tunc ad Philosophum, cum dicit 2. *Topicorum* quod contingit plura scire, intelligere unum, haec auctoritas male allegatur. Philosophus enim ibi vult dare differentiam inter scire et intelligere et ostendit quod intelligere et scire non sunt idem, per hoc quod contingit plura scire in habitu et contingit intelligere unum solum. Et ex hoc habetur propositum quod non sunt idem, quia si sic, quotiens aliquis sciret plura, intelligeret plura; quod non oportet. Nec valet ultra consequentia 'possum intelligere unum solum simul, igitur non possum intelligere plura simul', sicut nec valet 'possum portare unum solum lapidem, igitur non possum portare plures'.

29 Ad tertium de Anselmo, cum probat angelum non posse habere primum actum a se, igitur nec primo actu potuit peccare, quia quidquid movet se ad volendum aliquid, primum vult se movere etc., potest dici, quantum ad propositum facit, scilicet quod si angelus in primo instanti male vellet, quod prius vellet se male velle,

---

217 valet] tertio *add.* N; tertium *add.* BP; 3 *add.* M ‖ si dicas] dicere LW ‖ actu] *post* plura[1] (*l. 218*) E; *post* apprehendere (*l. 218*) BNP 218 apprehendere] comprehendere QR ‖ rationis] vel contraria *add.* BMNP 218–219 quia … rationis] *om.* (*hom.*) E 218 una] *om.* LR 219 informari] formari QR ‖ pluribus] formis sive *add.* BMNP 220–222 patet … se] *in marg.* Q 221 respiciunt … potentiam] ordinantur L ‖ respiciunt] recipiunt MP; constituunt R 226 super] *om.* LQRW 227–228 cum … haec] 2. Topicorum contingit plura scire etc. dico quod LW 228 auctoritas] satis *add.* BEPQ ‖ ibi] *om.* MNW ‖ dare] solam *add.* BMNP 230–231 contingit[1] … quia] *om.* E 231 habetur propositum] habet propositum suum LW 231–232 quia … oportet] *om.* L 231 sic] essent idem omnino BMNP 232 oportet] sicut experimentum docet *add.* BM NP 233 possum[1]] potest LW ‖ possum[2]] potest LW 234 valet] sequitur BM NP 235 plures] sed possum portare unum solum et possum portare plures *add.* BMNP 236 tertium] quartum BLMNP 236–238 cum … movere] angelus non habere primum actum a se igitur L 237 igitur nec] *inv.* BMNP 238 primum … movere] *om.* EQRW 238–239 quantum … scilicet] *om.* L ‖ scilicet] *om.* PRW

224–226 Cf. Averr., *In Metaph.* 6, comm. 8 (ed. Iuntina, 8:152F)

quod ibi est figura dictionis, et hoc salvando processum Anselmi; commutatur enim quid in quale vel res actus in modum vel circumstantiam actus. Non enim sequitur 'omnis motus voluntatis est in bonum, igitur omnis motus voluntatis est bene', sicut nec sequitur 'quidquid heri vidisti, hodie vides; albedinem heri clare vidisti, igitur hodie clare vides'. Immo est figura dictionis commutando rem in modum, et ita quid in quale. Ita in proposito: 'quidquid movet se ad aliquid volendum, prius vult se moveri; igitur quidquid movet se ad sic volendum, scilicet male, prius vult male'.

Aliter potest dici quod, quidquid aliquid vult, prius vult se velle, sed non alio actu volendi. Quicumque enim vult aliquid, vult se velle illud in illud volendo. Et ideo quicumque explicite actum replicando super se dicit ⟨velle⟩ se velle illud, nugatorie hoc dicit, quia in primo velle dicit utrumque. Et sic dicere velle se velle illud idem est ac si diceret 'volo volo illud', nisi ita sit quod actus principalis velle non sit in potestate voluntatis se velle illum, et hoc aut nullo modo aut non tali modo quo vult se velle. Velle enim Deum caritative non est in hominis potestate absque caritatis habitu; et ideo voluntate naturali potest velle se velle Deum, et hoc non est nisi velle se habere caritatem, qua possit velle Deum caritative. Similiter, qui vult Deum ex minori caritate, non potest velle illum qualiter potest velle ex maiori caritate, et ideo ex caritate minori potest velle se velle Deum, et hoc non est nisi velle habere caritatem maiorem, qua possit velle Deum magis caritative. Et sic est de velle in volendo se velle et sic est de diligere in diligendo se diligere.

Aliter tamen potest responderi magis ad intentionem Anselmi quod Anselmus in prima propositione aequivocat 'velle' ad actuale velle elicitum, ad quod movet se voluntas, et ad velle habituale vel virtuale vel effectivum sive elicitivum praecedens ipsum velle elicitum. Quidquid enim movet se ad velle elicitum, ut sit

240 figura dictionis] fallacia dictionis P; fallacia figurae dictionis R; stulte dictum L ‖ et … Anselmi] *om.* L ‖ salvando] saltando BP; solvendo W ‖ Anselmi] commutando *add.* MN 241 vel[1] … actus[2]] *om.* ELW 243–244 hodie … vides] hodie vides albedinem heri vidisti Q; hodie vides albedinem heri igitur etc. R; hodie vides etc. E; etc. LW 243 albedinem] enim *add.* BN; *seq. ras. unius litt.* M 244 igitur] albedinem *add. in marg.* M ‖ vides] nec sequitur quidquid pacifice possides pacifice emisti hunc agnum pacifice possides igitur pacifice emisti *add.* BMNP ‖ figura dictionis] fallacia figurae dictionis R 245 quale] et *add.* BQR 247 vult male] *inv.* LQRW 250 actum replicando] actu replicando BMP; actu replicato N ‖ velle[1]] *supplevi ex Henr. Gand. (vide app. font.)* 251 nugatorie … velle[3]] *om.* E ‖ hoc] haec BMN 252 illud idem] illud MNP; idem W; *om.* L 255 velle[1]] *om.* LW 255–256 et[2] … Deum] *om.* (*hom.*) W 256 se] *om.* BMNP 256–260 similiter … caritative] *om.* (*hom.*) QR 258–260 et[2] … caritative] *om.* L 260 velle[1] … de[2]] *om.* L ‖ sic est[2]] *om.* EQW 262 responderi] et *add.* BMNP 263 quod] quem BMP 264 vel[1] … elicitivum] *om.* L ‖ vel[1] … effectivum] *om.* EQW 264–265 virtuale … velle[1]] virtuale effectivum sive elicitivum praecedens ipsum velle R

248–279 Fere sumpta ex Henr. Gand., *Quodl.* 8, q. 10 (ed. Parisiis 1518, 321O–P)

formaliter volens ipso, prius vult se movere vel habitualiter (habitu vel naturali re non differente a substantia potentiae vel habitu infuso et divinitus collato realiter differente a natura potentiae), vel saltem virtualiter prius vult se sic movere; nisi enim voluntas prius esset virtualiter talis, numquam se faceret formaliter talem. Et illud velle virtuale vel habituale, sive habitu naturali vel aliunde infuso, non habet a se, quamvis velle quo formaliter vult habeat a se elicitive. Et quod sic intelligit Anselmus videtur per litteram immediate sequentem, cum dicit quod nullus vult aliquid quocumque modo nisi qui prius habet naturalem voluntatem vitandi incommodum aut habendi commodum, qua se movet ad alias voluntates, id est volitiones. Ecce quam aperte dicit voluntatem primam, qua se movet ad alios actus, esse voluntatem naturalem vitandi incommodum aut habendi commodum; quae nihil aliud est quam actus voluntatis in habitu. Qua voluntate statim, cum offertur incommodum, vult illud vitare secundum actum, et cum offertur commodum, vult illud actu habere.

32 Aliter adhuc dicitur quod Anselmus ibi fingit unum angelum factum a Deo in solo appetitu commodi, quem tamen Deus postea faceret beatum, et quod esset sine affectione iustitiae et quod deficiat sibi illa perfectio voluntatis in actu primo qua affectat iustitiam (et ideo potest ipsum facere secundum partes) et quod sit aptus ad volendum, scilicet ad habendum illam partem voluntatis qua affectat iustitiam, sed tamen nondum habeat. Tunc quaeritur a discipulo an per se possit velle aliquid. Et post multa verba interposita respondet discipulus suus sic, quod, ex quo ponitur aptus ad volendum, quod possit per se velle, sicut aptus ad videndum, si clausis oculis ponitur in luce, penitus nihil videt, potest tamen per se videre. "Quare igitur", dicit magistro suo, "non similiter non volens vult per se, sicut non videns potest per se videre?" Et respondet Anselmus quod ille non videns visum habet et voluntatem qua potest movere visum. Ecce causa quare angelus factus in casu posito non potest per se velle, sicut non videns in luce potest per se videre, quia unus habet visum in actu primo, sic non habet angelus

266 ipso] velle elicito *add.* BMNP ‖ vel naturali] *in marg.* R; *om.* EQW 267–268 habitu … vel] *om.* (*hom.*) B 267 infuso et] *om.* ELQW 270 virtuale … habituale] habituale LQ; virtuale EW ‖ sive … infuso] quocumque modo L ‖ sive] *om.* EW 273 qui] quia BMNP 277–279 qua … habere] *om.* L 278 vitare] commutare EW 280 ibi] in principio cap. 21 (12 R) *add.* BMNPR 281 appetitu] seu affectione *add.* BM NP 281–282 esset … quod] *om.* (*hom.*) EQR 283 qua] quo *codd.* ‖ et[1] … partes] *om.* EQRW 285 iustitiam] et ideo potest ipsum fieri secundum partes *add.* E; et ideo potest ipsum fieri secundum partes et quod sit aptus ad volendum scilicet ad habendum illam partem *add. in marg. sup.* W (*plura non leguntur margine corrupto*) ‖ habeat] et *add.* BM NP 285–286 possit] posset BEP; potest LM 289 magistro suo] ipse magistro BMNP 291 ecce causa] ecce causas BMNP; ecce causam *in marg.* Q; ecce L 293 per se] *ante* potest BMNP; *om.* L

272–275 Cf. Ans. Cant., *De casu diab.*, c. 12 (ed. Schmitt, 1:254; PL 158, 344A) 280–291 Cf. ibid. (1:252, 254; 342A, 343C)

voluntatem perfecte in actu primo. Et ideo non potest habere primum velle a se, id est perfectam voluntatem in actu primo, qua velit iustitiam. Et quid mirum? Certe talis angelus, si fieret, non posset plus mereri etiam de congruo se disponendo plus quam bos. Sequeretur enim effrenate apprehensionem intellectus, sicut appetitus bruti sequitur apprehensionem sensitivam, quia principium merendi est voluntas perfecta in actu, quae includit et affectionem commodi et iustitiae. Quicumque igitur aliquid vult, vult prius se sic velle non actu elicito alio, quia tunc iretur in infinitum, sed prius habet voluntatem in actu primo. Et haec responsio incidit cum immediate praecedente nisi quia explicat hanc esse intentionem Anselmi.

Adhuc aliter quinto quod, qui aliquid vult actu elicito, prius vult se sic movere efficienter quam velit formaliter. Velle enim efficienter non est aliud in voluntate quam ipsam voluntatem elicere seu efficere seu producere per modum causae efficientis volitionem formalem effectam. Volitio enim est quaedam qualitas per se effecta a voluntate ipso efficere seu elicere quod est formaliter actio. Causa autem efficiens omnis saltem natura praecedit effectum. Unde concedo quod voluntas movens se ad male volendum formaliter prius vult efficienter se ita movere, licet formaliter actu formali volitionis non velit prius se male moveri; sic enim numquam posset dari primus actus malus voluntatis. 33

⌈AD ARGUMENTA OPINIONIS PRIMAE⌉

Ad primum opinionis primae, cum arguitur quod angelus non possit peccare in primo instanti, quia primus actus et quoad substantiam et quoad defectum debitae circumstantiae redundat in Deum, qui est causa voluntatis, respondeo quod si propositio veritatem habet, debet intelligi de actu naturali consequente naturam naturaliter et de defectu concomitante. Tunc enim actus defectivus naturaliter redundat in causam generantem, quae naturam defective genuit, ad quam propter defectum secundae causae in esse primo consequitur actus naturalis defectivus, 34

294 habere] *ante* potest N; *post* velle LQRW 294–295 a … iustitiam] *om.* L 295 actu] esse BEMNP 296 mereri] merere EQ; *om.* L 297–298 sicut … sensitivam] *om.* EQW 298–302 quia … Anselmi] *om.* L 299 et iustitiae] *om.* BMP 299–302 quicumque … Anselmi] *om.* EW 300 prius] *om.* BMNP ‖ alio] aliquo QR 301 prius] primum BMNP 303 adhuc … quinto] aliter quinto sic R; aliter adhuc (*om.* L) dicitur LW 304 velit] *om.* ELQW 304–306 velle … effectam] *in marg.* Q 305 quam] nisi BM NP 306 volitionem … effectam] volitionem effectam R; *om.* ELW 307 ipso … quod] quae L ‖ efficere seu] *om.* EQW 307–308 causa … effectum] *om.* E 308 autem] enim BLR 309 se[1]] *om.* EQW ‖ formaliter] *om.* EW 310 formaliter … moveri] non formaliter L ‖ velit] velint MN 312 arguitur] probatur LW ‖ angelus] *om.* LW ‖ possit] potest LM; potuit W 313–314 defectum … circumstantiae] debitae circumstantiae defectum LQW; defectum circumstantiae debitae R; debilitate circum[ed] effectum E 314 voluntatis] ponitur exemplum de descensu gravis et claudicatione tibiae quod attribuitur generanti *add.* BMNP 316 de … concomitante] defectu concomitante EQW; defectum concomitantem L ‖ defectivus] *post corr.* Q; deficiens R; defectus BELMNPW 317–318 quae … defectivus] *om.* L 317 defective] effective QR

non tamen sic quod actus ille sic sit a causa generante naturam sicut a proxima causa, sed sicut est causa illius mediate, ita mediate redundat in ipsum, sed immediate in causam proximam, quae elicit actum claudicandi seu descendendi. De actu autem defectivo voluntario nequaquam habet veritatem, sed Deus fecit voluntatem rectam in actu primo et ipsa sponte se posuit sub actu malo, sicut si tibia esset recta a generante et in potestate tibiae esset pro primo instanti ponere se sub actu claudicationis vel sub ambulatione recta, si poneret se sub actu defectivo, defectus ille imputaretur tibiae et non generanti tibiam. Unde sicut secundum aliquos angelus peccans, quando peccavit de facto, non peccavit inquantum est a Deo, ut ideo peccatum redundet in Deum, sed vel inquantum ex nihilo est vel ex arbitrio libero, ut libere eligat quod sibi placet bonum vel malum, sic etiam peccando in primo instanti peccavit altero istorum modorum vel utroque, ut sic peccatum eius non redundet in Deum.

Ad secundum, cum arguitur quod nullus peccat in eo quod vitare non potest secundum Augustinum, sed primus actus angeli non erat in potestate eius ut vitaretur, quia nec ante nec dum est nec postquam erat, quia quod fuit non potest non fuisse, per idem argumentum potest probari quod Christus non meruit in primo instanti. Ad istud argumentum respondi prius in quaestione de aeternitate mundi. Tamen dico quod actus defectivus angeli, si peccasset in primo instanti, fuisset contingens, quia numquam est aliquid formaliter contingens nisi quando est, sicut nec necessarium nisi quando est; ideo contingens, quando est, contingenter est. Non tamen in sensu compositionis contingenter est, quando est, sed in sensu divisionis, ut patet supra. Non enim omne ens quod actu est, est necessarium. Voluntas igitur in primo instanti sui esse, ut prior est natura suo actu elicito, ita contingenter elicit actum, sicut si praecessisset per horam horologii. Unde sicut entia, antequam sunt, quaedam sunt contingentia, quaedam necessaria, sic, cum sunt, quaedam contingenter sunt, quaedam necessario. Ut igitur est prius actu suo, non duratione, sed natura, elicit actum libere et libere peccat. Un-

319 actus ille] causa ista EW ‖ sic sit] sit L; fit MNP; fuit B 320 causa[1]] *ante* proxima (*l. 319*) LMQR; hoc enim negavi supra de motu gravium et levium *add.* BMNPQ (*in marg.* Q); *om.* W ‖ mediate redundat] *inv.* BMNP 322 voluntario] volitivo EL QW ‖ nequaquam … veritatem] non est verum LW 325 recta] et *add.* BMP; etiam *add.* N 326 defectus … et] sic (sicut MN) defectus ille ita (*om.* E) imputaretur tibiae quod BEMNP; tibiae est imputandum L 328 ut … Deum] *om.* ELQW 329 eligat] eligit ELW ‖ placet] vel *add.* BMNP 329–331 sic … Deum] *om.* E 329–330 sic … utroque] *om.* L 330 modorum] *om.* BMNP ‖ utroque] utrisque BN; utriusque P; utricumque M 331 peccatum eius] *post* redundet BMNP 332 potest] possit BMNP 333 secundum Augustinum] *om.* LW 336–337 in … mundi] *om.* EW 337 defectivus] defectus BELMNPW 340 est[1]] et etiam inest contingenter quando est sicut accidens *add.* BMNP 343 contingenter] consimiliter BMP ‖ si] *ante* sicut L; *om.* EW ‖ horam horologii] actum suum *add.* BMNP; magnam horam L; magnam moram QW; horam R 344 sunt[1]] sint EQRW

336–337 Cf. supra, d. 1, q. 5, n. 49

de haec non est ratio quare contingentia sunt causaliter contingentia, quia causa duratione praecessit, sed quia causa, quando causat, contingenter causat (in sensu divisionis dico). Unde haec 'omne quod est, quando est, necesse est esse' est divisa et falsa vel composita et vera. Est etiam in argumento fallacia secundum quid et simpliciter, ut alias dixi.

Ad tertium, cum dicitur quod peccatum consistit in actu deliberativo, voluntas in primo actu deliberare non potest, nego sicut visum est in pede. Non enim sequeretur quod, si angelus peccasset in primo instanti, quod esset naturaliter malus, sed libere, secundum quod Augustinus satis expresse testatur 11. *De civitate Dei* cap. 14 quod ponentes angelum fuisse malum semper a primo instanti propria electione non cum illis manichaeis sentiunt qui posuerunt unum principium naturaliter malum ex adverso contra principium aliud naturaliter bonum, cuiusmodi est Deus. 36

Ad quartum, cum arguitur quod actus culpabiliter defectivus ipsius voluntatis est circa bonum apparens, quod non cognoscitur nisi in comparatione ad bonum verum, respondeo quod, si sic intelligitur quod apparentia boni sit formalis ratio quare voluntas peccat circa illud, nego, immo circa verum bonum potest voluntas peccare immoderate appetendo illud vel appetendo propter alium finem quam appetendum sit. Aliter numquam creatura rationalis posset peccare circa finem, sed solum circa ea quae sunt ad finem, vel esto quod peccet circa bonum ad finem non referendo illud ad finem vel avertendo se a fine debito, ponendo finem in alio. 37

Tunc ultra ad argumentum, cum dicis quod angelus non potest pro primo instanti simul cognoscere bonum verum et bonum apparens, nego, immo in primo, sicut in alio sequenti. Nemo enim negat quin angelus potest simul plura 38

349 dico] *ante* divisionis QRW; *om.* L 349–350 est[4] … vera] Q (falsa *post corr.*); est divisa vel falsa vel composita et vera W; divisa est falsa composita vera L; composita vera divisa falsa ER; est divisa et falsa haec autem omne quod est quando est necesse est esse composita est et vera BMNP 350 est … argumento] est et in argumento MN; et est in argumento LR; et in argumento est P; et in argumento B 352 dicitur] arguitur EQR 355 quod … testatur] Augustinum L ‖ satis … testatur] expresse testatur Q; testatur expresse W; dicit R 356 14] 11 BMNP 358 ex adverso] *om.* EL 362 formalis] formaliter BM NP 363 circa[2]] hoc *add.* BMNP 364 appetendo[2]] illud *add.* EQW 365 numquam … peccare] numquam posset (possit BN) peccare creatura rationalis BMNP; creatura rationalis numquam posset peccare W 366–368 vel … alio] *om.* L 366 vel] sed QR; *om.* EW ‖ peccet] peccare BMNP (*corr. in* peccaret P) 367 non … vel] *om.* EQRW 367–368 ponendo … alio] *om.* EQW 369 cum dicis] cum dicit MNP; cum dicitur W; *om.* L ‖ non potest] non potuit BNPW; *om.* L 370 simul … apparens] etc. L ‖ apparens] et ea offerre voluntati *add.* BMNPR 370–371 primo] instanti potest (potuit BP) *add.* BMNP 371 sicut] potuit *add.* BP; potest *add.* N; possit *add.* M 371–373 nemo … plura[2]] *om.* L 371 simul] *om.* BMNP

353 Cf. supra, nn. 19–20 355–359 Cf. Aug., *De civ. Dei* 11, c. 13 (CCL 48, 334; CSEL 40.1, 532; PL 41, 329)

intelligere in ordine quodam unius ad alterum, immo ego dico quod potest simul cognoscere plura ut plura.

39 Ad quintum argumentum, cum dicitur quod actus naturalis voluntatis est prior actu deliberativo etc., respondeo quod, si ex hoc quod actus naturalis praecedit actum deliberativum in primo instanti, et ideo actus naturalis est rectissimus, quia elicitur a natura recte instituta, ut ideo nec obliquari possit per actum deliberativum in primo instanti, sequitur eadem ratione quod, cum actus naturalis sit prior deliberativo pro quolibet instanti, sicut voluntas ut natura est prior se ipsa pro quolibet instanti, ut est deliberativa, et similiter bonum absolutum est prius bono apparente, quod voluntas pro nullo instanti peccabit. Ideo dico ad argumentum quod, sicut voluntas ut natura et ut libera non est alia et alia potentia secundum essentiam, sic actus eius, ut naturalis est et ut deliberativus, est idem actus secundum essentiam, ita quod omnis actus voluntatis qui non est a voluntate coacta, sicut est actus proiciendi merces in mari ut homo salvetur, est actus liber et a libera voluntate. Unde si aliquid aliud intelligis per actum naturalem quam actum liberum, nihil dicit ultra voluntatem nisi forte inclinationem in actum eliciendum. Et ideo falsa imaginatio est quod angelus pro primo instanti habuisset unum actum naturalem, qui non possit male circumstantionari, et postea natura vel duratione haberet alium deliberativum, qui (et non alius) possit esse malus. Immo sicut in primo signo naturae vel temporis prius est voluntas ut natura se ipsa ut libera, ita et in quolibet, et sic de actu. Et sic numquam peccaret imaginando sic. Quamvis autem voluntas, ut natura est, circumscribendo libertatem non possit peccare sicut nec mereri plus quam brutum, tamen voluntas quae est natura ut libera potest peccare in quolibet instanti in quo intellectus potest apprehendere.

40 Et per hoc patet ad probationem, qua probas quod actus elicitus a natura recte instituta non potest esse malus, quod verum est de actu elicito a natura naturaliter agente et non libere; et talis non est actus voluntatis, et ideo in primo instanti potuit esse defectivus. Et sicut fuit, sic fuit delectabilis; sicut enim defuisset

Deest M *inde a* naturaliter (*ll. 397–398*)

372 quodam] et relatione *add.* BMNP ‖ ego] etiam BMNP; est E ‖ potest simul] *inv.* BMNP 373 plura[2]] ut patet supra *add.* BMNP 374 dicitur quod] arguitur LW 374–375 est … deliberativo] *om.* L 375 deliberativo] et actus naturalis qui a voluntate ut natura est semper rectus et bonus *add.* BMNP 376–378 quia … instanti] *om.* L 377 nec] non EW ‖ possit] potest M; poterit EQRW 379 pro[1] … instanti] in omni instanti *ante* actus (*l. 378*) BMNP; *om.* EW ‖ sicut] etiam *add.* QR ‖ natura] est *add.* BMNP 380–381 et … apparente] *ante* sicut (*l. 379*) QR (*omittentes* similiter); *om.* E 381–382 quod … sicut] dico igitur quod sicut N; quod BP; quia M 382 natura … libera] libera et ut natura LQR; libera EW ‖ potentia] seu natura *add.* BMNP 383–384 sic … essentiam] *om.* (*hom.*) BR 389 possit] posset BPR; potest M; potuit L 392 ita et] *inv.* LQR; igitur et P 393 est] *om.* BMNP 395 libera] est *add.* BMNP 396–397 qua … quod] *om.* L 396 qua] quando BMNP 397 a natura] et QR (a natura *praem. in marg.* R) 397–79 naturaliter … actuali (dist. 7)] *om.* M 398 et talis] talis EQR; talis autem LW 399 defectivus] defectus BENPQ (*corr. ex* effectus Q)

recta circumstantia debita in actu voluntatis, sic delectatio consequens inordinate fuisset delectabilis.

Ad sextum et septimum est una responsio in re. Ideo primo respondeo ad septimum, quod arguitur per Anselmum, ex quo patet quid sit dicendum ad sextum, quod arguitur per Augustinum. Ad septimum igitur, cum arguitur per Anselmum quod angelus peccare non potuit nisi post acceptam iustitiam, quae per peccatum est amissibilis, et cum non possit simul iustitiam habere et eam non habere amittendo, non potest angelus pro primo instanti peccasse, respondeo quod voluntas creata pro primo instanti suae creationis potest tripliciter dici iusta, vel formaliter habitu formali iustitiae sibi infuso, realiter differente a natura voluntatis et amissibili per peccatum. Et quod talem iustitiam recepit angelus ante peccatum videntur sonare auctoritates Anselmi superficialiter in praedicto libro allegato. Et talis iustitia est formaliter qualitas absoluta amissibilis per peccatum, sed talis iustitia non fuit voluntati necessaria ad hoc quod peccare posset, nec etiam ut possit rationi rectae concorditer velle et per consequens bene velle, licet diminute, quia si sic, tunc natura rationalis solis naturalibus instituta esset impeccabilis nec peccare posset nisi prius collato sibi tali habitu iustitiae; sed hoc Anselmum sensisse non credo. Vel potest voluntas naturaliter instituta dici iusta non formaliter habitu realiter a se differente, sed virtualiter, inquantum dominio suae libertatis subfuit actum suum rationi rectae conformiter elicere et per consequens iuste velle actualiter et formaliter, licet diminute. Quoniam talis iustitia in actu sibi non sufficeret perfecte ad meritum vitae aeternae, subfuit etiam suae libertati, sed tantum dispositive est actus perfectae iustitiae, quoniam voluntate rectificante actum suum concorditer rationi rectae pro quocumque instanti modo sibi possibili per iustitiam talem naturalem Deus eundem actum munere suae gratiae perfecisset perfectam iustitiam eidem conferendo, sicut in naturali generatione hominis natura materiam disponente modo sibi possibili anima rationalis 41

Deest M

403 quod … Anselmum] de Anselmo LW 403–404 ex … Anselmum] *om.* (*hom.*) ELQ RW 405 post … iustitiam] prius acceptam iustitiam habuisset N; primo acceptum iustitiam E; prius iustitiam acceptam L 406–407 et[1] … peccasse] sed non potest simul (*om.* L) habere et non habere iustitiam etc. (*om.* L) LW 407 potest] potuit EPQ ‖ instanti] suae creationis *add.* EQR 408 tripliciter] dupliciter (*post corr.*) Q 410–411 ante peccatum] *om.* EW 411–412 in … allegato] *om.* EW 412 talis iustitia] *inv.* BNP 413–414 ad … etiam] *om.* EQW (*sed add. in marg.* Q) 414 rectae … velle[1]] concordari BNP 414–415 et … diminute] *om.* EQW (*sed add. in marg.* Q) 415 tunc] tota EQRW; *om.* B ‖ solis … instituta] solum in naturalibus instituta LQ; in solis naturalibus instituta R; *om.* EW 416–417 hoc … non] nec teneo hoc nec Anselmum sensisse BNPR 418 non … sed] *om.* EW ‖ formaliter] formali *add.* QR; formali tali L ‖ realiter] reali BNP 421 sufficeret] sufficienter BP 422 dispositive] *vel* dispositione BELNPR ‖ est] eius *add.* R; positione *add.* L; *spat. vac.* Q; *om.* W ‖ perfectae iustitiae] Q (*post corr.*); perfectio iustitiae L; perfecta iustitia *cett.* ‖ quoniam] quia NLW 423 quocumque] quolibet ELQW 423–424 modo … possibili] *om.* EQW

infunditur a creante. Haec autem iustitia, scilicet rectitudo actualis et naturalis in actu elicito vel etiam gratuita, quae sibi ex tali rectitudine naturali actuali fuisset collata, entitatem absolutam dicit super naturam potentiae. Et utraque iustitia iniustitiae opponitur ut habitus privationi in eodem genere exsistenti cum utraque; etiam per peccatum primum voluntatis sic in solis naturalibus institutae tolleretur per peccatum in primo instanti, et tamen neutra sibi prius infuisset secundum actum formalem, sed tantum secundum debitum, pro instanti pro quo peccaret, scilicet pro primo instanti et pro quolibet sequenti. Non est enim necesse quod privatio iustitiae semper tollat habitum prius inhaerentem de facto, sed sufficit quod pro tunc insit habitus ex debito, sicut patet de cattulo qui numquam vidit et tamen post nonam diem caecus est. Eodem modo voluntas debens se conformare rationi rectae in operando pro quolibet instanti (et hoc potens naturali libertate), cum discorditer vult et operatur, formaliter fit iniusta privando se iustitia actuali, velle suum producendo discorditer rationi rectae et per consequens collationem iustitiae gratuitae impediendo. Differenter tamen privat se iustitia et rectitudine naturali et alia gratuita. Gratuita enim se privat, quantum in se est, irrecuperabiliter, quoniam nulla eius operatio sequens quantumcumque conformis rationi rectae poterit esse sufficiens dispositio ad istam; semper enim erit indigna magis quam digna et per consequens magis indisposita quam disposita. Propter quod dicit Anselmus *De libero arbitrio* cap. 11: "numquam est in potestate voluntatis rectitudinem capere, cum non habet, sed semper est eius potestatis servare, cum habet". Illa autem naturali iustitia in actu numquam pro statu viae aliquis sic se privat quod nullam actionem rationi rectae conformem elicere valeat, licet frequens et consuetudinalis iniusta actio ipsam habitualiter ad malum inclinet et ad actionem bonam difficilem reddat. Isto modo triplici loquendo de iustitia potest exponi totus processus Anselmi *De casu diaboli* et *De concordia praescientiae Dei et liberi arbitrii*.

Deest M

427 et] *om.* EQR 428 actuali] *om.* BEW; vel supernaturali *in marg.* Q 430 ut … cum] *om.* L ‖ privationi] privatim BP ‖ exsistenti cum] exsistente cum ER; exsistentes cum W; exsistentes BNP ‖ utraque] utraque *add. in marg.* Q 431 tolleretur] *post* instanti (*l. 432*) ELQW 432 et] *om.* BNP 433–434 instanti … instanti] instanti pro quo peccaret scilicet primo R; primo instanti pro quo peccaret ELW; primo instanti Q 434 pro^2] *om.* ELQW 435 prius inhaerentem] praeinhaerentem BENP; inhaerentem L 436–437 et tamen] cum BNP; *om.* E 438 et … libertate] *om.* Q ‖ potens] potest BNP 439 fit] *post corr.* Q; sicut B; iniusta sicut P; fuit W ‖ actuali] accidentali BP 440–441 velle … impediendo] *om.* L 440 suum] videlicet *add.* BNP 442 gratuita enim] illa enim iustitia gratuita BNP 447 eius potestatis] in eius potestate LW ‖ servare] conservare BNP 448 in] etiam N; et BP ‖ aliquis] *om.* EQW 451 triplici] duplici (*post corr.*) Q 452 praescientiae] praescientia BNP; gratiae EW

446–448 Cf. Ans. Cant., *De lib. arb.*, c. 11 (ed. Schmitt, 1:223; PL 158, 503B)

Per hoc ad argumentum sextum in ordine per Augustinum, quod peccatum 42
adimit de bono; non semper de bono quod infuit formaliter, sed de bono quod inesse debuit modo dicto.

Deest M

⌈DISTINCTIO 7

Quaestio unica:
An angelus damnatus possit paenitere⌉

Circa distinctionem septimam quaeritur an angelus damnatus possit paenitere. 1

Quod sic: 2

1. Nullum violentum est perpetuum secundum Philosophum 2. *De caelo et mundo*, bene ante finem, cap. 1. Volumus itaque dicere quod omne violentum est contra naturalem inclinationem rei, et ideo contristans secundum Philosophum 5. *Metaphysicae* cap. de necessario. Et ideo conatur res ad illius amotionem; unde aqua calida sibi relicta redit ad frigiditatem, et lapis, si potest, frangit trabem. Sed angelus est violenter sub culpa, quia culpa est contra naturam secundum Damascenum. Igitur ab ista conatur liberari et ita aliquando liberatur, non nisi paenitendo; quare etc.

2. Item nullus intellectus est ita aversus a vero, quin potest aliquod verum cognoscere et vere; igitur nulla voluntas est ita aversa a bono, quin potest velle bonum et bene. Sed velle bonum et bene est virtuosum. Igitur angelus potest virtuose velle et ita paenitere. Antecedens patet, quia principia prima sunt nota omni intellectui, quia se habent sicut ianua in domo secundum Philosophum. Consequentia patet, quia omnis malus est ignorans saltem concomitanter, quamvis non antecedenter, ut patuit supra; sed non obstante ignorantia in intellectu intellectus potest aliquod verum cognoscere et vere; igitur non obstante malitia in voluntate angeli potest aliquod bonum velle et bene. 3

3. Item manente principio sanitatis illaeso curabilis est infirmitas. Sed principium sanitatis spiritualis manet illaesum in angelis damnatis, scilicet naturalis cognitio veri et naturalis dilectio boni, quia secundum Dionysium 4. cap. *De divinis nominibus* omnia naturalia manent integra in eis. 4

Deest M

---

3 est] *om.* EQR 3–4 De … mundo] Caeli et mundi EQR 4 bene … finem] *om.* W ‖ finem] libri *add.* EQL ‖ itaque] nos *add.* BNP 9 liberatur] liberabitur LR 10 quare] igitur LRW 11 aversus] adversus BEN (*sed corr.* N) 13 bene[2]] hoc *add.* EQR 15 quia … Philosophum] *om.* L ‖ secundum Philosophum] *om.* EQRW 16 concomitanter] communiter EL; concorditer B 18 in voluntate] *om.* BNP ‖ angeli potest] potest angelus LW 21 angelis damnatis] angelo damnato LW 22–23 4 … nominibus] De divinis nominibus cap. 4 LW

3–4 Cf. Arist., *De caelo* 2, c. 3 (286a 17–18); *Auct. Arist.*, n. 50 (ed. Hamesse, 163) 5–6 Cf. Arist., *Metaph.* 5, c. 5 (1015a 26–28) 8–9 Cf. Ioan. Dam., *De fide orth.*, cc. 18 et 44 (ed. Buytaert, 75, 162) 15 Cf. Arist., *Metaph.* 2, c. 1 (993b 4–5) 16–17 Cf. supra, dd. 4–5, q. un., nn. 21–23 22–23 Cf. Ps.-Dionysius, *De div. nom.*, c. 4 (ed. Chevallier, 282)

Contra:

Sicut se habent boni ad confirmationem in bono, sic mali ad obstinationem in malo. Sed boni statim, ut bene moti sunt, immutabiliter confirmati sunt, ut peccare non possunt; igitur mali statim, ut male moti sunt, obstinati sunt in malo.

⌈SOLUTIO

OPINIO ORIGENIS⌉

6 De ista quaestione fuerunt aliqui istius opinionis, sicut Origenes et sui sequaces, ut recitat Augustinus 21. *De civitate* cap. 17 et continue infra, quod et angeli damnati nunc et similiter homines post longam et graviorem poenam pro demeritis liberabuntur et sanctis angelis in beatitudine aeterna associabuntur. Et isti dicerent quod angelum malum paenitere et reverti ad bonum sic est possibile quod aliquando ponetur in esse.

7 Ad hoc sentiendum movebantur et auctoritate Sacrae Scripturae et evidentia rationis. Auctoritate sic: Psalmista loquens de Deo: "numquid obliviscetur misereri Deus aut continebit in ira sua misericordias suas". Has autem miserationes suas in sinu suo contineret, si miseros in perpetuum damnaret; cuius contrarium dicit psalmus, quod non continebit etc.

8 Item ratione sic: Christiani nunc in Ecclesia orant pro inimicis et persecutoribus eorum, cum tamen sint imperfecti; igitur multo magis hoc facient, cum fuerint perfecti et ab omni miseria liberati, scilicet post iudicium; post igitur iudicium orabunt Deum pro liberatione damnatorum. Sed ex quo Deus exaudit petitionem hominum in Ecclesia militante, ubi sunt imperfecti et non sine peccato, multo magis exaudiet eos in caelo, ubi sunt sine omni peccato. Partim igitur ex misericordia Dei, partim ratione supplicationis bonorum ponunt damnatos liberandos a poena post iudicium.

Deest M

26–27 ut[2] … possunt] *om.* L 27 possunt] possint BP 28 de … Origenes] ad illam quaestionem dicitur secundum Origenem L ‖ quaestione] dicitur quod *add.* QRW ‖ fuerunt … sicut] *om.* W 29 21 … 17] 21. De civitate Dei cap. 2 et De doctrina christiana 17 LQR; 2 (*sup. lin.*) De doctrina christiana cap. 17 W ‖ 21] 12 BN ‖ quod et] quod B; quod in E; dixerunt quod W 34 sentiendum movebantur] ponendum moti sunt LW ‖ et[1]] *om.* BLRW ‖ sacrae] *om.* BNP 35 Psalmista … Deo] in psalmo L ‖ Psalmista] *corr. in marg. ex* posita Q; psalmus ERW (*vel* Psalmista W?) 36–37 has … suas] sed manifestam suam L 37 suas] *om.* NRW 38 psalmus] Psalmista (*?*) *post corr.* W; *om.* R 39 nunc … ecclesia] *om.* L ‖ ecclesia] Dei *add.* BNP 40 sint imperfecti] fuerint imperfecti EQR; non sint hic perfecti LW 41 iudicium[2]] electi *add.* LW 44 exaudiet eos] *om.* LW 44–46 ubi … iudicium] igitur etc. L 45–46 ponunt … poena] liberabuntur a poena damnati W 45 liberandos] deliberandos EQR

28–33 Cf. Aug., *De civ. Dei* 21, cc. 17–22 (CCL 48, 783–87; CSEL 40.2, 548–55; PL 41, 731–35) 35–36 *Ps.* 76,10

⌈CONTRA OPINIONEM ORIGENIS⌉

Sed hanc opinionem cum aliis erroribus aliorum reprobat Augustinus in eodem tamquam erroneam et fidei Ecclesiae repugnantem. Nam iudex dicet reprobis in iudicio extremo: "ite, maledicti, in ignem aeternum"; et de hoc satis in evangelio. 9

Nec valet auctoritas pro eis, quia non negat misericordiam volentibus eam, dum sunt in via; ex hoc tamen non sequitur quod extendi debeat ad reprobos extra viam et statum bene volendi et proficiendi. 10

Similiter nec ratio valet, quia sicut nunc ex causa Ecclesia non orat pro damnatis, quia hoc esset errare et supponere eos liberandos, sic nec in alio saeculo orabunt sancti pro eis, immo nunc non orant nisi pro viventibus vel in purgatorio exsistentibus, qui ordinati sunt ad gloriam, ut per orationes suas et hi consequantur paenitentiam et alii citius liberentur a poena purgatorii. 11

⌈DE CAUSA IMPAENITENTIA EX PARTE ANGELI⌉

In ista quaestione est aliquid in quo omnes conveniunt, scilicet quod Deus de potentia absoluta posset facere quod angelus damnatus paeniteret destruendo vitium per appositionem gratiae, sed de potentia ordinata non faciet umquam hoc. Ideo tota difficultas illius quaestionis est reddere causam istius impaenitentiae ex parte angeli et dare rationem quare angelus non poterit ex parte sui habere motum displicentiae de peccato suo et peccatum detestari et dolere quod Deum offendit, ut sic disponat se ad susceptionem gratiae. 12

⌈OPINIO THOMAE⌉

Et dicit Thomas 1. parte *Summae* art. 330 quod vis appetitiva in omnibus proportionatur potentiae apprehensivae a qua movetur, sicut mobile proportionatur motori. Sed nunc est sic quod apprehensio angeli differt ab apprehensione hominis in hoc quod angelus apprehendit immobiliter quidquid apprehendit, sicut 13

Deest M

49 et … evangelio] *om.* LW 51 debeat] deberet QR; debet LW; valet E 52 extra … proficiendi] *om.* L ‖ volendi] vivendi BNP 53–57 sicut … purgatorii] nunc non orat Ecclesia nisi pro viatoribus et qui sunt in purgatorio sic nec in caelo L 53 ex causa] *del.* Q; *om.* BPR 56 hi] huiusmodi BNP 56–57 consequantur] sequantur BNP; *om.* W 58 ista] illa EQR 60 non … hoc] numquam hoc faciet LW 61–64 ideo … gratiae] *om.* L 61 illius] istius BEQ; huius W ‖ istius] illius BPR 64 ut] et RW ‖ disponat] disponeret BNP; disponit E ‖ susceptionem] appositionem BNP; oppositionem E 65 et … 330] dicunt igitur (*om.* L) quidam LW ‖ 1] *om.* EPQ (*sed add.* P) ‖ art. 330] art. 230 E; (q. 64 *in marg.*) art. 2 P; art. 64 cap. 2 B; art. q. 64 cap. 2 N 65–67 vis … quod] *om.* (*hom.*) L 66 potentiae apprehensivae] propriae apprehensivae (apprehensioni BP) BNP; apprehensivae Q

47–48 Cf. Aug., *De civ. Dei* 21, cc. 23–24 (CCL 48, 787–93; CSEL 40.2, 555–64; PL 41, 735–41) 48–49 *Matth.* 25,41 65–77 Th. Aq., *Summa theol.* I, q. 64, a. 2 (ed. Leonina, 5:141b), scilicet art. 330, si pernumeres articulos

et nos immobiliter apprehendimus prima principia quorum est intellectus; homo vero per rationem apprehendit mobiliter discurrendo de uno in aliud, habens viam procedendi ad utrumque oppositorum. Et ideo voluntas adhaeret alicui mobiliter, ita quod potens est ab eo discedere et contrario adhaerere. Voluntas autem angeli adhaeret fixe et immobiliter. Et ideo, si voluntas angeli consideretur ante adhaesionem, potest libere adhaerere et huic et opposito, in his scilicet quae non naturaliter vult, sed postquam iam adhaesit, immobiliter adhaeret, ut ideo non possit ab eo discedere. Et ita immobilitas adhaesionis est causa impaenitentiae in angelo.

14 Item 2. *Scripti* dist. 7 q. 5 in pede dicit quod peccatum in voluntate accidit dupliciter circa finem, vel ex passione deducente rationem ab actuali consideratione recti finis – et talis peccator paenitens est cessante passione sicut incontinens – vel ex malitia, quae secundum Philosophum 7. *Ethicorum* cap. 9 est corruptio finis. Dicitur enim ex malitia peccare qui ex electione pravi finis peccat, eo quod qualis est unusquisque secundum habitum, talis finis videtur ei (ex 3. *Ethicorum* cap. 8), ut qui habet habitum luxuriae, delectationem veneream ponit sibi finem. Unde sicut iste qui errat circa prima principia in speculativis, et hoc ex ignorantia dispositionis, non contingit ex notioribus dirigi ad veritatem principiorum, sic qui ex malitia errat circa finem non contingit paenitere, sicut intemperatus ex electione et malitia peccans necessario est insanabilis et impaenitens secundum Philosophum 7. *Ethicorum* cap. 10. Et quia angelus non peccavit ex passione, sed ex malitia et propria electione finem indebitum statuendo, ideo est impaenitens necessario sicut intemperatus.

⌈OPINIO HENRICI⌉

15 Alius autem doctor, scilicet Henricus *Quodlibeto* 8 q. 11, huic conclusioni et modo dicendi satis concordat dicens pro ratione quod angelus est impaenitens ex

Rursus adest M *inde a* consideratione (*l. 79*)

69 et … principia] homo apprehendit immobiliter (*post* principia L) prima principia LW 70 per rationem] *om.* LW 73 ideo] *om.* LW ‖ angeli[2]] eius BP; *om.* N 74 et[1]] *om.* BNP ‖ et[2]] eius *add.* BP; huius *add.* N 75 adhaesit … ideo] adhaeret iam L ‖ ut ideo] et ideo EP; ut eo N; ut iam W 75–76 non … eo] ab eo non possit R; non posset ab eo P; ab eo non posset Q; ab eo W 78 5] conclusione 5 *add.* QR 81 cap. 9] *om.* LW 85 iste] ille LPRW (*sed corr. in* illum P) ‖ prima] *om.* BMNP ‖ in speculativis] speculationis BMP ‖ et hoc] et haec MN; *om.* L ‖ ex] *om.* BMNP 86 dirigi] et *add. sup. lin.* QR ‖ principiorum] perduci *add.* QR; per duo *add.* EW 88 electione … malitia] malitia et (ex *add.* W) electione LW 89 cap. 10] cap. 20 QR; cap. 18 E; *om.* L 92 scilicet … 11] *om.* LW 93 dicens] dans N; *om.* BMP

78–91 Cf. Th. Aq., *In Sent.* 2, d. 7, q. 1, a. 2 (ed. Mandonnet, 2:184–85) 81–82 Cf. Arist., *Eth. Nic.* 7, c. 9 (1151a 15) 83–84 Cf. ibid. 3, c. 7 (1114a 32 – b 1); *Auct. Arist.*, n. 55 (ed. Hamesse, 236) 87–89 Cf. Arist., *Eth. Nic.* 7, c. 8 (1150a 19–22) 92–110 Cf. Henr. Gand., *Quodl.* 8, q. 11 (ed. Parisiis 1518, 323X)

immobili adhaesione fini deordinato. Quod sic confirmatur, quia quanto voluntas alicuius est liberior et perfectior, tanto firmius et immobilius se immergit sive impingit in volitum. Sed natura intellectualis separata a corpore omnino libera est voluntate et liberior et perfectior voluntate cuiuscumque hominis. Et ideo ex propria electione tantum impingit in volitum se illi immergendo et tanto amore ei alligatur, ut ab illo averti non poterit ulla coactione vel instigatione, sed propria electione habita, completa deliberatione, tanta efficacia concurrit in volitum deordinatum ponendo in eo finem, ut veniens ad obstaculum synderesis non sistat ibi, sed contemnendo impegit in illam synderesim et sic ibi retunditur, ut retrahere se non possit nec velit, quemadmodum si ferrum acutum penetrans carnes et in interioribus ipsius ossis retundatur, extrahi non potest, ut de illo verificetur illud *Proverbiorum* 18 "impius, cum in profundum peccatorum pervenerit, contemnit". Primus autem homo, quia non fuit tantae libertatis nec tantae efficaciae in volendo propter corporis naturalem corruptibilitatem, non sic adhaesit volito quin reverti possit et paenitere, sed anima eius separata vel corpore incorruptibili resumpto sic adhaeret volito quod non potest ab eo deflecti, sive primo adhaereat fini debito sive indebito. Haec opinio.

⌈Contra opinionem Thomae⌉

Contra opinionem primam, quando dicitur quod appetitiva rationalis proportionatur apprehensioni intellectus sicut mobile motori, ut sicut intellectus necessario et immobiliter adhaeret cognito in angelis, ita illud cognitum voluntatem moveat ad immobilem adhaesionem, ut non possit non adhaerere illi cognito, ex hoc sequeretur quod non peccaret voluntas adhaerendo, quia nullus peccat in eo quod vitare non potest. Si igitur voluntas necessario sequitur apprehensionem, ut ab illa non possit discordare, necessario vellet illud et non libere libertate contradictionis, et ita non peccaret. 16

Item isti dicunt alibi quod angelus non potest peccare in primo instanti. Sed ex hac positione sequitur necessario quod vel peccavit in primo instanti vel sal- 17

94 deordinato] inordinato LMNW 95–96 sive impingit] *om.* LW 96–97 natura … liberior] voluntas (*sup. lin.*) angelica liberior est L 97 est] in *add.* BMNP 99 poterit] possit BMNP 100 concurrit] currit QRW; cucurrit E 101 eo] eum BMNPQ (*sed corr.* Q) ‖ ad] *post corr.* Q; in ELRW ‖ sistat] sistit (*post corr.*) Q; sisteret ELRW 102 ibi[1]] inibi BMNP 103 non … velit] nec possit (posset E) nec velit EQ; nec velit nec possit (potest M) MN ‖ acutum] *om.* BMNP 104 et in] in LW (*post corr.* W); *om.* E ‖ retundatur] redundatur MN ‖ extrahi] retrahi sive extrahi LW; retrahi sive (*del.*) Q 105 18] 28 BMN ‖ cum] *om.* MN 108 possit] posset BP; poterat (*post corr.*) Q; poterit ER; potuit LW 109 eo] eodem BMNPW ‖ deflecti] flecti BMNP 110 haec opinio] *om.* BLW 119 alibi] *post* instanti EQR; *om.* LW 120 in … instanti] *om.* EW

105–106 *Prov.* 18,3 119 Cf. Th. Aq., *In Sent.* 2, d. 3, q. 2, a. 1 (ed. Mandonnet, 2:111)

tem potuit, quia pro primo instanti aliquid angelus novit vel saltem nosse potuit, quia non repugnat operationi indivisibili esse coaevam suae causae; cum igitur intellectus immobiliter intelligens sit sufficiens motivum voluntatis ad immobilem adhaesionem cum obiecto ostenso et voluntas sequitur apprehensionem sicut mobile motivum, sequitur necessario quod angelus in primo instanti immobiliter adhaesit cognito, et ita potuit adhaesisse fini indebito pro primo instanti.

18 Item isti idem ponunt, quod angeli omnes fuerunt creati in gratia (art. 313). Ex hoc arguitur quod angelus numquam peccavit. Ista opinione coassumpta tu dicis quod, sicut intellectus angeli adhaeret immobiliter cuicumque cognito, ita voluntas adhaeret illi cognito; angelus creatus in gratia pro instanti primo cognovit aliquid; igitur voluntas eius ei immobiliter adhaesit. Sed non adhaesit illi tamquam alicui inordinato peccando, quia tunc pro primo instanti habuisset gratiam gratum facientem et non habuisset peccando; quod est contradictio. Igitur adhaesit tunc et pro tunc bono debito. Cum igitur secundum te immobiliter adhaeret cuicumque adhaeret, numquam ab illo bono potuit deflecti aliquid aliud inordinate volendo; et ita numquam peccaret.

19 Item quando dicis quod intellectus noster, eo quod discurrit, mobiliter intelligit et ideo voluntas mobiliter adhaeret, e converso in angelis, contra: quamvis intellectus aliqua intelligit discurrendo, tamen facto discursu rationis et conclusa conclusione per syllogismum practicum evidentem ex natura rei intellectus noster immobiliter adhaeret illi conclusioni et ei assentit, ut non possit ab eo deflecti vel non consentire. Si igitur voluntas semper proportionetur apprehensioni, sequitur quod voluntas sic illi adhaereat, ut non possit ab eo deflecti, et ita immobiliter semper staret in tali volito et esset immobilitata in illo.

---

121 potuit[1] … saltem] *om.* (*hom.*) Q, *sed add. in marg.* ‖ quia … potuit[2]] *om.* (*hom.*) RW (*sed add. in marg.* W) 123 immobiliter intelligens] actu et immobiliter intelligens QR; actu et immobiliter EW; *om.* L 126 potuit] non (*del.*) potuit Q; (*spat. vac.*) potuit M; cum potuit non L; non potuit non BNP ‖ pro] in LRW 127 quod … 313] 1. parte art. 313 quod omnes angeli fuerunt creati in gratia L ‖ art. 313] parte *add.* Q; parte 313 per (*?*) R; art. .3.113. per (*?*) E; *om.* W 128 angelus numquam] *inv.* EQRW ‖ ista … coassumpta] cum opinione illa assumpta EQR; *om.* BMNP 130 voluntas] immobiliter *add.* LW 131 eius ei] eiusdem BNP; eidem (*post corr.*) M; est in ea E 135–136 aliquid … volendo] aliquid aliud inordinatum volendo Q; aliquid inordinatum volendo E; ad (*sup. lin.*) aliquid aliud inordinate volendo M; ad aliquid inordinatum volendo R; ad aliud inordinate volendum BNP; *om.* W 136 et … peccaret] igitur numquam peccavit LW ‖ peccaret] peccasset BMNP 137 dicis] dicit LW 138 et … angelis] etc. L ‖ adhaeret] et *add.* QRW ‖ e converso] est *add.* QRW 138–139 intellectus] noster *add.* LQ RW 141–142 non … consentire] non possit ab eo deflecti EL (ab eo *ante* non L); non possit non assentire BMNP 142–143 si … deflecti] *om.* (*hom.*) E 142 proportionetur] proportionatur LQRW 143 quod] ut QR

---

127 Cf. Th. Aq., *Summa theol.* I, q. 62, a. 3 (ed. Leonina, 5:112a–113b), scilicet art. 313, si pernumeres articulos

Sed dices quod, quamvis intellectus in fine discursus immobiliter assentiat pro tempore, potest tamen desistere a cognitione illius et aliud intelligere; et ita potest voluntas illud aliud velle primum dimittendo. 20

Contra: eodem modo est de angelo; non enim angelus illud quod semel intelligit actu, semper actu intelligit. Tunc enim plura ut plura simul actu intelligeret, immo non tot quin plura actu intelligeret; quod tu negas (patet supra). Igitur idem sequitur de angelo et de nobis quoad hoc quod potest deflecti a cognito actu et eodem modo a volito. 21

Item quod dicit 2. *Scripti*, quod angelus peccavit ex malitia sicut intemperatus, quaero: aut ex malitia praecedente actum aut ex malitia quae est formaliter in actu ex privatione circumstantiae debitae? Non primo modo, quia tunc ante primum actum peccati fuisset angelus habitualiter vitiosus et ita fuisset malus habitualiter creatus; quod falsum est. Igitur non peccavit sicut intemperatus, qui habet rationem corruptam ex errore principiorum practicorum. Et ideo, quamvis intemperatus peccans ex habitu acquisito sit insanabilis, non sequitur quod angelus, qui ex nullo habitu peccat, sit insanabilis et impaenitens. Si secundo modo tantum, tunc quilibet peccans peccaret ex malitia et esset impaenitens, quia peccat actu privato debita circumstantia. 22

Item intemperatus non est omnino impaenitens, sicut dicis, nec hoc vult Philosophus. Aliter contradicis tibi ipsi in ponendo differentiam inter nos mobiliter intelligendo et volendo et angelum immobiliter intelligendo et volendo. Sed Philosophus vult quod de difficili est paenitens et non est ita persuabilis sicut incontinens, qui habet rationem rectam, abducitur tamen a passione. 23

⌈Contra opiniones Thomae et Henrici⌉

Item contra utramque opinionem simul arguo quod voluntas ex parte sui, ut est prior actu suo, sequens apprehensionem non adhaeret immobiliter volito, solo fine excepto. Sic quandocumque aliqua potentia est formaliter libera habens actum suum in sua potestate, ipsa ut prior actu potest actum suum intensius vel minus intense elicere. Per hoc enim differt potentia libera a naturali, quia potentia naturalis toto conatu fertur in actum suum; potentia autem libera non, quin possit aliter ferri. Unde sicut voluntas dominatur actui, ita et modo agendi secundum 24

145 intellectus] hominis *add.* BP ‖ assentiat] conclusioni *add.* EQR 146–147 desistere … aliud] *om.* BMNP 148 illud] omne BMNP; aliae (*?*) E 149 actu[1]] *om.* QR 157 peccavit] *post corr.* Q; peccat ERW 159 insanabilis] et impaenitens *add.* EL 163 sicut] tu *add.* EQR 164 mobiliter] immobiliter BEMNP (*sed corr.* MP) 168 utramque opinionem] utriusque Thomae et Henrici opiniones Q; utrumque Thomam et Henricum R; utramque L; utrumque W 168–170 arguo … excepto] *om.* L 170 fine] ultimo *praem.* R, *add.* EQ 171 sua potestate] propria *add.* W; propria potestate QR 172 per] in BMNP 172–175 quia … remissionem] *om.* L 173 possit] potest EQRW

150 Cf. supra, d. 3, q. 5, nn. 11, 12, 88

intensionem et remissionem. Nulla est igitur ratio ex parte voluntatis, ut prior est actu, quare immobiliter adhaereat alicui obiecto apprehenso excepto fine in universali apprehenso vel clare viso circa finem in universali vel clare visum; illum immobiliter volendo non peccavit. Igitur causa data non est causa.

25 Item eodem principio formaliter quo aliqua natura movetur ad terminum aliquem, quiescit in eodem; exemplum de gravitate, qua grave movetur deorsum et quiescit ibidem. Sed angelus libera electione et voluntate movebatur in finem deordinatum, ita quod in potestate eius erat non sic moveri; igitur eodem sic quiescit in termino quod in potestate eius est se ab illo termino movere opposito modo ipsi gravi naturaliter moto in terminum. Nam sicut grave naturaliter et non libere ferebatur deorsum, ita quod non sit in potestate eius non ferri, et ideo naturaliter quiescit, ut non sit in eius potestate se movere a loco proprio deorsum, sic opposito modo libere se tulit voluntas in obiectum deordinatum et ideo libere posset in oppositum actum, licet incomplete, motu displicentiae de peccato.

26 Item quod dicit utraque opinio, quod angelus immobiliter et toto conatu ferebatur in volitum, ut ideo non possit paenitere, sicut nec beati peccare, non est verisimile. Tunc enim quilibet tantum meruisset quantum potuisset, et quilibet tantum demeruisset quantum potuisset, ut sic quilibet tantum haberet de premio quantum posset habere ratione meriti; et sic de poena ratione demeriti.

[CONTRA OPINIONEM HENRICI SPECIALITER]

27 Item contra secundam opinionem specialiter. Ipsi dicunt quod angelus non fuit creatus in gratia (*Quodlibeto* 8 q. 10). Tunc sic arguitur: si angelus ratione perfectae libertatis ita adhaesit volito impingendo in synderesim, ut non possit ab eo deflecti (et hoc in puris naturalibus exsistens ratione solius libertatis), igitur eadem ratione perfectae libertatis sic adhaeserunt alii bono volito in puris naturalibus, ut non possent ab eo deflecti, immo multo magis, cum ibi obiectum de se

176–178 apprehenso … peccavit] *om.* L 176–177 excepto … apprehenso] *om.* (*hom.*) W ‖ in … universali[2]] *om.* E 177 finem] aut *add.* BMNP ‖ visum] MQ (*post corr.* Q); viso BENPRW 178 peccavit] peccaret BMNP 181 movebatur] movetur EL QW 182–183 erat … ab] *in marg.* R 183 se … movere] ab illo termino moveri BM NP 185 ferebatur] movetur LW ‖ potestate eius] *inv.* BMNP 185–186 non[2] … potestate] *om.* ER 185 et ideo] et ita P; ita Q; sic L; ideo W 187 voluntas] angeli *add.* QW; angelus L 188 posset] possit BE; potuit LQ (*post corr.* Q) ‖ in … peccato] se avertere L ‖ actum] actu BMP; *om.* QR 189 utraque opinio] *om.* LW 190 ut] et BMNPW; *om.* L 191 potuisset] posset BEL 191–192 et … potuisset] *om.* (*hom.*) EW 191 quilibet[2]] malus *add.* LQR 192 potuisset] posset LQ ‖ ut] et BLM ‖ quilibet] beatus *add.* LW 193 ratione[1] … demeriti] *om.* L ‖ sic] similiter BMNP; quilibet damnatus W 195 sic arguitur] arguo LW 198 eadem] re *add.* BMP 199 possent] possunt L; possint N; possit BEP; potest M

194–195 Cf. Henr. Gand., *Quodl.* 8, q. 10 (ed. Parisiis 1518, 321Q)

bonum et sub ratione boni alliciebat libertatem magis in bene volendo immobiliter quam bonum apparens in male volendo immobiliter. Et ita ad confirmationem voluntatis angeli in bono, a quo non posset deflecti, nulla esset gratia gratum faciens necessaria, sed sine omni gratia bono apprehenso immobiliter adhaeret. Cuius oppositum tenet tota schola catholica, quod si non haberet gratiam confirmantem, etiam possent angeli boni peccare. Et illud argumentum satis est contra opinionem primam, quae quamvis ponat angelos omnes fuisse creatos in gratia, non tamen fuit necesse.

Item sicut angeli damnati sunt impaenitivi, sic et animae damnatae. Tunc quaero pro quo instanti vel mensura sic impegit homo damnatus in synderesim, ut a malo reverti non possit. Non ut in via ante separationem animae a corpore, quia secundum eum pro statu quo anima coniungitur corpori non glorificato et aliqualiter corruptibili, non est voluntas plene libera, ut immobiliter adhaereat alicui volito. Igitur sequitur quod anima in primo instanti quo separatur a corpore sic impingit, ut reverti non possit. Et ita peccatum et demeritum pro quo finaliter damnatur non exercuit in corpore, sed extra corpus; quod est inconveniens, quia sicut anima post separationem a corpore nec actu elicito meretur, ita nec demeretur. 28

Item perfectio libertatis angeli peccantis immobiliter adhaerendo volito non excessit perfectionem libertatis primi hominis in statu innocentiae incomparabiliter. Sed velle aliquid immobiliter, ut ab eo non possit deflecti, excedit velle illud quod ita adhaeret volito, ut ab eo deflecti possit, incomparabiliter, quia se habent secundum extrema contradictionis. Igitur ex sola libertate voluntatis non habet angelus quod immobiliter adhaeret volito, ut dicit opinio. 29

Item hoc videmus, quod non semper ex maiori conatu committitur peccatum pro quo damnatur homo quam peccatum de quo paenitet, immo frequenter ex minori; igitur talis impactio ex toto conatu non est praecisa causa impaenitentiae angeli. 30

Item ratio opinionis Henrici est ad oppositum, quia quanto aliqua voluntas est liberior libertate contingentiae et contradictionis ad oppositum, tanto potest immobilius adhaerere uni oppositorum vel alteri. Talis est libertas voluntatis in 31

200 alliciebat] alliciat QR; alligabat E; addebat ad (*post corr.*) M 201 confirmationem] conformationem BP; c- s[a] causam M 202 posset] possit EQR ‖ esset gratia] erat gratia ELW 203 adhaeret] adhaereret LQR 204–205 confirmantem] consummantem EMN; conservantem BL; consummatam P 205 possent … boni] possent boni BEMNP; posset bonus angelus LW 208 impaenitivi] impaenitentes LW 209 quo … vel] primo instanti vel MN; instanti vel pro B; qua L 210 ut] sic QR; *om.* L 211 statu] pro *add.* QR 211–212 non … aliqualiter] *om.* L 211 et] *om.* BMNP 212 ut … adhaereat] nec immobiliter adhaeret EW 216 sicut] in *add.* MN ‖ nec[1]] non LNPW 221 quod] quo BMNP; non E 223 adhaeret] adhaereat BMNP ‖ ut … opinio] ut ostendit opinio BP; *om.* L 229 contingentiae] contingente BMPW

volendo aliquid deordinate vel ordinate, non autem libertas immutabilitatis qua velit deordinatum determinate, quia tunc numquam peccaret.

⌈OPINIO RICHARDI DE MEDIAVILLA ET DUNS⌉

32 Alii dicunt, ut Richardus 2. *Scripti* et Duns, quod ad actum paenitentiae eliciendum duo concurrunt, scilicet liberum arbitrium et donum aliquod super collatum inclinans liberum arbitrium voluntatis in actum bonum, ita quod hoc totum (liberum arbitrium cum tali dono inclinante) est proximum principium actus paenitentiae; et ideo altero deficiente non potest angelus in actum paenitentiae. Donum autem illud inclinans habet a Deo. Et quia Deus disponit illud donum non conferre angelo post casum ex secreto iudicio suo iusto, ideo numquam poterit paenitere, ita quod illius effectus privativi, qui est non paenitere, est causa privativa sive negativa non dare gratiam.

⌈CONTRA OPINIONEM RICHARDI DE MEDIAVILLA ET DUNS⌉

33 Sed certe illud non videtur mihi sufficere, quia quamvis angelus sine gratia collata a Deo non possit digne paenitere actu paenitentiae informato caritate, tamen non video ex aliqua causa adhuc data quare non possit atteri et habere attritionem et motum informem paenitentiae praeparando se et faciendo quod in se est, sicut facit peccator homo lapsus in mortali, qui sine gratia collata incipit conteri et se ad gratiam praeparare; qua habita facit dignos fructus paenitentiae.

34 Item ista opinio nullam causam intrinsecam ponit in angelo quare remanet impaenitens, sed totum attribuit privationi gratiae extrinsecae, cum tamen dicat Anselmus *De casu diaboli* cap. 3 in fine quod non ideo angelus non accipit gratiam seu bonam voluntatem, quia Deus non dat, sed ideo non dat, quia ille non accipit, faciendo scilicet quod in se est ad gratiae susceptionem.

35 Item ecce hic homo peccator in via qui numquam paenitebit praescitus ad mortem, cui decernit Deus non dare gratiam. Secundum istam opinionem iste in via ita erit impaenitens et ita impossibilis ad paenitentiam sicut angelus iam damnatus. Quod non est dicendum; aliquid enim plus oportet ponere circa istos

231 deordinate] inordinate BRW ‖ libertas immutabilitatis] libertatis immobilitas (*corr. ex* immutabilitatis Q) EQR 231–232 qua … determinate] *om.* L 232 deordinatum] deordinantem MN 235 hoc] *om.* QR 239 iudicio … iusto] suo iudicio iusto EQR; suo consilio et iudicio iusto W; et iusto iudicio L 239–240 poterit] potuit BMNP; potest W; possit M 244 atteri et] *spat. vac.* E; *om.* L 246 mortali] peccato *add.* LW 250 non[2]] *om.* BW 253 praescitus] praedestinatus EL 254 decernit] decrevit LW 255 et … paenitentiam] *om.* BMNP 256–258 aliquid … via] *om.* L

233–241 Cf. Rich. de Med., *In Sent.* 2, d. 7, a. 2, q. 1 (ed. Brixiae 1591, 2:93a–94a); *Quaest. disp.*, q. 27, resp. (ed. Boureau, 4:162); Ioan. Duns Scotus, *Lect.* 2, d. 7, q. 1, nn. 24–26 (ed. Vaticana, 19:7–8) 250–252 Cf. Ans. Cant., *De casu diab.*, c. 3 (ed. Schmitt, 1:240; PL 158, 332A)

qui sunt extra viam, quare non possunt paenitere, quam in illis qui adhuc sunt in via.

⌈Opinio Bonaventurae⌉

Ideo dicunt alii quod causa impaenitentiae istorum extra viam est status ad 36
quem pervenerunt, ut ubi cecidit lignum, ibi remaneat sine fine. Propter quod dicit Damascenus lib. 2 cap. 4: "quod est hominibus mors, hoc est angelis casus". Sicut enim homines post mortem, quia transierunt tempus paenitentiae, non paenitent, sic nec angeli post lapsum, quia usque ad lapsum dabatur eis tempus probationis, ut qui vellent starent et qui nollent ruerent.

⌈Contra opinionem Bonaventurae⌉

Sed certe haec adhuc non est causa sufficiens impaenitentiae, quia nulla facta 37
mutatione circa voluntatem, quae est principium paenitentiae, quod potest quis, quantum est ex parte solius voluntatis, pro uno statu, hoc potest pro alio. Status igitur alius et alius, quamvis sit aliquid causae, tamen est tantum extrinseca causa. Et ideo aliquid oportet quaerere a parte voluntatis quod sit causa intrinseca impaenitentiae angeli.

⌈Opinio propria⌉

Ideo dico sic pro nunc sine praeiudicio melioris sententiae, quia difficile supra 38
modum est dare causam huius, quod angelum malum paenitere non est sic impossibile quod includat contradictionem, ut ideo nulla potentia possit super hoc. Posset enim Deus omnem indispositionem voluntatis auferre vel gratiam sibi conferre. Unde de potentia absoluta posset paenitere cum effectu, de potentia tamen ordinata hoc non potest stante lege sua quam instituit. Et ideo si debemus causam huius impaenitentiae dare, oportet recurrere ad multa intrinseca et extrinseca. Intrinseca causa, et hoc inchoative, est propria culpa. Quam culpam sequebatur iustum Dei iudicium adiudicans eum carceri perpetuo. Quo iudicio iusto viso ab angelo sic damnato et viso etiam quod tempus transiit paenitentiae, ipse angelus ex horrore talis iudicii et praeteritione temporis meriti incidit in desperationem tantam quod ab illa numquam poterit resurgere nec ad paenitentiam se praepara-

257 possunt paenitere] sunt paenitivi BEMNP 259 alii] opinio Bonaventurae *annot. in marg.* MN ‖ istorum] eorum BMNP 260 ut] quia BMNP ‖ cecidit] ceciderit BL MN ‖ remaneat] remanet BMNP; maneat W; manebit L 262 quia] qui BMNP; *om.* E 264 ruerent] reicerent L; caderent BMNP 265 haec] hoc EQRW 268 tantum] *om.* QR 271 sic] *om.* LMN 275 potentia[1]] Dei *add.* LW ‖ posset] possit EQR; potest L 280 transiit] *post corr.* Q; transit ELRW

259–264 Cf. Bonaventura, *In Sent.* 2, d. 7, pars 1, a. 1, q. 1 (ed. Quaracchi, 2:176a) 261–262 Ioan. Dam., *De fide orth.*, c. 18 (ed. Buytaert, 77)

re, ut sic talis desperatio de venia sit causa completiva intrinseca impaenitentiae angeli, non tamen praecisa, sed concurrunt aliae causae secum, scilicet propria culpa inchoative tamquam causa intrinseca, iustum Dei iudicium condemnans ipsum, ex quo ultra Deus numquam conferret sibi adiutorium, lapsus temporis meriti et desperatio consequens ex istis, ut omnia ista sint una integra causa impaenitentiae angeli. Et haec eadem causa obstinationis in malis est communis angelis malis et hominibus finaliter damnatis. Nec magis debet esse mirum quod omnia ista concurrentia sint causa completa impaenitentiae malorum, ut nihil possint velle bene, quamvis possint velle bonum ex genere, quam quod meritum bonorum et iudicium de gloria perpetua cum gratia consummante sint una causa quare angelus beatus numquam poterit aliquid male velle.

⌈Ad argumenta principalia⌉

39 His visis breviter respondeo ad primum principale. Cum arguitur per Philosophum quod nullum violentum est perpetuum, poena autem et peccatum violentant voluntatem, respondeo quod nullum violentum est perpetuum quantum est ex actione naturae, quia natura agit semper, quantum est de se, ad melius et ad naturalem quietem, nisi impediatur; potest tamen aliquid violentans perpetuari ab agente libero. Et ita voluntas se praecipitans et Deus iuste iudicans sunt causa perpetuationis poenae malorum, non obstante quod poena sit eis violenta.

40 Et quando dicis quod angelus malus est violenter sub culpa, dico quod non, quia nec inchoative, quia nullus compulit eum ad peccandum, sed libera electione peccavit, nec etiam completive, quia etiam proprio motu desperavit.

41 Et quod dicit Damascenus, quod culpa est contra naturam, respondeo quod non est sic contra, quod ei formaliter contrarietur secundum speciem suam propriam, si quam habet, sed solum secundum genus suum, sicut malum contrariatur bono, et tamen malum non est nisi in bono secundum Augustinum in *Enchiridio*; sed est contra naturam, quia est praeter naturam et praebet obstaculum naturae ad bene agendum.

42 Ad secundum, cum arguitur quod nullus intellectus ita aversus est a vero quin potest aliquod verum cognoscere et vere, igitur etc., respondeo quod consequentia

283 completiva] completa BMNPW 285 intrinseca] et *add.* BLMNP 286 adiutorium] ad intellectum MN 288 in malis] in malum EQW; *om.* L 291 quamvis … velle[2]] *in marg.* W ‖ possint velle[2]] possint BQ; *om.* E 292 cum … consummante] et gratia consummante N; de gratia consummante BEMP; et gratia confirmans L; *om.* W ‖ sint] sunt LN; sit EQRW 294–295 per Philosophum] *om.* BNW 295 quod] *om.* LRW 295–296 poena … perpetuum] verum est E ‖ poena … voluntatem] etc. L 297–298 quia … impediatur] *om.* L 298 impediatur] impeditur BMNP 302 inchoative] inchoatione BEM 304 Damascenus] tamen BMNP ‖ respondeo] dico LRW 310–311 a … etc.] etc. L 311 igitur] *om.* PW ‖ respondeo] dico LRW

307 Cf. Aug., *Enchir.*, c. 14 (CCL 46, 55; PL 40, 238)

non valet, quia plus requiritur ad volendum aliquod bonum et bene quam ad cognoscendum aliquod verum et vere. Ad hoc enim quod aliquod verum et vere cognoscatur quantum ad veritatem rei in se sufficit quod evidentia rei intellectui offeratur, quia intellectus necessitatur ex evidentia rei ad assentiendum ei, sed hoc non sufficit respectu bene velle, quod bonum ostendatur voluntati, pro eo quod ipsa non necessitatur ab aliquo bono ostenso. Ad hoc enim quod vellet bonum et bene requiritur quod bonum ostensum vellet propter debitum finem; quem finem velit principaliter debito modo. Sic autem velle aliquod bonum non potest voluntas angeli propter causam dictam in pede. Sed illi qui dicunt voluntatem necessitari a bono apprehenso, ut necessario sequatur apprehensionem, habent dicere quod omne malum in voluntate praecedit error in ratione, et ita angelus, sicut nihil bene vult, ita nihil vere intelligit. Quod ego reputo falsum. Quamvis ex malitia in voluntate obscuretur cognitio concomitanter, tamen antecedenter non praesupponitur error in ratione.

Vel sic, quod hoc 'vere' determinat actum intelligendi et potentiam in ordine 43
ad obiectum praecise, quia vere intelligitur sicut in se est, sed li 'bene' determinat voluntatem in ordine ad finem debitum secundum Damascenum lib. 2 cap. 3, quia non ex hoc vult bene moraliter, quia vult ut in se est solum, nisi forte de fine, sed quia vult illud propter finem debitum; quomodo malus angelus nihil vult. Respondeo igitur quod angelus malus nihil cognoscit vere illud dictando practice eligibile propter finem debitum, quamvis cognoscat vere aliquid speculative, sicut quod duo et tria sunt quinque. In tantum enim excaecatur intellectus ex malitia, ut nihil intelligat vere practice, et hoc loquendo de practico agibili et virtuali, non de practico factibili, quia forte ibi non est aliquid vere, ideo nihil eligit bene virtualiter.

Ad tertium, cum arguitur quod naturalia quae sunt principia sanitatis in angelo 44
manent integra etc., respondet Richardus 2. *Scripti* argumento ultimo quod naturalis cognitio veri et naturalis dilectio boni per se non sunt principium sufficiens boni motus (etiam attritionis, quae ad dignam paenitentiam disponit), sed cum hoc requiritur aliquod supernaturale adiutorium a Deo gratis datum, quodcumque sit illud. Et illud donum numquam dabit ex iusto suo iudicio. Et ideo, quamvis naturalia maneant, sine illo dono paenitere non possunt. Si hoc sit verum, facile esset totum, tamen hoc aliqualiter superius improbatur in paenultima opinione.

313 enim] W; *om.* LP; autem *cett.* ‖ et[2]] *om.* LW 315 ad … sed] *om.* L ‖ sed] *om.* BMNP 321 sequatur] sequitur EQR 323 nihil vere] *inv.* BMNP 324 concomitanter] communiter ELM 326–336 vel … virtualiter] *om.* EW 326 hoc] li QR; licet P 331 respondeo] dico LR ‖ practice] esse *add.* LQR 332 sicut] sic BMNP 333 enim] *om.* MN 335 non est] novit (*post corr.* Q) QR; non cognoscit L 338 etc.] *om.* ERW 339 dilectio] cognitio BP ‖ principium] per se *add.* BP 340 etiam] et LMW; *om.* E 341 adiutorium] ad intellectum BMNP 342 ideo] *om.* LM 343 sit] esset EL; est W

338–342 Cf. Rich. de Med., *In Sent.* 2, d. 7, a. 2, q. 1, ad 6 (ed. Brixiae 1591, 2:94b) 344 Cf. supra, nn. 33–35

Aliter ideo potest dici quod, licet habeant liberum arbitrium, tamen sic est vitiosum et habitu desperationis ligatum (qui habitus amoveri non potest, quia sunt extra viam), quod non possunt bene velle nec paenitere. Quamvis enim vellent bonum naturaliter, non tamen bene et propter finem debitum.

345 ideo] *om.* BMNP ‖ habeant … arbitrium] habeat liberum arbitrium L; arbitrium liberum habeat (habeant P) BMNP 346 vitiosum … desperationis] vitio desperationis et habitu (disparationis *add., sed del.*) Q; vitio et habitu desperationis L; vitioso habitu desperationis R; necessarium (necessario E) et habitu desperationis EW ‖ amoveri] aliter moveri BL MNP (*corr. in* iam amoveri P); autem moveri E 347–348 vellent] velint LMNP

⌈DISTINCTIO 8

Quaestio unica:

UTRUM ANGELI BONI VEL MALI POSSUNT SIBI CORPORA FORMARE IN QUIBUS APPAREANT SENSIBUS HOMINUM⌉

Circa distinctionem octavam quaeritur utrum angeli boni vel mali possunt sibi corpora formare in quibus appareant sensibus hominum. 1

Quod non: 2

1. Quia si sic, quaero de qua materia formarentur. Non de materia caelesti, quia secundum Philosophum 1. *Meteororum* corpus caeleste non recipit peregrinas impressiones, cuiusmodi sunt condensatio et rarefactio et ad novam figuram transmutatio. Cum igitur omnia ista causet angelus in materia de qua corpus assumit, videtur quod de corpore caelesti non assumit corpus in quo apparet.

2. Item nec de materia elementari. Probo, quia aut de natura unius elementi aut de pluribus. Non de uno tantum, quia tunc non posset ibi esse color et per consequens corpus illud a sensu visus non perciperetur, quia secundum Philosophum *De Sensu et sensato* color est in extremitate perspicui terminati et est qualitas corporis mixti. Nec de pluribus elementis format illud corpus, quia tunc corpus illud esset mixtum. Cum igitur forma mixti sit forma substantialis, posset diabolus transmutare materiam ad formam substantialem immediate. Quod falsum est, quia nec naturaliter agendo, quia ad talem actionem non determinatur a creatore, ut naturaliter transmutet materiam ad formam substantialem; nec artificialiter, quia secundum Philosophum 4. *Meteororum* ars non sequitur naturam in perfectione effectus. Et hoc est etiam quod dicit theologia. Nam *Glossa* super illud *Exodi* 7 "devoravit virga Aaron virgas eorum" dicit quod hoc potuit absorbere quod erant, non quod videbantur et non erant; igitur magi pharaonis non fecerunt 3

1 circa … quaeritur] *om.* ELQR ‖ boni … mali] mali vel boni EQ 4 formarentur] formentur W; formaretur EQ; formarent R; *om.* L 6–7 transmutatio] transitio BMNP; translatio W 7 omnia … corpus] illud facit in corpore quod L ‖ in] de EQW 9 probo] *om.* LQRW ‖ natura] materia LRW 11–13 quia … mixti] *om.* L 12 est[2]] sic BP 13 format … corpus[1]] *om.* LW 17 transmutet] transmutat BN; transmutaret EQR; transeat M 18 non] *om.* BMNP 19 hoc … quod] etiam hoc L; hoc etiam W 20 devoravit] autem *add.* EQR; devoravitque W 21 erant[1]] erat QR; essent E

4–8 Pendet ex Rich. de Med., *In Sent.* 2, d. 8, a. 1, q. 3, resp. (ed. Brixiae 1591, 2:105b) 5–7 Cf. Arist., *Meteora* 1, c. 3 (341a 17–23, 35–36); *Auct. Arist.*, n. 5 (ed. Hamesse, 171) 9–14 Pendet ex Rich. de Med., *In Sent.* 2, d. 8, a. 1, q. 3, arg. 3 (ed. Brixiae 1591, 2:105b) 11–13 Cf. Arist., *De sensu*, c. 3 (439b 11–12); *Auct. Arist.*, n. 14 (ed. Hamesse, 196) 14–19 Fere sumpta ex Ioan. Duns Scoto, *Ord.* 2, d. 8, q. un., n. 3 (ed. Vaticana, 8:122–23) 18–19 Cf. Arist., *Meteora* 4, c. 3 (380b 16–24); c. 12 (390b 9–14) 19–24 Fere sumpta ex Rich. de Med., *In Sent.* 2, d. 7, a. 4, q. 1, contra (ed. Brixiae 1591, 2:99b) 19–21 *Glossa ord. in Exod. 7,12* (ed. princeps, 1:124a)

veros dracones. Cum igitur tunc diabolus operaretur per eos secundum totum posse suum, videtur quod propria virtute non potest transmutare materiam ad formam substantialem.

4 Cum igitur nullum sit corpus nisi simplex vel mixtum, sequitur quod nullum corpus potest formando assumere.

5 Ad oppositum est Avicenna 10. *Metaphysicae* cap. 1. Loquens de homine apto ad prophetiam dicit: "hic est ille in cuius viribus animalibus sunt istae tres proprietates, scilicet ut audiat verbum Dei et videat angelos transfiguratos coram se in forma qua possunt videri". Talis autem forma non est nisi corporalis sensibilis; quare aliquando assumunt corpora in quibus visibiliter apparent.

⌈SOLUTIO

OPINIO ALIQUORUM⌉

6 Ad quaestionem istam dixerunt aliqui angelos numquam corpora assumere, sed omnia, quaecumque de apparitionibus angelorum loquuntur scripturae, in praestigiis facta esse dicunt vel secundum visionem imaginativam.

7 Et huic sententiae satis concordat Averroes, qui dicit super 7. *Metaphysicae* comm. 28 quod impossibile est formas separatas transmutare materiam; non enim transmutat materiam nisi illud quod est in materia.

8 Et nota quod praestigiare idem est quod ludificare, praestigiator ludificator, inventor, insidiator, callidus; praestigium dicitur dolus, fraus, mendacium, fallacia, maleficium; praestigium dicitur, eo quod praestringit aciem oculorum. Haec Papias super hoc vocabulo.

⌈CONTRA OPINIONEM⌉

9 Haec opinio, quantum ad primum quod dicit, numquam angelos corpora assumpsisse, est manifeste contra canonem Bibliae, sicut patet *Genesis* 18 de an-

22 tunc] *om.* LQR 23 potest] possit BNP; poterit EQ; poterunt R 26 potest] possit BENP; possint QR; possunt W 27–28 cap. … prophetiam] ubi L 27 loquens] qui *praem.* EQR 28 tres] BELNRW (*cum Avic.*); duo PQ; *om.* M 35 et … sententiae] et huic BMNP; cui L ‖ satis] *om.* LW 38–39 et … callidus] *om.* R 38–41 praestigiator … vocabulo] vide Papiam W 39 insidiator] insidiarum EQ 39–41 praestigium … vocabulo] *in marg. ab ead. m.* R 40 praestringit] praestringat Q; perstringit EP; perstringat R 40–41 haec … vocabulo] *add.* praestigium EQ; secundum Papiam R; haec Papias L 43 sicut … 18] *om.* L ‖ 18] *post corr.* B; 8 *cett.*

27–31 Cf. Rich. de Med., *In Sent.* 2, d. 8, a. 1, q. 2, contra (ed. Brixiae 1591, 2:104b) 27–30 Avic., *Prima phil.* 10, c. 1 (ed. Van Riet, 523) 32–34 Cf. Th. Aq., *In Sent.* 2, d. 8, q. 1, a. 2, resp. (ed. Mandonnet, 2:206) 35–37 Averr., *In Metaph.* 7, comm. 28 (ed. Iuntina, 8:178C) 38–41 Cf. Papias, *Elementarium*, sub verbis 'prestigiatur', 'prestigiator', 'prestigium' (ed. Venetiis 1496, 264)

gelis apparentibus Abrahae, ubi dicit *Glossa*: "Abraham angelos non potuisset videre, hospitio suscipere et cibos adhibere, nisi corpus ex aere assumpsissent".

Nec est adhaerendum dicto Commentatoris in hac parte, quoniam ibidem deridet fidem nostram de novitate mundi subdens continue dicto suo allegato: "ideo contingit dicentibus mundum generari quod transmutans ipsum est aliquod individuum, scilicet corpus particulare", volens ex hoc quod nec Deus nec aliqua intelligentia posset agere immediate circa aliquod corporale per transmutationem materiae. Et certe de Deo non est hoc difficile videre, quoniam sola voluntate ponit rem in effectu. Sed de angelo est bene difficile hoc videre, nisi in eo ponitur aliqua potentia alia ab intellectu et voluntate, cuius actio sit transiens et non immanens in agente. Et ideo, quamvis in Deo non oportet ponere tertiam potentiam, tamen in angelo videtur esse ponenda.

⌈OPINIO PROPRIA⌉

Ideo dico quod angeli quandoque assumunt corpora in quibus habent esse sicut motor in moto, non quod ex eis fiat unum per se, sed per accidens. Nec assumunt ea tamquam essent necessaria suae principali operationi, scilicet propter intelligere et velle, sed ut in eis exerceant aliquas operationes sensibiles.

Sed tunc est tota difficultas, de qua materia formant sibi talia corpora. Et patet manifeste quod non de corpore caelesti, quia corpus caeleste est incorruptibile per naturam et secundum totum et secundum partem secundum Philosophum 1. *Caeli et mundi*. Si igitur angelus assumeret corpus de natura caelesti, cum non assumeret corpus de tota natura, sed de parte, unam partem divideret ab alia, et sic in corpore caelesti causaret corruptionem per alicuius partis suae subtractionem; quod omni creaturae est impossibile. Ideo oportet dicere quod huiusmodi corpora formata sint de natura elementari, licet aliquando permittatur corpora intrare ad temptandum homines quae non format, sicut creditur intrasse serpentem

44 ubi] ibi LW; ut QR ‖ angelos … potuisset] non potuit angelos LW 46 quoniam] quia LRW 47–55 subdens … ponenda] *om.* L 49 corpus] *om.* QR 50 posset] possit BW ‖ agere immediate] *inv.* EQRW 51 quoniam] quia EW; qui QR 52–53 ponitur] ponatur MNW 54 immanens] manens PR 54–55 oportet … potentiam] oportet ponere aliquam talem potentiam BMNP; sit posita tertia potentia W 56 habent esse] *inv.* BNP; habent M; sunt L 60 tunc … difficultas] tunc est difficultas EW; *om.* L 63 natura] materia EL (*in marg.* E) 64 assumeret] assumat EQRW; assumit L ‖ divideret] dividens BMNP 65 in] de EW 66–67 dicere … sint] dicere huiusmodi (ista W) corpora esse EW; corpora huiusmodi esse QR 68 format] formant LRW; forma E

44–45 *Glossa ord. in Gen. 18,2* (ed. princeps, 1:52a) 47–49 Averr., *In Metaph.* 7, comm. 28 (ed. Iuntina, 8:178C) 56–59 Pendet ex Rich. de Med., *In Sent.* 2, d. 8, a. 1, q. 2, resp. (ed. Brixiae 1591, 2:105a) 61–66 Fere sumpta ex Rich. de Med., ibid., q. 3, resp. (2:105b) 61–63 Cf. Arist., *De caelo* 1, c. 3 (270a 12–14); *Auct. Arist.*, n. 15 (ed. Hamesse, 160) 67–71 Pendet ex Rich. de Med., ibid., ad 3 (2:106a)

ad temptandum Evam; quod corpus non formavit, sed ipsum formatum ex natura subintravit et ipsum movebat. Sed de hoc non loquor modo, sed de corpore quod ipse format et sibi coaptat ut mobile motori.

⌈AD ARGUMENTA PRINCIPALIA⌉

13 Et sic concedo primum argumentum principale.

14 Ad secundum, cum dicitur "si format de natura elementari, aut tantum de uno elemento aut de pluribus", respondeo quod de pluribus. Nec tamen illud corpus est vere mixtum habens formam substantialem mixti, sed elementa remanent sub formis suis completis, ita tamen subtiliter confusa virtute diaboli, ut corporalis visus inter distinctionem partium illorum elementorum non possit distinguere. Et ex diversa confusione eorum in diversis partibus illius corporis lumen cadens super ipsum corpus in diversis partibus diversimode resplendet ad similitudinem diversorum colorum, ita quod in una parte apparet color albus et in alia parte rubeus. Nec mirum; habemus enim 4. *Regum* cap. 4 quod Moabitae orto iam sole ex adverso aquarum viderunt econtra aquas rubeas quasi sanguinem. Quod non fuisset, nisi lumen cadens super elementa in se confusa posset causare aliam et aliam coloris apparentiam, secundum quod diversimode confunduntur et secundum quod sunt in alio et alio aspectu per comparationem ad aspicientem. Nec in hoc corpore sic assumpto potest angelus actum nutritivae potentiae exercere, quia quamvis possit cibum masticare et in ventrem traicere, non potest tamen ipsum in substantiam corporis assumpti convertere, quia hoc est ultimum et completivum in quod potest virtus nutritiva.

---

74 de[2]] *om.* MN 76 corporalis] corporaliter BLMNP 78–79 illius … partibus] *om.* (*hom.*) B 79 corpus] *om.* QR 80 colorum] corporum BLNP ‖ et] *om.* QRW ‖ parte[2]] *om.* MNW 81 rubeus] color *praem.* LMN 84–85 secundum[1] … aspicientem] *om.* L 84 confunduntur] confunditur BEMNP 85 alio[2]] respectu *add.* BMNPQ (*del.* Q, et *add. al. m.* P) 88 et completivum] *post corr.* Q; et completum BEMR; *om.* LW

74–85 Fere sumpta ex Rich. de Med., *In Sent.* 2, d. 8, a. 1, q. 3, ad 3 (ed. Brixiae 1591, 2:106a) 81–82 IV *Reg.* 3,22 85–89 Fere sumpta ex Rich. de Med., ibid., q. 5, resp. (107a)

⌈DISTINCTIO 9

Quaestio unica:

UTRUM ANGELUS POSSIT ALIQUID DE NOVO INTELLIGERE PER ANGELI ALTERIUS OPERATIONEM⌉

Circa distinctionem nonam quaeritur utrum angelus unus possit de novo aliquid intelligere per alterius angeli operationem. 1

Quod non: 2

Quia si sic, aut hoc esset ipsum illuminando aut ei per locutionem conceptum suum manifestando; sed non sic nec sic. Quod non illuminando, probo, quia non est nisi triplex lumen, scilicet gloriae, gratiae et naturae; sed lumen gloriae et gratiae solus Deus efficit in angelo, lumen etiam naturae est cuilibet angelo naturaliter concreatum a Deo; unus igitur angelus alium illuminare non potest, ut aliquid de novo concipiat.

Sed dices forte quod, licet nullum illorum luminum possit angelus in alio efficere, potest tamen aliquod illorum augere et confortare; quo facto poterit aliquid intelligere quod prius non intellexit. Contra: secundum Philosophum 2. *Ethicorum* eiusdem est habitum generare et generatum augere; ex quo igitur solius Dei est ista lumina creare et efficere, ipsius solius est ista augere; igitur etc. 3

Nec potest unus facere alium de novo aliquid concipere sibi loquendo, quia sic loqueretur alii conceptum suum exprimendo immediate – et tunc oporteret quod unus angelus esset infra alium, sicut est eius conceptus intra se in secreto mentis suae, ut illum immediate intueretur, et ita unus alteri illaberetur; quod est impossibile, quia soli Deo est proprium – aut loqueretur ei per medium. Et si sic, aut per medium corporale aut spirituale. Non per medium spirituale, quia tale medium non posset poni aliud quam ipse angelus, et tunc loqueretur unus alteri mediante alio et ille alii mediante alio in infinitum, et ita numquam finiretur locutio, cum infinita media numquam poterint pertransiri. Nec per medium corporale, cum non 4

1 circa … quaeritur] *om.* ELQR ‖ angelus unus] angelus EQRW; unus L ‖ de novo] *post* aliquid (*ll. 1–2*) LW; *om.* BMNP 4–5 conceptum suum] suam conceptum BMNPW 5 sed … sic[2]] *om.* L ‖ non[1]] nec Q; neque RW ‖ sic[2]] igitur etc. *add.* BMNP ‖ quod … probo] non primum L ‖ probo] *om.* RW 6 scilicet] *om.* ELQR 7 est] *post* concreatum (*l. 8*) BMNP 8 alium illuminare] *post* potest LW 10 licet] quamvis LQR; *om.* W ‖ angelus] unus angelus BP; unus EQ; *om.* L 15 unus] unus angelus LW; angelus N 16 suum] sibi *add.* BEPQ; sibi W ‖ exprimendo] aut igitur *add.* QR 17–18 esset … unus] *om.* L 18 immediate] mediate ENQ (*sed corr.* Q) 18–19 impossibile … est] soli Deo QR 19–20 et … medium[2]] *om.* (*hom.*) E 20 corporale … spirituale[1]] spirituale aut corporale LQRW 21 posset] possit LM; potuit N ‖ et] est E; *om.* BMNPQ (*sed add. sup. lin.* MQ) 22 alio[2]] et sic *add.* LR 23 infinita … pertransiri] sit infinita L ‖ poterint pertransiri] *post corr.* W; poterit pertransire ER

12–13 Cf. Arist., *Eth. Nic.* 2, c. 2 (1104a 27–28); 2, c. 3 (1105a 13–16)

sit alicuius spiritualis effectus susceptivum. Igitur nullo modo unus angelus facit quod alius aliquid de novo concipiat.

Ad oppositum est Dionysius 4. cap. *Caelestis hierarchiae* de illuminatione, ubi dicit quod ordo hierarchiae est hos quidem illuminare, illos vero illuminari.

Item quantum ad locutionem patet idem per Damascenum cap. 17, quod angeli sine sermone voce prolato tradunt sibi invicem intelligentias. Et sequitur paulo post quantum ad illuminationem et locutionem simul: "manifestum est quod, qui eminent, inferioribus tradunt illuminationem et cognitionem".

⌈SOLUTIO⌉

In ista quaestione sunt duo principaliter declaranda, quae tanguntur in articulis: primo an unus angelus possit alium illuminare, et secundo an unus alteri possit conceptum suum manifestare et ei ita loqui.

⌈Articulus 1: AN UNUS ANGELUS POSSIT ALIUM ILLUMINARE⌉

Circa primum articulum intendo duo facere: primo ostendo possibilitatem illuminationis et secundo modum quo unus illuminat alium.

⌈DE POSSIBILITATE ILLUMINATIONIS

OPINIO HENRICI⌉

De primo, quomodo sit possibile unum angelum alium illuminare, satis pulchre declarat magister Henricus *Quodlibeto* 5 q. 15. Perfectio operationis cuiuscumque rei attenditur ex dignitate et perfectione ipsius rei in esse. Sicut igitur res in universo sunt connexae et ordinatae secundum perfectionem earum in esse primo, ut una alia sit perfectior et unum primum perfectissimum, sic etiam sunt

25 alius] *in marg.* M; alius (*sup. lin.*) angelus P; angelus BN; aliquis W 28 item … 17] et Damascenus cap. 17 quantum ad locutionem qui dicit W; item idem patet per Damascenum 27 L ‖ item] ideo QR ‖ Damascenum] lib. 1 *add.* QR ‖ cap. 17] 27 BMNP 30 post] *seq. ras. unius litt.* M; ibi *add.* P; cui *add.* N; prius cum cui B 31 inferioribus] in superioribus BELMNPW ‖ cognitionem] communem *add.* BLNP 32–33 sunt … primo] primo declaro L ‖ articulis] argumentis BEMNPW 38 magister] *om.* LW 38–39 cuiuscumque] cuiuslibet L; cuiusque EW; *om.* M 41 perfectissimum] perfectum BLMNP; effectivum et unum primum perfectissimum (perfectivum W) EW

26–27 Cf. Ps.-Dionysius, *De cael. hier.*, c. 3 (ed. Chevallier, 792) 28–31 Cf. Ioan. Dam., *De fide orth.*, c. 17 (ed. Buytaert, 70, 72) 37–67 Cf. Henr. Gand., *Quodl.* 5, q. 15 (ed. Parisiis 1518, 180L–N)

connexae et ordinatae quantum ad influentiam et operationem, ut semper creatura inferior secundum gradum et ordinem naturae quoad aliquid est in potentia respectu illius quo superior est in actu, ut sic inferior quoad aliquid reducibilis sit de potentia ad actum per superiorem. Et haec est influentia universalis, quae incipit a principio primo et protenditur gradatim per media usque ad infimam creaturam, quae est materia prima. Quam philosophi appellant catenam auream, qua universa ad invicem connectuntur, ita quod si connexio per influentiam talem non esset in universo, universum non esset unum nisi ordine aggregatorum sicut acervus lapidum. De hoc ordine et influentia loquitur Augustinus pulchre 3. *De Trinitate* cap. 5 dicens quod, sicut quaedam corpora crassiora et inferiora per subtiliora et potentiora quodam ordine reguntur, ita omnia corpora per spiritum vitae et unus spiritus per alium et universa creatura per creatorem suum. Et hoc est etiam quod docet Philosophus 12, quod omnia sunt ordinata secundum esse et influentiam unius ad alterum, non solum partes universi inter se, sed omnia ad unum primum sicut exercitus ad ducem. Cum igitur ordo et perfectio rei in esse primo sit propter opus (secundum Philosophum et Commentatorem 1. *Caeli et mundi* comm. 19 "omne habens actionem est propter suam actionem", et Commentator super 9. *Metaphysicae*: "omnia entia conveniunt in hoc quod complementum et perfectio est in operatione propria"), ultima ⟨autem⟩ perfectio sit propter opus ultimum – opus autem angeli, inquantum est intellectualis natura, est intelligere et eius ultimum et perfectissimum opus intelligendi est intelligere per divinam illustrationem et illuminationem super cursum naturalem quo intelligit lumine naturali –, sequitur quod, sicut angelus superior excedit inferiorem secundum ordinem et dignitatem in esse primo, sic etiam habet influentiam super illum, ipsum illuminando ad actum secundum intelligendi, ut intelligat ex tali illuminatione quod prius non intellexit.

43 inferior] imperfectior EQRW; imperfecta L 43–44 est … aliquid] *om.* (*hom.*) B 44 quo] quae EMNPRW ‖ reducibilis] reducibile EQR 45 superiorem] perfectiorem BMNP 48 ad] *om.* BMNP 50 pulchre] *om.* LW 51 dicens quod] *om.* ELQRW 52 subtiliora … potentiora] subtiliora et superiora L; subtilissimum BMNP 54 12] Metaphysicae *add.* RW ‖ omnia sunt] entia sunt LQR; substantia est W ‖ secundum] per *add.* N; per BP 55 ad] in EQW 57–59 1 … super] *om.* L 57 1] 3 EQRW 58 actionem[2]] et est propositio vera *add.* EQRW 59–60 complementum … perfectio[1]] completum et perfectio MN; perfectio prima completa L 60 ultima] quod *add.* BLMNP ‖ autem] *supplevi ex Henr. Gand*. (*vide app. font. ad l. 37*) 61 propter] eius *add.* EW ‖ autem] quidem BLMNP 62 eius] est E; cum (*?*) R; *spat. vac.* Q; *om.* LW ‖ et[2]] *om.* BEW 63 illustrationem … illuminationem] illuminationem et illustrationem QR; illustrationem LW 64 sequitur] igitur *add.* BMNP ‖ superior] perfectior QRW; imperfectior E 65 secundum] illum *add.* BMNP ‖ primo sic] proprio sic BMNP; possit E 66 illum] *om.* ELQRW

50–53 Cf. Aug., *De Trin.* 3, c. 4, n. 9 (CCL 50, 135–36; PL 42, 873) 54–56 Cf. Arist., *Metaph.* 12, c. 10 (1075a 11–19) 56–58 Arist., *De caelo* 2, c. 3 (286a 8–9); Averr., *In De caelo* 2, comm. 17 (ed. Iuntina, 5:106K; ed. Carmody-Arnzen, 299) 59–60 Averr., *In Metaph.* 9, comm. 16 (ed. Iuntina, 8:242H)

⌈QUOMODO UNUS ANGELUS ILLUMINET ALIUM

OPINIO HENRICI⌉

10 Sed quomodo hoc fiat difficile est videre. Et circa hoc dicit quidam doctor sic, ubi supra, quod cum non sit nisi quadruplex lumen, scilicet increatum et lumen naturae naturale angelo et lumen gratiae et lumen gloriae, nullum istorum potest unus angelus in alio efficere. Primum non, constat, sed voluntarie se ipsum exhibet cui vult. Nec etiam alia tria, quia ab ipso Deo creantur et angelo infunduntur; angelus autem nihil creare potest secundum Damascenum cap. 17. Sed quamvis unus angelus non possit in alio lumen efficere, potest tamen aliquid facere unus angelus superior circa inferiorem, quo facto lumen ei infundetur a Deo. Hoc autem potest facere dupliciter: vel removendo prohibens, sicut qui aperit fenestram dicitur illuminare domum, quia facit aliquid circa domum unde sequitur domus illuminatio, quia removet obstaculum impediens introitum luminis, sol tamen illuminat effective – sic in proposito potest angelus superior amovere impediens illuminationem alterius a Deo, Deus tamen effective illuminat –, vel alio modo, scilicet inducendo dispositionem necessariam in inferiori ad luminis susceptionem, sicut medicus inducit in oculo infirmo et indisposito dispositionem ad hoc ut ab anima vim cernendi recipiat, quae vis est quasi lumen oculo et naturale; et isto modo etiam angelus inducendo dispositionem convenientem ad susceptionem luminis a Deo dicitur angelum illuminare et non aliter.

⌈OPINIO THOMAE⌉

11 Alii autem concordant cum istis in quaestione hac quod unus angelus non efficit lumen in alio, sed quia angelus in se lux est, et ideo unus angelus praesens alteri confortat lumen illius, ut ex hoc clarius videat quam prius et quandoque aliquid videat quod prius non vidit, sicut unus carbo ignitus praesens alteri secundum situm confortat calorem, ut sic vigorosius agat quam faceret, si praesens ei non esset.

68 fiat] fiet MNP; faciet B ‖ sic] *om.* LRW 69–70 scilicet … gloriae] scilicet increatum et lumen naturale in angelo et lumen gloriae et lumen gratiae BMNP; scilicet increatum naturae gloriae et gratiae W; *om.* L 70 istorum] illorum ELPRW 73 17] 10 QR 78 quia … luminis] *om.* L ‖ luminis … tamen] solis quia W ‖ luminis] hominis BP 82–83 sicut … naturale] *om.* L 83 quae … naturale] *om.* W 84–85 etiam … angelum] dicitur unus angelus L 84 ad susceptionem] susceptioni QR; susceptivam EW 85 angelum] alium QRW 86–87 autem … quia] dicunt L 87 quia] quod BMNP ‖ et … angelus[2]] unus autem EW 89–91 sicut … esset] *om.* L 90 calorem] vel claritatem eius *add.* BMNP

68–85 Cf. Henr. Gand., *Quodl.* 5, q. 15 (ed. Parisiis 1518, 179K–180L) 73 Cf. Ioan. Dam., *De fide orth.*, c. 17 (ed. Buytaert, 74) 86–91 Cf. Th. Aq., *Summa theol.* I, q. 106, a. 1, resp. (ed. Leonina, 5:481a–b)

⌈CONTRA OPINIONEM HENRICI⌉

Sed ista dicta non video bene, quod dicunt primi, quod angelus illuminat alium 12
removendo prohibens. Quaero quid sit illud prohibens. Non potest dici aliquod
obstaculum corporale, cum nullum tale sit in spiritualibus; nec spirituale, quia si
95 sic, aut illud esset ipsa natura angeli illuminabilis aut aliquid aliud a natura. Non
natura, quia removendo naturam non illuminaret, sed corrumperet magis. Item
circa naturam angeli in se nullus angelus aliquid innovare potest. Est igitur aliquid
additum naturae; sed tale non est nisi vel aliquid pertinens ad esse gratiae vel ve-
ritatis vel aliquid pertinens ad vitium vel demeritum. Removendo autem pertinens
100 ad esse gratiae vel veritatis, cum tale disponat ad illuminationem, non illuminaret,
sed obtenebraret magis. Si autem removet vitium, sequitur quod angelus beatus
vitiosus esset, quia nunc loquimur de illuminatione qua superiores in beatitudine
illuminant inferiores. Nec potest dici quod removet solam negationem luminis seu
privationem, quia eiusdem est privationem tollere, cuius est habitum inducere, et
105 ita si tollat privationem, inducit lumen; quod tu negas, sed solus Deus. Non igitur
video quomodo unus alium illuminet removendo prohibens.

Item quod dicit ultra, quod similiter potest illuminare dispositionem conve- 13
nientem luminis susceptioni inducendo, contra: quandocumque aliquod subiec-
tum est sic dispositum de se quod non habet aliquam indispositionem contrariam
110 formae quam natum est suscipere, ibi non requiritur dispositio praevia dispo-
nens ad formae susceptionem (patet de aere et lumine quod recipit a sole); sed
angelus inferior non habet aliquam dispositionem repugnantem susceptioni lu-
minis a superiori illuminante, sed, quantum est de se, est in potentia propinqua
ad lumen suscipiendum sicut aer de se ad lumen solis; superfluit igitur omnis
115 dispositio praevia. Nihil autem superfluum est in actibus hierarchicis, cuiusmodi
est illuminare; igitur etc.

Item illa dispositio, cum pertineat ad intellectum alterius qui debet illuminari, 14
non est nisi habitus aliquis, et cum haec sint spiritualia, lumina sunt.

⌈CONTRA OPINIONEM THOMAE⌉

Quod dicit alia opinio, quod unus alium illuminat confortando eius lumen, 15
120 sicut est in corporalibus, non video, quia quandocumque aliquid sic se habet quod
est in eadem dispositione nunc qua prius, quantum ad omne illud quod in ipso est,

98–99 veritatis] virtutis LQW (*post corr.* Q) 99–100 vel[1] … veritatis] *om.* (*hom.*) M 100 veritatis] virtutis LQW (*post corr.* Q) ‖ disponat] disponit EQR 103 solam] *om.* MQR 107 illuminare] scilicet *add.* BMNP 108 susceptioni] susceptivum MNP; susceptivi E; susceptionem B; susceptio (*post corr.*) W 110 formae … suscipere] *om.* L ‖ formae] *om.* BMNP ‖ ibi] ideo M; *om.* BNP ‖ non] nulla QRW 110–111 disponens] quae disponit W; dispositioni BMN; *om.* P 112 inferior] *om.* BMNP ‖ dispositionem] indispositionem BLR (*sed corr.* B) 117 illa] alia BEMNP 118 habitus aliquis] actus vel habitus aliquis Q; habitus vel actus aliquis R; habitus aliquis vel actus L ‖ sint] sunt LRW 119 lumen] lumine BMN 121 qua] quam BLW

ut nihil circa ipsum intrinsece innovetur essentialiter vel accidentaliter, non est magis illuminatum vel vigoratum intrinsece nunc quam prius, quia si sic, sequitur contradictio manifesta. Sed secundum te ex praesentia unius angeli ad alium nihil efficitur in alio; igitur manet in eadem dispositione totali quoad quodlibet eius qua prius. Sequitur igitur quod nihil in eo vigoratur nec plus illuminatur nunc quam prius. Si autem ponas aliquid ei inesse quod non prius ex praesentia alterius, recedis a proposito et contradicis tibi ipsi.

16 Nec valet exemplum pro eis, quod adducis, quia calidum numquam confortatur vel vigoratur ex praesentia situali alterius, nisi ex praesentia illius aliquis gradus caloris de novo inducatur in alio, ut sic calor eius intendatur, sicut quantumcumque sol esset praesens medio disposito, si solum luceret in se nihil efficiendo in medio, numquam ex eius praesentia medium illuminaretur.

⌈Articulus 2:
AN UNUS ANGELUS POSSIT ALTERI CONCEPTUM SUUM MANIFESTARE ET EI ITA LOQUI

OPINIO DUNS⌉

17 Ideo aliter dicunt alii ad quaestionem; et primo dant modum quomodo unus angelus loquitur alteri, et ex hoc ultra ad propositum de illuminatione.

18 Primo autem ostendunt quod angelus loquens alteri angelo causat in ipso immediate notitiam similem illi notitiae per quam est in actu actualiter intelligens, et hoc absque omni operatione eius cui loquitur, ita quod iste qui audit solum se habet in ratione patientis, sic: omnis loquens intellectualiter causaret immediate, si posset, locutionem actualem in illo cui loquitur, quia haec est intentio principalis ipsius loquentis, causare notitiam in illo cui loquitur, et ideo, si posset, immediate causaret in alio locutionem sive conceptum illius de quo loquitur; sed angelus hoc potest immediate facere; quare cum hoc intendat, immediate hoc facit.

19 Probatio minoris: omne quod est in actu per aliquam formam univocam vel aequivocam, potest reducere passum approximatum in potentia formali exsistens ad actum; sed angelus actu intelligens aliquid, quod alius non intelligit, est for-

124 secundum te] *om.* BP 127 autem] igitur QR 129 quod adducis] quod adducunt QRW; *om.* L 129–130 confortatur … vigoratur] confortatur vel vigoretur BN; confortatur vel vigoraretur EM; confortaretur vel vigoraretur R; vigoraretur L 131 inducatur] induceretur ELQR 134 alii] opinio Duns *annot. in marg.* MN 134–136 et … ostendunt] primo ostendendo L 135 alteri] *om.* BEQ 136 autem] igitur W; *om.* EQR 138 eius] illius QRW 139 patientis] participantis BMP 140–141 quia … loquitur] *post* loquitur (*l. 142*) B; *om.* (*hom.*) L 141 notitiam] QR (*in marg.* Q); *om.* BEMNPW 143–144 quare … facit] *om.* LW

134–155 Cf. Ioan. Duns Scotus, *Lect.* 2, d. 9, qq. 1–2, nn. 50–51 (ed. Vaticana, 19:30)

maliter in actu et alius est in potentia propinqua ad similem actum; igitur potest similem notitiam actualem in alio causare, quo facto alius actu cognoscet illud idem.

Item unus angelus potest causare actualem notitiam alicuius in se ipso; igitur 20
et in alio angelo. Probatio consequentiae, quia quando aliquid habet potentiam activam adaequatam cuilibet formaliter passivo, causalitas illius activi aequaliter respicit quodlibet tale passivum, sicut calefactivum quodcumque calefactibile et color quemcumque visum.

Ex hoc ultra dicunt quod locutio differt ab illuminatione in hoc quod locutio 21
est de vero complexo (sive noto alteri sive ignoto, sive vero sive falso) et de his quae nata sunt naturaliter cognosci ab angelo, quamvis bonus angelus numquam loquatur falsum alteri, malus tamen facit, et superior loquitur inferiori et e converso; sed illuminatio tantum est de his quae supernaturaliter cognoscuntur et quae spectant ad secretum mandatum divinum, et praecipue istorum quae spectant ad profectum Ecclesiae militantis, quorum notitiam angelus supremus accipit ex revelatione a Deo et illam notitiam aliis inferioribus communicat secundum beneplacitum divinum, quibus Deus vult quod communicetur, sed inferior non illuminat superiorem secundum communem cursum, ut sic omnis illuminatio sit locutio quaedam, sed non e converso proprie loquendo.

⌈CONTRA OPINIONEM DUNS⌉

Sed quantum ad primum quod dicunt non concordo cum istis, scilicet quod 22
angelus alteri loquens causat in eo similem notitiam (in alio qui audit), ita quod audiens nihil agit respectu illius notitiae, sed tantum patitur. Quia si ratio sua valet, quod quia loquens est in actu formaliter per notitiam et alius in potentia respectu eiusdem, ideo causat similem notitiam in alio, eodem modo sequitur quod, quia est actu volens et alius in potentia formali ad similem volitionem, quod causaret in alio actualem volitionem, ut ita faceret eum actu velle quod ipse vellet, sicut faceret ipsum actu intelligere quod ipse intelligit. Et ita sequitur absurdum in angelis malis, scilicet quod unus male volens causaret in alio malam volitionem immediate et, cum omnis male volens dignus sit poena, ipse esset dignus poena ex solo pati ab alio absque actione propria.

Item tunc malus angelus exsistens formaliter in actu per malam volitionem 23
posset causare similem malam volitionem in voluntate hominis, quia voluntas est

149 alio] ipso MN 152 et] *om.* LQR 153 passivo] passiva BLMP 161 istorum] eorum LR; illorum EW 163 ex revelatione] *om.* QR 163–164 secundum … communicetur] *om.* L 164 quibus] quo EQR 165 communem] *post corr.* Q; omnem BNP 168 in eo] in illo EQR (*sed del.* Q); *om.* BP 175 malis] *om.* QR 175–176 causaret … volens] *om.* (*hom.*) BLMP 176 et] *om.* QR 178 exsistens … volitionem] *om.* EQRW

156–166 Cf. Ioan. Duns Scotus, *Lect.* 2, d. 9, qq. 1–2, n. 88 (ed. Vaticana, 19:43–44)

in potentia tam ad malam volitionem quam ad bonam, et ita posset damnari pro solo opere alterius.

24 Item sequeretur ex probatione minoris primae rationis, si esset universaliter verum, quod exsistens in actu per caritatem vel aliam virtutem posset immediate absque omni actione alterius causare similem virtutem in alio et facere eum virtuosum formaliter.

25 Item cum intelligere et velle secundum Philosophum 9. *Metaphysicae* sint operationes manentes in agente, illud in quo est ipsa huiusmodi operatio est agens sive activum et causativum illius. Aliter non essent universaliter operationes manentes in agente, sed essent passiones transeuntes a potentia factiva in passum; cuius oppositum habet tota philosophia. Et ideo dicit Augustinus quod ex cognoscente et cognito paritur notitia; et hoc dicit universaliter de quacumque re cognita (9. *De Trinitate*, ultimo), ut non possit esse responsio quod quandoque paritur a cognoscente, quandoque non, puta cum angelus loquitur angelo.

26 Item quamvis actualis cognitio angeli loquentis sit in potestate voluntatis, dum intra ipsum est, ut nullus alius a Deo possit scire secretas cogitationes angeli, nisi angelus velit, sicut nec hominis, tamen si angelus efficeret actualem cognitionem extra se in alio, ipsa ut actu transiens non esset sub potestate voluntatis, quin praesentibus duobus angelis aeque dispositis in acumine intellectus et aeque attentis ad audiendum et aeque approximatis loquenti ita audiret unus et reciperet ab alio loquente sicut alius. Verbi gratia in sensibilibus istis; quamvis enim in potestate voluntatis meae sit formare verbum sic vel sic, tamen postquam est actu formatum et extra prolatum, quia est naturaliter sui diffusivum, approximatis duobus hominibus aequaliter mihi loquenti et aequaliter dispositis in acumine auditus et aequaliter in auditu attentis ita audiet me unus sicut alius, velim nolim, et hoc quia actus transiens est naturalis et non est in potestate voluntatis, ut extra transit, quod tendat in unum plus quam in alium. Sic de angelo proportionaliter. Et ita in casu, vellet nollet, non posset unus angelus ita loqui uni quin necessario loqueretur alteri; quod intendo vitare in modo ponendi quem tenebo.

187 ipsa] *om.* BLP 188 universaliter] virtualiter QR 190–191 cognoscente … cognito] cognito et cognoscente QR 192 9. … ultimo] *om.* W ‖ ultimo] cap. *praem.* NR 193 angelus … angelo] alius (*del.*) loquitur angelus ei M; angelus loquitur ei L; alius loquitur ei EQR; aliquis loquitur ei W 195 cogitationes] cognitiones EQR 198 acumine] lumine QR 200 gratia … istis] *om.* L ‖ sensibilibus] *corr. ex* sensibus N; sensibus MP; ss^{9} B; ss^{bus} QR 201 verbum] vocale *add.* EQRW 204 et^{1} … attentis] *om.* L ‖ in auditu] *om.* EW ‖ audiet … unus] audiret me unus MN; audiat me unus B; bene unus audiet (*ante* unus L) LQR 205 transiens … naturalis] naturalis est transiens BP 206 sic] est *add.* LMN ‖ angelo] LW; alio *cett.* 207 in … ita^{2}] *om.* (*hom.*) E, *sed add. in marg.* non possum ‖ ita^{2}] *om.* LRW ‖ necessario] *om.* EW 208 in … tenebo] *om.* L ‖ in] illo *add.* EQW; uno R

182 Cf. supra, n. 19 186–187 Cf. Arist., *Metaph.* 9, c. 8 (1050a 30 – b 1); *Auct. Arist.*, n. 226 (ed. Hamesse, 134) 190–192 Cf. Aug., *De Trin.* 9, c. 12, n. 18 (CCL 50, 309; PL 42, 970)

⌈OPINIO PROPRIA⌉

Ideo dico sic, quod cum unus angelus proprie loquendo loquatur alteri, sicut 27
colligitur ex dictis Scripturae et sanctorum – et non est proprie loqui sine verbo proprie dicto, verbum autem proprie dictum quo aliquis intellectualiter loquitur non sit nisi cognitio formata ex ea re de qua quis loquitur, ut in primo libro dictum est –, sequitur quod locutio ipsius angeli loquentis non sit aliud nisi verbum suum mentale, quod est idem quod ipsum intelligere angeli loquentis. Tamen differt ipsa locutio ab actu intelligendi, non secundum aliquid absolutum, sed eadem cognitio formata dicitur intelligere, ut respicit obiectum quod apprehendit, dicitur autem locutio, inquantum ordinatur ad indicandum alteri rem quae in proposito verbo concipitur. Quam rem audiens secundum se non concipit actu nec loquens aliquid efficit extra se, cum intellectualiter loquatur, et intellectiva potentia non est factiva alicuius extra se, sed angelus cui loquitur, ex hoc quod loquenti attendit, videt conceptum loquentis, dirigentis et voluntarie ordinantis conceptum suum ad ipsum. Nec requiritur aliquod signum intellectuale aliud extra productum, sicut si unus homo posset videre conceptum alterius, ex hoc quod alius sibi conceptum suum dirigeret, numquam formaret signum sensibile ad exprimendum alteri conceptum suum. Sed unus angelus potest videre conceptum alterius, postquam sibi dirigitur, et videndo illum videt rem in quam tendit, quae latuit eum, et sic audit. Et huiusmodi verbum sive conceptus patens indicativus alterius latentis dicitur verbum locutionis: ut in intelligente absolute consideratur, dicitur conceptus; ut vero ordinatur ad alium conceptum alteri indicandum, dicitur nutus. Ut sic intelligitur *Glossa* super illud *Ad Corinthios* 13 "si linguis hominum" etc., quod angeli praepositi significant minoribus quod de Dei voluntate praesciunt, quod fit aliquibus nutibus. Et conceptus eius est in potestate eius, ut occultetur uni et pateat alteri, sicut est in potestate eius illum elicere in se vel non elicere.

209 unus] *om.* ELQRW ‖ loquendo] *om.* EQR ‖ loquatur] *om.* LW 211–212 verbum … sit] quod verbum non est L 211 intellectualiter loquitur] intelligitur loqui BM NP (cum *add.* N, cum tamen *add.* B) 212 formata] *fort.* M; formatur BP 213 ipsius] *om.* BLP 216 cognitio] cogitatio BMNP ‖ respicit] intelligentem et *add.* QR (*in marg.* Q) 217 proposito] ipso EW; *om.* L 222 aliud] ad LMR 223 videre] intelligere EQRW 223–224 ex … dirigeret] *om.* L 223 sibi] *post* suum (*l. 224*) MNP; *om.* B 224 dirigeret] et *add.* EQRW 227 indicativus] indicio BLMNP 228 latentis] ut *add.* BMNP (*sed del.* MP) ‖ intelligente] *post corr.* W; mente (*corr. ex* in[te]) M; intelligere BNP ‖ dicitur[2]] duplex BMNP (*sed corr.* M*?*); *om.* E 229 vero] unus BM NP (qui *add. sup. lin.* P) ‖ indicandum] et dicitur locutio alter qui tendit in obiectum et *add. in marg.* P ‖ nutus] *post corr.* QR (*corr. ex* intellectus R); intellectus BELMNW (*del. et* locutio *add. in marg.* E); intellectio P 230 13] 12 BMNP ‖ hominum] loquar et angelorum *add.* LW 231 Dei] divina BMNP ‖ praesciunt] praesentiunt EW

211–213 Cf. Rob. Cowton, *In Sent.* 1, d. 27, q. 1 (cod. Oxford, Merton College 117, f. 82ra–rb)
230–232 Cf. *Glossa ord. in I Cor. 13,1* (ed. princeps, 4:329a)

Habet enim angelus claustrum spirituale nec est ita indivisibilis sicut punctus, ut non possit occultare in se mentis conceptum. In hoc enim conveniunt omnes, quod angeli non possunt scire secreta cordium nostrorum, quamvis praesentes sint menti nostrae; et multo minus potest unus scire secretum alterius, nisi velit. Sic autem non esset in potestate eius occultare conceptum eius uni et non alteri, si esset transiens extra.

28 Patet igitur quomodo unus angelus loquitur alteri. Quomodo autem differat illuminatio ab ipsa locutione, prius patet in paenultima opinione, et quantum ad istam differentiam concordo cum eis.

[AD ARGUMENTA PRINCIPALIA]

29 Ad primum principale, cum arguis quod unus angelus illuminando alium non causat in eo aliquod lumen, respondeo quod verum est formaliter loquendo, sicut nihil efficit in eo sibi loquendo. Nec forte aliter illuminat Deus angelum nisi ostendendo sibi obiectum supra cursum naturalem, quo ostenso per lumen gloriae, quod sufficiens est ad omne intelligibile intelligendum, statim habet operationem circa illud; dicitur tamen ipsum illuminare, quia obicit ei aliquid, quo obiecto elicit audiens in se actualem cognitionem, et illa notitia actualis quaedam illuminatio est. Sed angelus illuminans se habet in ratione ostendentis conceptum suum alteri, ut possit dici obiective illuminare, nihil tamen efficiendo in illuminato.

30 Et quando probas ultra secundam partem, quod non loquitur alteri, quia aut immediate aut mediate, respondeo quod immediate, sic quod medium non est necessarium et tamquam primum immutatum, ut ulterius immutet angelum cui fit locutio; et hoc maxime verum est de medio corporali, quia nihil extra se efficit loquens. Nec requiritur necessario medium spirituale, quia unus angelus potest immediate intelligere quod in alio relucet, dummodo sibi dirigatur a loquente. Et potest loqui mediante medio spirituali, ut si angelus supremus loquatur sibi proximo in ordine, ut ipse ultra sibi proximo sub se loquitur. Nec ex hoc sequitur

234 angelus] ante MN 235 non] nihil EQRW ‖ mentis] mentaliter EQRW 236 nostrorum] *om.* EQRW 237 multo minus] nihilominus BLMNP ‖ nisi] si BLMNP 238 sic … alteri] quod non esset L ‖ eius[2]] *om.* EQR 243 arguis] *post corr.* E; arguitur LQRW 244 aliquod … quod[2]] etc. E ‖ respondeo] dico LRW 245 sibi] *om.* QR (*sed add. sup. lin.* Q) 246 naturalem] *om.* BMP ‖ ostenso] *seq. spat. vac. unius litt.* R; aut *add.* EQW (*sed del.* Q) 248 dicitur] videtur EQR ‖ ipsum] *om.* BMNP 251 illuminato] illuminando LRW 252 ultra] *ante* probas ELQR; *om.* W 253 immediate[1] … mediate[2]] mediate aut immediate LQRW; immediate aut immediate E ‖ respondeo] *in marg.* Q; dico ELRW 254 immutatum] immutativum EMNQ 257 intelligere] legere ELQRW 258 loquatur] loquitur EQR 259 ultra … loquitur] ultra sibi proxime sub se loquatur MN; ultra sibi proximo sub se loquetur P; sibi proximo ultra loquitur sub se EQR; ultra loquatur proximo sub se W; ultra proximo sibi loquatur L

241 Cf. supra, n. 21

processus in infinitum, quia quando aliquis loquitur alteri mediate, loquitur alicui necessario immediate, scilicet illi cui primo loquitur. Sed si in omni locutione loqueretur per medium, tunc iretur in infinitum in mediis; quod non est verum. Et quamvis medium corporale non requiritur, non sequitur quod angelus illabatur alteri, sed sufficit, ut videat quod in concipiente propalatur, quod similiter sit praesens in debita distantia. Et potest etiam distans ab eo per medium corporale alteri loqui et ille videre, tamen non per immutationem medii, sicut est in visione corporali nostra; et tamen credo quod tanta possit esse distantia localis inter loquentem et audientem, quod unus alium non audiret, pro eo quod sunt limitatae virtutis.

⌈AD ARGUMENTA OPINIONIS DUNS⌉

Ad primum opinionis paenultimae, cum arguitur quod angelus loquens causat 31
in audiente actualem notitiam, quia omne quod est in actu per aliquam formam etc., patet supra quod instantia est; et ideo propositio universaliter sumpta falsa est. Propter hoc dico quod illud quod est in actu per aliquam formam, potest similem causare in illo quod est in potentia respectu talis agentis.

Et quando accipitur in minori quod angelus alius est intelligens in potentia 32
respectu illius formae qua alius est in actu, verum est, sed non respectu alterius angeli, cum ille non sit agens factivum, sed activum tantum. Et ideo, licet angelus cui loquitur sit in potentia ad intellectionem respectu sui ipsius virtualiter exsistentis in actu ad praesentiam obiecti, non tamen est in potentia formali, ut ab alio angelo effective informetur. Aliter angelus intellectualiter agens (et ut sic) esset agens factivum, non activum; quod non est verum, sicut patet in opponendo contra opinionem. Non enim omne agens agit in omne passum, sed determinatum in determinatum. Oportet enim quod sit tale agens, puta factivum, si debet aliquid facere extra se, et quod passum sit tale quod natum sit reduci in actum ab alio a se extra se; quod non est verum in proposito.

Et si opponas quod, si sol esset in potentia formaliter ad calorem, causaret 33
calorem in se, quem modo causat in alium, igitur converso modo, ex quo alius angelus est in potentia formali respectu notitiae qua loquens est in actu, causabit

260 infinitum] in mediis quod non est verum *add., sed del.* BP 263 requiritur] requiratur BMNP 264 ut] quod LW 265 et] *om.* QRW 267 nostra] nostro BEMNP; naturaliter L 267–269 et … virtutis] *om.* L 267 possit] posset BMNP 271–274 quia … agentis] *om.* L 272 sumpta] assumpta BMN 273 propter hoc] propter quod NP; unde W 275 intelligens] *om.* EQRW 277 ille] intellectualiter *add.* EQRW; intelligens *add.* L 278 ad intellectionem] ad intentionem R; ad intelli^{tem} (intelligentem *vel* intelligibilitatem) L; *om.* BMNP 280 angelo] *om.* QR ‖ effective] et factive *add.* EQRW ‖ angelus] alius MNP 281–282 sicut … opinionem] *om.* L 281 opponendo] opposito BMNP 283 si] sed EMN 285 a se] *om.* LW

272 Cf. supra, n. 22–24 281–282 Cf. ibid.

illam in isto alio, respondeo quod accipis dubium in antecedente, quia ex quo virtus solis, qua efficit calorem extra se in susceptivo, est virtus factiva, quamvis sol esset in potentia calidus, non calefaceret se illa virtute factiva, sed oporteret virtutem activam ponere in sole, quae nata esset habere propriam operationem in se, ad hoc quod se calefaceret; vel si eadem virtute vel potentia eadem calefaceret se qua calefacit extrinsecum, illa virtus aggregaret in se et virtutem potentiae activae et factivae. Sed potentia intellectiva angeli, qua unus alteri loquitur tantum, non habet in se nisi virtutem potentiae activae, et ideo nihil efficit in subiecto extrinseco, quamvis denudet alteri conceptum suum in se, ut alius illum videat et virtute propria in similem notitiam se agat modo dicto.

34 Ad secundum, cum arguitur quod unus angelus potest causare notitiam actualem in se, igitur et in alio, nego consequentiam, sicut de volitione et caritate et virtute et scientia. Si enim quodlibet exsistens in actu possit facere exsistens qualitercumque in potentia actu tale, faciliter acquiritur caritas, virtus et scientia et velle bonum et malum.

35 Et quando probas quod sic, quia angelus exsistens in actu habet potentiam activam adaequatam cuilibet passivo, nego, quia respectu nullius obiecti extrinseci habet potentiam, cum talis potentia non sit factiva, ut prius dixi; sed exsistens in actu formaliter per intentionem potest facere se exsistentem in potentia, non ad eandem intentionem numero, sed ad similem in actu.

289 in[1] … alio] in re W; *om.* BMNP 290 susceptivo] non *add.* LM 293 se calefaceret] *inv.* BMNP 295 alteri] intellectualiter *add.* EQRW 295–296 loquitur tantum] *inv.* BMNP 296 subiecto] aliquo EW 301 et[1] … scientia] et veritate et scientia BMNP; et virtute W; *om.* L ‖ facere] aliquid *add.* QR; aliud *add.* W; ad *add.* E 302 qualitercumque] *om.* LW 305 obiecti] subiecti LMNW 308 eandem] causandum *praem.* L; causandum P ‖ similem] causandum similem intentionem L; simile BMNPW

⌈DISTINCTIO 12

Quaestio 1:

An materia sit aliqua entitas positiva absolute distincta a forma⌉

"Post haec de angelicae naturae condicione" etc. Postquam Magister determinavit de natura angelica spirituali, hic incipit agere de natura composita et materiali, et primo de principio materiali. Circa distinctionem duodecimam primo quaeritur an materia, quae est alterum principium secundum Philosophum 1. *Physicorum*, sit aliqua entitas positiva absolute distincta a forma. 1

Quod non: 2

1. Quia illud quod universaliter nihil est entium, non est aliquid positivum aliud a forma; talis est materia; igitur etc. Minor probatur, quia secundum Philosophum 7. *Metaphysicae* materia nec est quid nec quale nec quantum nec aliquid aliorum quo determinatur ens. Igitur nihil positivum est aliud a forma.

Sed dices quod verum est: nihil est entium actu, est tamen aliquid in potentia, et ita in potentia est aliud a forma; et hoc est quod dicit Commentator super praedictum verbum Philosophi comm. 9, quod materia est in potentia decem praedicamenta, et ita est aliquid in potentia, licet non in actu. 3

Contra: quod est in potentia, aut est in potentia forma aut compositum aut ipsamet materia. Non forma nec compositum, quia tunc, si poneretur in actu esse forma vel compositum, nihil accideret impossibile secundum definitionem possibilis 9. *Metaphysicae* cap. 3, quod possibile est, cui si inexstiterit actus cuius 4

---

1 post haec] post hoc NP; postea haec EQR; nunc W; haec L ‖ angelicae naturae] *inv.* BMNP ‖ condicione] *om.* LW ‖ etc.] *om.* LQR 2–3 hic … materiali[1]] hic incipit agere de natura simpli (!) materiali vel composita *in marg.* W 2 composita] ex (*in marg.*) spirituali *add.* Q; spirituali *add.* R 2–3 et materiali] *om.* L 3–4 et … an] ubi primo quaeritur de principio materiali utrum scilicet W; ubi primo quaeritur utrum L 3 circa … duodecimam] et hic EQ; et ideo R 3–4 primo] *post* quaeritur (*l. 4*) BP; *om.* MN 5 absolute] *fort.* E; absoluta LW; ab Q, *sed del.*; *om.* R 7–8 illud … materia] universaliter materia nihil est L 7 nihil] nullum BMN; non P ‖ aliquid] aliquod BMN 8 igitur … probatur] *om.* LW ‖ quia] *om.* BMNP 9 Metaphysicae] *om.* BEMPQ ‖ quantum nec] *om.* BMNP 13 praedictum] illud LW 13–15 decem … potentia[2]] *om.* (*hom.*) E 14 et … actu] *om.* L ‖ in[2]] *om.* BMNP 15–16 aut[2] … materia] vel materia vel compositum LW 17–19 nihil … impossibile] *om.* L 18 quod] quia BMNP; *om.* W

---

1 Cf. Petr. Lomb., *Sent.* 2, d. 12, c. 1 (ed. Grottaferrata, 1:384) 4–5 Cf. Arist., *Phys.* 1, c. 7 (191a 8–17); *Auct. Arist.*, n. 17 (ed. Hamesse, 141) 8–10 Cf. Arist., *Metaph.* 7, c. 3 (1029a 20–21); *Auct. Arist.*, n. 161 (ed. Hamesse, 128) 12–14 Cf. Averr., *In Metaph.* 7, comm. 8 (ed. Iuntina, 8:159D) 17–19 Cf. Arist., *Metaph.* 9, c. 3 (1047a 24–26)

dicitur habere potentiam, nihil erit impossibile. Nec est in potentia ad se ipsam, quia tunc privaretur se ipsa. Igitur simpliciter nihil est potentia vel actu.

5 2. Item illud quod circumscripta omni forma individuali realiter informante in actu non est aliquid positivum extra animam, sed sola privatio habens tantum esse in intellectu, nihil positivum est in se aliud a forma circumscripta. Talis est materia secundum Commentatorem 11. *Metaphysicae* comm. 15, ubi vult expresse quod materia talis est detracta omni forma individuali in actu. Nam dicit sic: "materia igitur non habet esse extra animam secundum quod est communis omnibus individuis generabilibus et corruptibilibus, cum non intelligatur sic nisi secundum privationem".

6 3. Item Philosophus 5. *Physicorum* ostendit quod generatio non est motus. Et arguit sic: "quod movetur est; quod generatur non est; igitur generatio non est motus". Illud argumentum, si valet, negat idem esse in minori de eo quod generatur, quod concedit de eo quod movetur in maiori; aliter aequivocatur ipsum verbum essendi. Et oportet etiam quod hoc pronomen 'quod' supponat pro eodem in maiori et in minori, scilicet pro subiecto. Cum igitur esse quod convenit illi quod movetur inquantum tale sit esse in potentia, quia motus est actus entis in potentia secundum quod huiusmodi, sequitur quod illud quod generatur ut subiectum non sit ens in potentia; et constat quod non est ens in actu; igitur etc.

7 Contra:

Illud quod secundum se et essentiam suam caret omni forma informante et tamen est receptivum formae positivae per informationem, est aliud positive secundum aliquam entitatem ab omni forma receptibili in ea. Et talis est materia secundum se secundum Avicennam 2. *Metaphysicae* cap. ultimo, ubi dicit quod forma separata a materia remanet materia habens esse cum alia forma, quia si sola forma causa esset per se materiae, destrueretur materia ad destructionem illius et propter formam succedentem haberet esse alia materia, quae inciperet esse

20 potentia … actu] nec potentia nec actu W; nec actu nec potentia L 21 omni] *om.* ELW ‖ in] non est BNP 22–23 sed … circumscripta] *om.* W 22 sola] solum BNP 23 nihil … circumscripta] *om.* L 23–24 talis … materia] materia est huiusmodi LW 24 11] 9 BW; super 9 EQR; 10 L; *om.* P ‖ Metaphysicae] *spat. vac. trium litt.* R; *om.* BEMQP 24–25 vult … nam] *om.* L 25 est] sit QR; non remanet W; *om.* E ‖ detracta] destructa QR 27 sic] *om.* BMNP 30 est[2]] igitur quod generatur non movetur *add.* EQRW 30–31 igitur … motus] igitur etc. L 31 si valet] non valet BMP (nisi *add. sup. lin.* MP) 32 in maiori] *ante* concedit LW 34 in] *om.* QRW 35 sit] est LW 35–36 quia … huiusmodi] *om.* L 35 quia … potentia[2]] *om.* (*hom.*) EW 36 sequitur quod] igitur LW 40 formae positivae] formae EN; formarum positive BMP (positive *del.* M) 41 et] sed LW; *om.* EQR 43 separata … materia[2]] separatur a materia et remanet materia BMNP; separatur a materia ELW ‖ quia] quod BEMNP 44 causa] *post* esset R; *post* se LW

24–28 Cf. Averr., *In Metaph.* 12, comm. 14 (ed. Iuntina, 8:301A) 29–31 Cf. Arist., *Phys.* 5, c. 1 (225a 25–28) 42–47 Cf. Avic., *Prima phil.* 2, c. 4 (ed. Van Riet, 98)

cum alia forma. Et parum post: "oportet igitur quod aliqua alia res cum forma sit causa essendi compositum". Ecce manifeste vult quod materia est alia res a forma manens sub utraque, scilicet corrumpenda et inducenda.

Item hoc idem vult Philosophus 5. *Metaphysicae* cap. de causa, ubi distinguit 8
causam materialem a formali et dicit quod materia est, ex quo fit aliquid, inexsistens rei factae; igitur est aliquid positivum, quia inexsistens rei positivae, et est aliud in ratione causae ab ipsa forma.

Item, qui diceret subiectum alterationis esse idem cum termino motus, de- 9
strueret omnem motum, pro eo quod nihil movetur ad hoc quod habet; habet autem unumquodque semper et inseparabiliter omne illud quod realiter idem est sibi. Sic, qui ponit materiam et formam non differre realiter, destruit omnem generationem, cum ratione formae non prius habitae dicatur aliquid generari de novo.

⌈SOLUTIO

OPINIO PRIMA⌉

Circa istam quaestionem sunt opiniones quorundam qui dicunt quod non est 10
ponere materiam esse aliud a forma nisi in compositis animatis; in corporibus autem simplicibus, cuiusmodi sunt elementa, non est ponere materiam essentialiter distinctam a forma, sed ignis est tantum forma extensa quantitate superveniente, quam formam extensam consequuntur propriae qualitates (et similiter de aere et aliis corporibus simplicibus). Et ideo dicuntur corpora simplicia, quia non componuntur ex materia et forma sicut perfectiora animata.

Quod declarant sic, quia non videtur necesse ponere materiam nisi propter 11
transmutationem substantialem, quae est generatio (unde omnes qui posuerunt materiale principium distinctum a forma respiciebant ad transmutationem naturalem substantialem); sed propter transmutationem huiusmodi salvandam non est necesse ponere eam in simplicibus, quia ex una forma naturali potest generari alia, sicut ignis, qui est forma tantum cum accidentibus propriis, per transmutationem fit postea aer, et e converso, pro eo quod sunt in potentia ut in se invicem transmutentur.

46 oportet igitur] *inv.* BMNP ‖ cum[2]] a LW 47–48 ecce … inducenda] *om.* L ‖ materia … forma] forma est alia res a materia EQRW 50 est] illud quod *add.* MN (quod *del.* M) ‖ aliquid] aliquod BEQR 50–51 inexsistens[1]] exsistens BEMW (*sed corr.* BW) 51 igitur] *post* est[1] EQR; *post* aliquid W 53 subiectum … esse] quod subiectum alterationis esset LW 54–56 habet[2] … sibi] *om.* L 55 et] *om.* BMNP 56 qui ponit] igitur qui ponunt BMNP 61–62 ponere … forma[1]] materia distincta a forma essentialiter (*om.* L) LW 63 aere et] *om.* LQRW 64–65 componuntur] composita LW 67–69 unde … substantialem] *om.* L 68–69 naturalem] *om.* QR 69 transmutationem] generationem LW 72 in[2]] a (*sup. lin.*) W; *om.* LMN

49–51 Cf. Arist., *Metaph.* 5, c. 2 (1013a 24–25)

12 Haec opinio multipliciter confirmatur:

1. Primo sic, quia si materia esset aliquid aliud ab ipsa forma, aut esset actus purus aut potentia pura aut compositum ex actu et potentia. Non actus purus, tum quia non est scibilis nisi per analogiam ad actum et formam (ex 1. *Physicorum*), tum quia tunc posset esse aliquid inferius ipsa, cum tamen sit creata prope nihil secundum Augustinum 12. *Confessionum* cap. 2, tum quia actus separat et distinguit, in fundamento tamen naturae nihil est distinctum (ex 2. *Metaphysicae*).

13 Nec est compositum ex actu et potentia, quia est principium primum et per consequens simplex, vel iretur in infinitum.

14 Item Commentator super 12., comm. 15, dicit quod intentio Philosophi est demonstrare quod sua natura est in comparatione et quod non habet naturam propriam.

15 Similiter actus primus est sine omni potentia; igitur potentia prima est sine omni actu.

16 Et si esset pura potentia, sicut esset, si esset aliud a forma, tunc cum actus formalis proportionatur potentiae, actus esset illimitatus, sicut potentia pura illimitata est; et ita totum compositum esset quid illimitatum.

17 2. Item, quod convenit alicui secundum se et naturam suam, oppositum repugnat ei per se et per aliud stante natura sua. Sed si materia esset aliud a forma, esset pura potentia de se, et ita sibi repugnaret actus per se et per aliud, et ita numquam posset actu esse, et per consequens nec esset pars alicuius rei in actu, sicut nec actus purus potest non esse quocumque modo. Sed ideo ponitur materia aliud a forma, ut esset pars compositi in actu; igitur frustra ponitur.

⌈OPINIO SECUNDA⌉

18 Alia est opinio quae dicit formam nihil aliud esse a materia (et ideo salvat generationem ponendo materiam tantum), sed quod illud idem, quod dicitur

Deest E *inde a l. 74*

74–235 haec … Physicorum (dist. 13, q. 1)] *om.* E 75 materia] *om.* LQRW 76 actus purus] primum LW 77 est] actu *add.* LQ (*corr. ex* actus? Q); actus *add.* RW (*sed del.* R) ‖ actum … formam] formam actu B; formam LP 78 tum] *om.* BMNP ‖ aliquid] *om.* BR 79 12 … 2] *om.* LW 81 quia] tum *praem.* LQRW 83–85 item … propriam] *in marg. inf.* M; nec est potentia prima L; *om.* QRW 86 similiter] tum quia LW ‖ est[2]] *om.* LQRW 88 sicut] sic BP 91 oppositum] suum oppositum R; eius oppositum W; oppositum eius L 94 actu[1]] *ante* posset L; *post* esse QR ‖ et … consequens] *om.* LW 94–96 sicut … ponitur] sed materia potentia pars compositi igitur frustra etc. L 95 actus purus] *inv.* QRW; actus *add.* BP ‖ materia] *om.* BMNP 97–98 salvat] salvant LW

77–78 Cf. Arist., *Phys.* 1, c. 7 (191a 8–11); *Auct. Arist.*, n. 29 (ed. Hamesse, 142) 78–79 Cf. Aug., *Conf.* 12, c. 7, n. 7 – c. 8, n. 8 (CCL 27, 219–20; CSEL 33.1, 314–15; PL 32, 828–29) 80 Cf. Arist., *Metaph.* 1, c. 8 (989b 6–7); *Auct. Arist.*, n. 31 (ed. Hamesse, 117) 83–85 Cf. Averr., *In Metaph.* 12, comm. 14 (ed. Iuntina, 8:301D) 97–117 Cf. Rich. de Med., *Quaest. disp.*, q. 17 (ed. Boureau, 3:200)

materia ut est in potentia ad complementum, dicitur forma secundum rationem suam completam.

1. Et isti videntur habere Philosophum et Commentatorem suum 1. *Physicorum*, ubi assimilat materiam cerae et formam figurae; sed figura non est aliud a cera; igitur nec forma est aliud a materia. Minor patet per Lincolniensem *Super mysticam theologiam*, ubi dicit quod figura non est aliud a cera. 19

2. Item Commentator super 8. *Metaphysicae* in fine comm. paenultimo dicit quod illud idem, quod primo est in potentia, postea est in actu, ita quod translatio de potentia ad actum non largitur ei multitudinem, sed perfectionem in esse. Illud igitur idem, quod ut est in potentia dicitur materia, ut est in actu completo dicitur forma; nec sunt duo diversa. Et ideo subdit Commentator comm. ultimo eiusdem in fine quod prima materia et forma sunt unum, et similiter anima cum corpore. 20

3. Item quod nulla sit forma substantialis diversa in essentia a materia videtur esse de intentione beati Augustini 5. *De Trinitate* cap. 5, ubi probat quod in Deo nullum est accidens per tale medium: omne mutabile vel amissibile est accidens; nullum tale est in Deo; igitur in Deo nullum est accidens. Ultra ad propositum arguo sic: nulla est forma in materia, quin sit mutabilis vel amissibilis; igitur nulla est forma in materia, quin sit accidentalis; igitur nulla est forma substantialis alia ab essentia materiae secundum rem (et haec est conclusio opinionis). 21

⌈Contra primam opinionem⌉

Contra primam opinionem destruentem materiam in simplicibus arguitur supponendo cum eis quod transmutatio fecit scire materiam sic: omne agens naturale praesupponit passum in quod agat; sicut igitur in transmutatione accidentali transmutans transmutat aliud movendo ipsum ab uno termino ad alterum (albedo enim non fit nigredo, sed album prius fit nigrum), ita in generatione substantiali 22

Deest E

99 ut] tamen *add.* BMNP 99–100 rationem suam] *inv.* LQR 101 videntur habere] videntur pro se habere W; adducunt pro se L 101–102 1. Physicorum] phi. 1. ph-m B; ph-l Physicorum P; ph^{m} l ph' Q; ph-m l R 103–104 igitur … cera] secundum Lincolniensem Super mysticam theologiam ubi dicit quod figura non est aliud a cera igitur (*om.* L) nec forma est (*om.* L) aliud a materia LW 105 super … fine] 6. Metaphysicae LW ‖ comm.] 8 et *add.* BMNP; scilicet *add.* Q 106 quod^{1}] *om.* QR (*sed add. in marg.* Q) 107 ei] *om.* LMW 114 nullum^{1}] autem *add.* QRW 115–116 mutabilis … sit] *om.* (*hom.*) QR (*sed add. in marg.* Q) 117 ab … opinionis] in materia igitur etc. L ‖ opinionis] huius opinionis ultimae QR; huius secundae opinionis W 119 transmutatio] translatio BNP 121 ad alterum] in alium terminum BMNP

101–102 Cf. Arist., *Phys.* 1, c. 7 (191a 9–12); Averr., *In Phys.* 1, comm. 69 (ed. Iuntina, 4:40I–K) 103–104 Cf. Rob. Gross., *In De myst. theol.*, c. 4 (ed. McEvoy, 108, l. 11) 105–107 Cf. Averr., *In Metaph.* 8, comm. 15 (ed. Iuntina, 8:224A) 109–110 Cf. ibid., comm. 16 (225E) 111–114 Cf. Aug., *De Trin.* 5, c. 4, n. 5 (CCL 50, 209; PL 42, 913) 118–195 Pendet ex Ioan. Duns Scoto, *Lect.* 2, d. 12, q. un., nn. 11–22 (ed. Vaticana, 19:72–77)

agens transmutat aliquid a forma in formam, ita quod aliquid idem maneat sub utroque termino; et illud sic manens dicitur esse materia. Haec est ratio Philosophi 1. *Physicorum* et 1. *De generatione* et 2. et 12. *Metaphysicae* cap. 1 et alibi pluries.

23 Sed dicet aliquis sustinendo opinionem primam quod agens naturale praesupponit aliquid in quod agat, sed illud est res corrumpenda; sed in ultimo transmutationis totum quod praefuit et praesuppositum erat, mutatur in unum totum aliud, sicut totus aer in totum ignem (ex 1. *De generatione*).

24 Contra: prius naturaliter corrumpendum non est quam ipsum generandum actu sit, quia si non, sed pro aliquo simul essent, opposita essent simul in eodem. Cum igitur in illo signo naturae in quo generans actu ponit genitum, nihil alterius maneat, generat ex nihilo nec aliquid praesupponit in eius actione, quia totum quod praefuit, eo quod nihil eius manet pro tunc, nihil penitus facit ad actionem generantis pro signo illo in quo ponitur genitum in actu.

25 Sed ad hoc posset dici quod generans naturaliter generat pro tunc non de aliquo subiective, sed tamen generat de aliquo initiative, ut ex termino a quo; Deus autem producit utroque modo ex nihilo, quia nec requirit subiectum nec terminum a quo positivum.

26 Contra: agens habens in virtute sua causativa totum effectum non minus illum producit, licet aliud non ponatur, quo posito magis debilitatur vis agentis quam fortificatur. Sed per te generans habet in virtute effectiva totum effectum, quia nihil eius praesupponit; per actionem autem in contrarium corrumpendum debilitatur eius virtus activa et non fortificatur. Igitur si terminus a quo corrumpendus nihil esset, ut ab eo inchoatur actio, nihil minus, immo facilius, produceret terminum et ita omnino crearet.

27 Et confirmatur ratio, quia agens naturale potens in aliquem effectum totum de necessitate illum producit, si non impeditur (ex 9. *Metaphysicae* cap. 4). Sed ignis est agens mere naturale habens in virtute effectiva totum alium ignem (ex dato) et

Deest E

123 aliquid[1]] aliud BNP; *om.* M 124–126 haec … pluries] *om.* L 125 2 … et[4]] *om.* (*hom.*) RW 127 dicet aliquis] dices LW 129 totum[1]] tunc BLMNPW 132 pro aliquo] instanti *add.* LRW 132–133 cum igitur] igitur si Q; igitur non R; igitur LW 134 maneat] manet LRW 137 ad hoc] adhuc BLMNP ‖ naturaliter] naturale N; materiale BMP 138 tamen] tantum BMNP ‖ de aliquo] *om.* BMNP ‖ initiative] inchoative LQRW 139 nec[1]] non BMNP 140 positivum] *om.* LW 142 producit] produceret BNP; producet MW ‖ ponatur] ponitur BMNPR 143 effectiva] sua causativa LW 145–146 corrumpendus] *om.* LR 146 nihil minus] nihilominus PR; nullo minus L; nihil mutatur Q 149 cap. 4] cap. 10 M; *om.* BLP

124–126 Cf. Arist., *Phys.* 1, c. 7 (189b 30 – 191a 22); *Metaph.* 12, cc. 1–2 (1069b 3–8); *De gen. et corr.* 1, c. 4 (319b 4 – 320a 7) 128–130 Cf. Arist., *De gen. et corr.* 1, c. 4 (319b 14–18) 148–149 Cf. Arist., *Metaph.* 9, c. 5 (1048a 5–7); Averr., *In Metaph.* 9, comm. 10 (ed. Iuntina, 8:234K)

non impeditur per absentiam aquae, quia aqua, si esset praesens in ratione termini a quo, magis impediret et debilitaret actionem eius. Igitur sine omni termino a quo positivo contrario, a quo inchoatur actio, ignis producet ignem, et ita de pure nihilo initiative et subiective.

Item in causis materialibus est ordo essentialis et status sicut in efficientibus (ex 2. *Metaphysicae*). Huiusmodi autem primum potentiale seu materiale videtur esse respectu primi actus; primus autem actus materiae est forma elementaris; igitur in elementis est ponere materiam diversam a forma. 28

Item si non esset aliqua materia communis utrique termino generationis in simplicibus, generatio talium non esset naturalis, quia generatio non est naturalis solum ex parte generantis, sed ex parte passi transmutati, ut natum est transmutari, cuius appetitus naturalis praecessit ad formam ad quam transmutatur; sed posita opinione nullus appetitus naturalis praecessit ad terminum genitum, nam forma corrumpenda non appetit terminum genitum (patet, quia tunc appetisset suam corruptionem) et non est ibi aliquid manens quod appetere possit terminum ad quem; quare etc. 29

Item posita hypothesi nulla esset generatio, quia nulla esset privatio quae posset esse terminus a quo. Privatio enim non est nisi in apto nato ad habitum; tale aliquid aptum natum ad receptionem formae non est dare; forma enim ignis non appetit perfici a forma aeris nec e converso. 30

Sed forte diceretur quod generatio est naturalis a parte passi, quia terminus a quo, qui se habet in ratione passi, est naturaliter in potentia ut in totum alium terminum transmutetur, non quod prius corrumpitur secundum totum et fiat aliud totaliter novum. Contra: tunc recedis a responsione secunda superius data ad unum argumentum. 31

Item si non corrumpitur prius terminus a quo secundum totum quam aliud generetur, igitur manet aliquo modo in termino ad quem. Aut igitur manet secundum se totum et actualitatem propriam – et tunc duae formae contrariae simul in 32

Deest E

151–152 per … eius] actio L 151 si esset] *om.* BMNP 153 positivo] posito LQW 154 initiative] inchoative LQRW 155 efficientibus] effectibus BMNPW 156 huiusmodi autem] sed huiusmodi LW; huiusmodi QR ‖ primum] principium LW 157 autem] *om.* BMNP 158 ponere … diversam] materia alia LW 160 quia … naturalis[2]] *om.* (*hom.*) NW 162–163 formam … ad] *om.* (*hom.*) LW 163 genitum] generatum BMN 163–164 nam … genitum] *om.* (*hom.*) Q 164 corrumpenda] N; corrupta BLMPRW 166 quare] igitur LRW 167 privatio] principiatio BMNP (*sed corr.* P) 168 privatio] principiatio BMNP (*sed corr.* P) 168–169 tale … dare] sed non est dare aliquid tale L ‖ tale aliquid] sed aliquid tale W; tale autem QR 171 sed … diceretur] dices LW 173 transmutetur] transmutatur BMNPW 174 a] proposito et a *add.* QR 175 unum] primum QR 178 actualitatem propriam] actualitate propria LQRW (*sed corr.* Q) ‖ contrariae] essent *add.* B; sunt *add.* LW

155–156 Cf. Arist., *Metaph.* 2, c. 2 (994a 1–6); *Auct. Arist.*, n. 43 (ed. Hamesse, 118) 174 Cf. supra, n. 23

eodem – aut manet secundum aliquid sui et secundum aliquid corrumpitur – et hoc est propositum, quia illud aliquid vocamus materiam recipientem supra se formam per generationem – aut secundum nihil eius proprium manet, sed tantum manet ratione alterius in quod est conversum – et tunc sequitur quod omnis generatio simplicium corporum est transsubstantiatio.

33 Item circumscripta materia, quae sit altera pars compositi, quidlibet esset intrinsece loquendo aeque incorruptibile: ita aer sicut caelum. Nam illa forma aeris nititur se salvare nec est in aliqua aptitudine naturali intrinseca ad non essendum, sicut nec forma caeli, quia aer secundum te est forma tantum.

34 Si dicatur aerem habere contrarium, caelum non, nihil ad propositum, quia contrarium non facit quod aliud contrarium habeat aliquod principium intrinsecum quo est corruptibile. Et haec videtur ratio Philosophi in 7. *Metaphysicae* cap. 5 quod omne generabile habet materiam; possibile namque esse et non esse; quo autem aliquid est tale, scilicet intrinsece, est materia.

35 Item eodem modo quo Philosophus 1. *Physicorum* probat materiam esse, ex hoc quod necesse est esse aliquid manens sub utroque termino in generatione, probat eam Augustinus 12. *Confessionum* cap. 1 et 2.

⌈CONTRA SECUNDAM OPINIONEM⌉

36 Contra aliam opinionem negantem formam diversam a materia. Sciendum quod secundum Commentatorem super 1. *Physicorum* comm. 8, quamvis contra negantem principia naturalia non poterit naturalis disputare quemadmodum nec geometer contra negantem prima principia geometriae, altius tamen procedendo poterit aliquid ductu rationis probare. Ideo quaero a te, si ponendo formam non differre essentialiter a materia intelligas materiam includere veram rationem formae vel non. Si sic, cum de ratione formae sit quod aliquid informet, oportet ponere aliquid ab huiusmodi forma informatum, cum forma naturaliter non sit nisi informet. Si non, igitur non solum materia et forma non sunt idem secundum

Deest E

179 aliquid[2]] quid BMNPW 183 corporum] corruptibilium BMP ‖ transsubstantiatio] translatio BQ 185 illa] in BMNP (*sed del.* P) 188 aerem habere] quod aer habet LW ‖ propositum] b LQRW (*sed corr. in* hoc W) 190 videtur] est BMNP ‖ in] *om.* LRW ‖ Metaphysicae] Ethicorum LW 196–200 negantem … ideo] *om.* L 196–197 sciendum quod] quamvis enim QRW 197 quamvis] *om.* QRW 198 quemadmodum] sicut QRW 199–200 altius … probare] *om.* W 200 aliquid … probare] aliquis ductu rationis procedere QR 201 materiam includere] quod materia includat (includit L) LW 202 informet] quod antecedenter praesupponit *add.* QRW 204 non[2]] *om.* BMNP

190–192 Cf. Arist., *Metaph.* 7, c. 7 (1032a 20–22); *Auct. Arist.*, n. 170 (ed. Hamesse, 129)
195 Cf. Aug., *Conf.* 12, c. 6, n. 6 (CCL 27, 218–19; CSEL 33.1, 312–13; PL 32, 827–28)
197–200 Cf. Averr., *In Phys.* 1, comm. 8 (ed. Iuntina, 4:9K)

essentiam, immo forma penitus nihil est; et cum omnis perfectio sit a forma, sequitur quod nihil actu est vel quod, quidquid est, informe et incompletum est.

Item aut in tota generatione naturali manet aliquid sub oppositis terminis successive, aut nihil, sed corrupto totaliter uno producitur totaliter aliud; et tunc generatio est creatio, ut prius argutum est. Si sic, igitur subiectum manens et recipiens supra se actum differt essentialiter ab actu. 37

Sed dices quod aliquid manet et recipit complementum supra se, sed tamen illud manens et quod advenit non differunt essentialiter, sed gradus adveniens est terminus intrinsecus materiae. Sicut dimensio interminata manet in generato et corrupto et gradus dimensionis adveniens complet et terminat dimensionem praecedentem, et tamen in termino generationis non sunt duae dimensiones per essentiam dimensio terminata et interminata, sed una essentia et una dimensio, sic materia manens recipit complementum et actum, et tamen illud adveniens et praecedens in termino generationis sunt una essentia. 38

Contra: ex hoc sequitur immediate quod generatio substantialis esset augmentatio solum et non esset alicuius essentiae novae actualis acquisitio, pro eo quod, sicut in augmentatione aliquid manet et ei aliquid eiusdem rationis additur, sic in generatione; et esset magis et minus in substantia. 39

Item sequitur quod generatio esset alteratio, quia cum illud quod habetur in termino generationis sit eiusdem rationis cum eo quod praefuit, quia non distinguitur secundum essentiam ab illo, et illud sit aliquid ens in actu monstrato, sequitur quod illud quod substernitur generationi sit ens in actu, quamvis non ita completo sicut est in termino; quare cum transmutatio habens subiectum ens in actu sit alteratio, igitur generatio erit alteratio. 40

Item si sic, tunc omnes formae generabiles et corruptibiles erunt eiusdem rationis cum materia, sicut dimensio adveniens est eiusdem rationis cum praecedente, pro eo quod non distinguitur in essentia a praecedente; et per consequens omnes formae materiales inter se erunt eiusdem rationis. Igitur nulla erit in istis generabilibus et corruptibilibus distinctio specifica nec operatio specifica per consequens erit alia et alia, sed eiusdem rationis in omnibus, immo non erit generatio vel corruptio in entibus, quia nulla formalis contrarietas. 41

Deest E

207 manet] est BMNP 209 et] *om.* LQW 212 sed] exemplum sicut QR; sicut W 217 actum] actualitatem BMNP 220 pro … quod] quia LW 222 substantia] natura substantiae BMNP 223 sequitur] sequeretur BMNP ‖ habetur] habet BMNP 225–226 monstrato … actu] *om.* (*hom.*) P 226 substernitur] scilicet *add.* QR 227–228 quare … alteratio[2]] quare est transmutatio habens subiectum ens in (*om.* W) actu et sic (est *add.* L) alteratio LW; quia est transmutatio habens subiectum ens in actu sic alteratio igitur QR 229 generabiles] materiales *praem.* QR; naturales LW 231 non … praecedente] ab eo non (*ante* ab L) distinguitur secundum essentiam LW 233 distinctio specifica] *ante* in (*l. 232*) LW ‖ nec] distincta *add.* LW; non BMN ‖ per] *om.* LQRW 234 erit[1] … omnibus] *om.* LW

209 Cf. supra, n. 12

42 Item isti dicunt quod forma procedens in esse per creationem est alia essentia ab eo in quo recipitur, ut anima intellectiva. Sed illud quod est eiusdem rationis in omnibus generabilibus et corruptibilibus, non facit differentiam specificam in eis. Talis materia; et forma non est aliud ab ea re; quare etc.

43 Sed contra: forma non habet quod sit alia essentia in comparatione ad materiam, quia est ab alio et alio agente, quia ut componit cum materia accidit sibi quod sit a tali vel tali agente; et ideo si aliqua forma est idem materiae, sequitur quod omnis forma est idem materiae, vel si aliqua non, quod omnis forma est alia.

44 Confirmatur, quia illud quod est terminus actionis agentis creati est etiam terminus actionis agentis increati, quia sicut Deus creat animam, ita potest creare formam ignis et etiam coagit igni in generatione ignis. Si igitur aliqua forma est aliud in essentia a materia, quia est terminus actionis Dei, cum quaelibet posset esse immediatus terminus suae actionis et de facto sit terminus eius, quia plus influit in terminum quam agens proximum, sequitur quod omnis forma est aliud essentialiter a materia et e converso materia a forma.

⌈OPINIO PROPRIA⌉

45 Quod concedo propter rationes et declarationes supra tactas; alioquin enim periret omnis generatio substantialis et corruptio in rebus. Auctoritates innumerabiles possunt adduci pro parte ista et Philosophi et Commentatoris et ipsius Avicennae, qui in 2. *Metaphysicae* ex intentione hoc probat, sed non curo.

⌈AD ARGUMENTA PRINCIPALIA⌉

46 Ad primum principale, cum arguitur quod materia nihil est, quia nec quid nec quale etc., respondeo quod Philosophus loquitur de his quae per se dividunt ens tamquam species et genera, non de principiis generum et specierum. Ideo sequitur quod materia non sit aliquod eorum quo ens determinatur. Sic etiam forma non est quid nec quale etc.

Deest E

236 forma] formaliter LW ‖ procedens] praecedens BML 237 sed] *om.* BMNP ‖ est] *om.* QR (*sed add. sup. lin.* Q) 238 facit] fecit BMNP 242 vel] a *add.* BMN 242–243 sequitur quod] *om.* QR 243 forma[1]] *om.* MNP ‖ non] sequitur *add.* QR 245 illud quod] omnis res quae QR 246–247 quia … ignis[2]] *om.* L 247 in … ignis[2]] in generatione QR; *om.* W 248 posset] possit BW; *om.* N 249 de … sit] est de facto BM NP 251 materia[2] … forma] *om.* LMW 252 propter … tactas] *om.* LW ‖ et declarationes] *om.* QR ‖ enim] *om.* LW 253 omnis] *om.* LW 253–255 auctoritates … probat] multae auctoritates Philosophi et Commentatoris et Avicennae qui in 2. Metaphysicae hoc probat ex intentione possent adduci pro ista parte W; multae auctoritates Philosophi Avicennae et Commentatoris possunt adduci ad hoc L 255 2] 3 BMNP 256 nihil … quia] est nihil quia BMNP; *om.* L ‖ nec quid] *om.* BMNP 257 respondeo] dico LRW 258–260 et[2] … etc.] *om.* L 258 specierum] et *add.* BMNP 259 quo] quibus QRW ‖ determinatur] est distinctum QRW

Aliter, quod non est aliquod eorum quo determinatur ens, quia determinatio 47
est a forma et actu formali; est tamen entitas aliqua determinabilis per formam et per actum.

Ad secundum, cum arguitur quod materia circumscripta forma tantum est in 48
anima et non intelligitur sic nisi secundum privationem secundum Commentatorem, respondeo quod non est mens Commentatoris quod materia circumscripta forma sit formaliter privatio et ita nihil positivum secundum se. Si vero esset sola privatio in anima, tunc anima esset susceptivum formae cuius est privatio; quod falsum est, cum privatio non sit nisi in apto nato. Sed intelligit quod circumscripta omni forma non habet esse naturaliter extra animam, sed solum in anima, sicut cognitum in cognoscente, et non tamquam aliquid consideratum secundum privationem cuiuscumque formae informantis. Et hoc verum est, sed ex hoc non sequitur, quin, cum extra animam subicitur formae, sit alia essentia positiva a forma. Sic enim abstrahendo formam a materia non habet esse naturaliter extra animam, sed solum in anima secundum privationem actualis informationis, et tamen ipsa informans materiam extra est aliud a materia.

Ad tertium, cum arguitur quod generatio non est motus, quia quod movetur 49
est, quod generatur non est etc., respondeo quod, sicut esse quantum est condicio concomitans scientiam in nobis, sed non necessaria ad scire, est tamen necessaria ad esse album, sic entitas actualis est condicio necessaria mobilis, licet forte non proxima eius condicio, quia aes, non inquantum aes, sed inquantum potentia statua, movetur (ex 3. *Physicorum*).

Tunc ad argumentum, quod illud esse quod affirmatur de subiecto motus, ne- 50
gatur ab eo quod subicitur generationi. Conceditur enim quod actualis entitas in effectu est condicio mobilis, sed a subiecto generationis negatur actualis entitas completa, quia non est necessaria a parte subiecti generationis.

Sed quando probas quod esse in potentia affirmatur de mobili, quia motus est 51
actus etc., igitur tale esse in potentia negatur a subiecto generationis, respondeo quod, quamvis sit in potentia secundum quid ad terminum motus, tamen illud esse

Deest E

264 arguitur quod] dicitur quod QR; dicitur LW 265–266 et … Commentatorem] etc. L 265 et] tamen BMNP 266 respondeo] dico LRW ‖ non … Commentatoris] Commentator non intelligit LW 267–269 et … nato] *om.* L 267–268 ita … privatio[1]] ita nihil positivum sed sola privatio W; *om.* QR (*sed add. in marg.* Q) 268 anima[2]] non (*post corr.*) Q; enim non W ‖ est] esset QR; *om.* MN (*sed add. in marg.* M) 269 nato] secundum se *add.* QRW ‖ intelligit] *om.* BMNP 270 naturaliter] essentialiter BMNP 271 non] ideo BR; *om.* NW 272 cuiuscumque] cuiuslibet LPW; alicuius QR 274 materia] forma *add.* QR 279 scientiam] scientem BMNP 283 quod[2]] confirmatur *add.* BP ‖ subiecto motus] mobili sub motu BMNP 285–286 actualis … generationis] *om.* L 285 actualis] realis QRW 286 completa] completiva MN 289 ad] aliquem *add.* LQ RW

281–282 Cf. Arist., *Phys.* 3, c. 1 (201a 27–34)

non affirmatur de eo, cum dicitur 'quod movetur est', sed esse simpliciter, licet cum illo stet potentialitas secundum quid, quae si non inesset, non moveretur. Et tale esse simpliciter et non esse in potentia negatur de materia.

[AD ARGUMENTA PRIMAE OPINIONIS]

52 Ad primum igitur primae opinionis, cum arguitur quod, si materia esset aliquid aliud a forma, aut esset actus purus aut potentia pura aut compositum ex utroque, respondeo quod est actus tantum de se, licet entitatem actualem ipsius concomitentur diversae relationes ad diversas formas.

53 Et quando obicis contra quod est potentia pura et non est actus, quia non est scibilis nisi per analogiam ad formam et actum (ex 1. *Physicorum*), respondeo quod Aristoteles loquitur ibi de materia in communi, ut est per se principium transmutationis naturalis. Tale autem principium commune est et principio materiali generationis simpliciter et alterationis, ubi subiectum est ens in actu. Quare igitur magis arguis ex dicto illo de subiecto generationis, quod nihil est vel pura potentia tantum, quam de subiecto alterationis? Numquid Aristoteles ante quintum librum de istis mutationibus distinxit vel de subiectis istorum? Patet manifeste intuenti processum quod non. Igitur si ex auctoritate Philosophi, qua dicit quod materia est scibilis per analogiam, vis concludere quod est tantum ens in potentia pura, oportet quod propter eandem causam dicas quod subiectum alterationis est ens in potentia pura, quia, ut subiectum est et in potentia ad terminum, non est scibilis nisi per analogiam ad actum qui est terminus motus, cum indifferenter in 1. *Physicorum* loquitur de subiecto transmutationis in generali.

54 Verumtamen aliter dico: cum arguis "si est aliquid, aut est actus purus aut potentia pura aut compositum ex utroque", respondeo quod, si actus accipitur ab agere vel a dando actum informative alteri, nec est actus nec potentia pura nec compositum ex utroque, sed materia est entitas quaedam informabilis ab actu qui

Deest E

290 non] *om.* LW ‖ simpliciter] similiter *add.* BNP 291 inesset] esset LQRW (*sed corr.* Q) 292 negatur] igitur *add.* BMNP 293 primae opinionis] *inv.* LQR 293–294 arguitur … forma] quaeritur LW 295 respondeo] dico LRW 296 relationes] rei communes rationes BMNP 297 obicis contra] arguitur LW ‖ actus] *om.* LW 298 ex … Physicorum] *om.* LW 302 arguis] arguit BMNP ‖ illo] illud BMNP ‖ nihil est] *inv.* BMNP ‖ pura] *om.* LW 303 numquid] numquam (enim *add.* L) LW 304 istorum] eorum LRW 304–305 manifeste] in antecedente MN; *om.* BLPW 305 auctoritate … qua] hoc quod LW ‖ qua] qui BP 306 est[1]] tantum *add.* LW ‖ vis] tantum *add.* QR ‖ concludere] excludere BMP ‖ ens in] in BMNP; *om.* L 307 causam] *om.* BMNP (*sed add. sup. lin.* P) 308 subiectum] in subiecto BMNP 308–309 est[1] … actum] *om.* B 308 et] *om.* QRW 309 cum] tamen BLMNP 309–310 in … loquitur] loquitur Philosophus L 310 Physicorum] *om.* BMNP 311 arguis] dicit LQRW 311–312 si … utroque] aut est actus purus si est aliquid aut potentia etc. W; aut est actus purus etc. L 312 potentia pura] aliqua potentia QR 313 actus] purus *add.* MN

est forma, quia forma non informat nihil, sed entitatem aliquam. Et si quaeras an sit entitas simplex, dico quod sic, quia non est composita ex re et re.

Et quando ultra arguis quod tunc potest intelligi sine relatione ad formam, respondeo quod refert loqui de materia ut est quaedam entitas absoluta et ut est principium compositi generandi. Philosophus autem loquitur de ea ut est principium, et sic cognoscitur in habitudine ad actum formalem; tamen conceptum eius respectivum praecedit conceptus absolutus. Et hoc dicit Augustinus verum esse de omni illo quod refertur, quod prius est aliquid ad se quam sit alterius (7. *De Trinitate* cap. 3). Unde certum est quod aes inquantum in potentia statua non cognoscitur nisi in analogia ad actum, et tamen in se habet conceptum absolutum. Sic hic. Verumtamen, quia intellectus noster non incipit nisi a sensibilibus, ideo in cognitionem formae non devenimus nisi per operationem eius. Sic enim multas formas separatas non cognoscimus nisi in analogia ad sensibilia, et tamen sunt aliquid absolutum in se. Materia autem nullius operationis est principium elicitivum; ideo non cognoscimus eam ita perfecte sicut formam. Tamen ex formis succedentibus, quae sunt aliarum operationum principia, concludimus quod illud quod ad eas habet analogiam, sicut receptivum ad receptibile, sit aliquid absolutum. 55

Ad secundum, cum arguitur quod, si esset entitas absoluta cognoscibilis de se, quod tunc posset esse aliquid inferius ea, quod falsum est, cum sit prope nihil secundum Augustinum, respondeo quod, si vis habere inter quodcumque aliquid et nihil unum medium inferius, sequitur quod idem erit aliquid et nihil vel ibitur in infinitum. Et ideo dico quod, quamvis sit entitas absoluta cognoscibilis de se ab intellectu potente cognoscere eam, non sequitur quod infra eam posset esse aliquid inferioris entitatis. Utrum tamen hoc sit possibile, non curo modo. 56

Ad Commentatorem, quod intentio sua est quod non habet naturam sensibilem nisi mediante forma; patet intuenti. 57

Deest E

316 est composita] componitur PW; componit BMN 317 ultra arguis] arguitur LW || relatione] et analogia *add.* LW || formam] cuius oppositum dicit Philosophus quod intelligitur in analogia ad formam *add.* QR 319–320 Philosophus … principium] *om.* W || principium] compositi generandi *add.* LQR 321 dicit] docet BMNP 322 quod[2] … alterius] *om.* L || quod[2]] quia BMNP 323 certum] *om.* LW 324 et] *om.* BM NP 325 sic] sicut QR 326–327 per … nisi] *om.* (*hom.*) L || sic … multas] si sic multas enim BP 329 ex] *om.* LQRW 331 receptibile] receptum BMNP 333 cum … quod] quia Q; *om.* LRW || cognoscibilis] cognitio substantialis BP 334 quod tunc] tunc RW; *om.* L || ea … est] eo BMNP || sit] tamen *add.* BMN 335 secundum Augustinum] *om.* LW 336 erit] est LQW; esset R 337 et] *om.* LQR 339 utrum … modo] *om.* L || possibile] vel non (*om.* R) *add.* QRW 340 sua] non *add.* QR

321–323 Cf. Aug., *De Trin.* 7, c. 1, n. 2 (CCL 50, 247–48; PL 42, 935) 333–335 Cf. supra, n. 12

58 Aliae duae obiectiones quae procedunt de ea, si esset potentia pura, non sunt contra me, quia concedo quod non est potentia pura, quia tunc nihil esset, sicut patebit in quaestione sequente.

[AD ARGUMENTA OPINIONIS SECUNDAE]

59 Ad primum argumentum opinionis secundae, quod figura nihil est ultra ceram, igitur nec forma substantialis ultra materiam, primo potest dici quod non est verum salva reverentia Lincolniensis, immo figura, cum sit quartae speciei qualitatis, est aliquod ens positivum. Et hoc expresse dicit Commentator super 8. *Metaphysicae* comm. ultimo: "anima", dicit ipse, "sic se habet ad corpus sicut figura ad cuprum et albedo ad superficiem; omnia enim sunt perfectiones et formae subiecti". Si igitur figura, sicut anima et albedo, est perfectio et forma subiecti, est aliquid positivum aliud a subiecto, cum nihil nullius sit perfectio et forma.

60 Item dato quod figura, quae est actus secundum quid tantum praesupponens subiectum in actu perfecto, non esset entitas absoluta alia a subiecto, scilicet cera, sed tantum ultra absolutum subiectum diceret habitudinem partium inter se, non sequitur ex hoc quod forma substantialis, quae est actus simpliciter, nihil absolutum esset ultra materiam, immo magis oppositum sequitur. Sed similitudo tenet quantum ad hoc quod, sicut cera recipit figuram, qua dicitur tale compositum secundum quid, scilicet figuratum, ita materia recipit formam substantialem, qua totum compositum est in actu simpliciter.

61 Ad secundum de Commentatore, quod illud idem quod est in potentia, postea est in actu et non largitur multitudinem etc., respondeo quod Commentator accipit ibi potentiam obiective, non subiective, pro materia. Et ideo nihil ad propositum tuum, sicut in alia quaestione amplius declaratur.

62 Et quando ultra dicit quod anima et corpus sunt unum et prima materia et forma sunt unum, respondeo quod verum est accipiendo li 'sunt' pro facere vel causare, quia faciunt unum compositum, non tamen sunt una essentia inter se,

---

Deest E

---

342 de ea] *om.* LW 343 sicut] ut LRW 345 opinionis secundae] *inv.* LQW 347 salva … Lincolniensis] *ante* quod (*l. 346*) BMNP 349 dicit ipse] *om.* LW 350 et[1]] aut LQW; ad R ‖ omnia] omnes LQRW 351–352 si … subiecti] et per consequens figura L ‖ et[2] … subiecti] subiecti et forma BP 352 nihil] materia LW 355 subiecto scilicet] *om.* LW 358–361 sed … simpliciter] *om.* L 359 recipit] respicit QRW 360 scilicet … materia] scilicet figuratum in materia MN; ita figuratum B ‖ recipit] respicit QRW 362 Commentatore] cum dicitur *add.* BMNP 363 respondeo] dico LRW 367 respondeo] dico LRW ‖ li] *om.* BMNP 368–369 non … est] *om.* L

---

344 Cf. infra, d. 12, q. 2, nn. 37–38 348–351 Averr., *In Metaph.* 8, comm. 16 (ed. Iuntina, 8:225E) 365 Cf. infra, d. 12, q. 2, n. 38

quia tunc corrupto corpore corrumperetur anima; quod falsum est. Sed vult hoc, quod corpus et anima primo sunt unum in potentia et postea unum in actu accipiendo potentiam pro eo quod transmutatur in actum et fit actus, non pro potentia subiective, quae est altera pars compositi.

Ad ultimum dico quod Augustinus accipit accidens transsumptive, non proprie, extendendo nomen accidentis ad omne illud quod cum transmutatione rei cui advenit amitti potest. Et aliter, quod omne amissibile quod amitti potest primo salva entitate rei simpliciter in esse simpliciter †cuius erat accidens tale non est forma aliqua† Et sic loquendo de accidente gradus iste quem ponis per transmutationem advenire materiae absolutae, erit accidens, sicut gradus dimensionis terminatae adveniens dimensioni interminatae accidens est, pro eo quod hic et ille gradus cum transmutatione rei cui advenit amitti potest. Et ideo dictum Augustini nihil facit pro eis. 63

Deest E

369 corrumperetur] et *add.* BMP 369–370 hoc quod] *inv.* LQRW 371 actum] actu BL MNP 373 dico] *om.* QRW 374–375 transmutatione … cui] alicui BMNP 375 amitti potest[1]] admitti potest LMW (*sed corr.* L); admittitur B 376 simpliciter[1]] *om.* LW ‖ in … simpliciter[2]] *om.* R 376–377 cuius … aliqua] *verba obscura*; cuius extra absolutum est iterum est forma aliqua M; est (*corr.*) extra (essentiam eius et *in marg.*) accidens est tale non est forma (substantialis *add. sup. lin.*) aliqua P; cuius essentia absolutum et certum est quod forma aliqualis Q; cuius essentia absolutum est et certum est aliqua forma et sic simpliciter cuius erat absolutum et certum est aliqua forma R; cuius erat absolutum certum est forma aliqualis W; cuius erat absolutum L 377 et sic] *om.* QR ‖ iste] ille PQRW 378 absolutae] subtractae BMNP; abstractae QR ‖ erit] per *add.* BMNPQ 379 accidens] actionis BM NP (*sed corr.* P)

⌈Quaestio 2:
Utrum Deus possit facere materiam per se absque omni forma realiter differente a materia⌉

1 Secundo quaeritur utrum Deus possit facere materiam per se absque omni forma realiter differente a materia.

2 Quod non:

1. Quia si sic, necesse esset dicere quod materia secundum se aliquam entitatem actualem diceret, quia si esset pura potentia, sibi per se repugnaret esse. Sed actualitatem nullam habet, quia si sic, cum ex duobus in actu numquam fiat unum secundum Philosophum 7. *Metaphysicae*, tunc ex materia et forma non fieret aliquod unum per se; cuius oppositum dicit Philosophus in eodem 7. Igitur est tantum potentia, cui ex se solum repugnat esse.

3 Si dicas quod, licet materia sit entitas quaedam actualis, est tamen in potentia ad formam, et ideo ex eis potest fieri unum per se, contra: ita subiectum respectu accidentis diceretur esse in actu imperfecto et potentiale respectu accidentis; igitur ex ipso et accidente fieret unum per se, quod est contra Philosophum 5. *Metaphysicae*.

4 2. Item impossibile est aliquid esse in effectu sine formali actu essendi, quia detur oppositum; sequitur contradictio quod idem simul esset et non esset. Si igitur materia fieret in effectu, haberet formalem actum essendi; sed esse exsistentiae est aliud re ab eo cuius est sive ab essentia; igitur quomodocumque sit materia, non potest esse sine actu formali realiter differente.

5 Assumptum patet per Richardum 9. *De Trinitate* cap. 19: "in rebus materialibus et aeternis aliud est esse et illud quod est". Et commentator super Boethii *De Trinitate*: "esse et illud quod eo est nullo prorsus conveniunt genere".

Deest E

---

1 secundo quaeritur] *om.* LQR ‖ possit] posset LNP (*sed corr.* N); potest M ‖ materiam] esse *add.* LW 7 secundum Philosophum] *om.* LW 8 in … 7] 7 QR; ibidem L 10 si dicas] diceres LW 11–12 respectu[1]] *om.* LW 15 aliquid esse] aliquid fore QR; quod aliquid sit L ‖ actu] et principio *add.* QR; principio LW 15–16 quia … quod] aliter LW 16 oppositum] quod sic QR ‖ idem] *om.* BMNP ‖ esset[1] … esset[2]] est et non est QR 17–18 haberet … exsistentiae] *om.* BMNP ‖ sed … essentia] *om.* L 18 quomodocumque sit] *om.* L ‖ quomodocumque] quandocumque RW; quocumque N ‖ sit] fit MN 20–22 in … genere] *om.* L 22 et] *om.* MN ‖ nullo] nec MQ RW; *om.* B ‖ prorsus] autem *add.* MN

6–7 Cf. Arist., *Metaph.* 7, c. 13 (1039a 4–5); *Auct. Arist.*, n. 186 (ed. Hamesse, 130) 8 Cf. Arist., *Metaph.* 7, c. 8 (1033b 16–19) 13–14 Cf. ibid. 5, c. 6 (1015b 17–23) 20–21 Cf. Rich. de S. Victore, *De Trin.* 4, c. 19 (ed. Ribaillier, 183; PL 196, 942D) 21–22 Gilb. Porr., *In Boethii De Trin.* (ed. Häring, 92; PL 64, 1270D)

3. Item si ex hoc, quod materia est entitas absoluta alia a forma, posset per se 6
esse sine forma, eadem ratione omne ens absolutum posset separari in esse ab
alio absoluto. Consequens falsum, igitur et antecedens. Non enim potest motus
esse sine mobili, quia si motus est, aliquid eo movetur; sed quod aliquid movetur
et tamen quod non sit aliquid mobile, contradictionem includit.

Ad oppositum: 7

Magis dependet accidens a substantia in esse quam materia a forma; sed Deus
potest facere accidens sine substantia et facit (patet in sacramento altaris); quare
etc.

⌈SOLUTIO

OPINIO THOMAE⌉

Ad istam quaestionem dicunt aliqui sic, et probabiliter multum, quod materiam 8
esse sine forma in effectu contradictionem includit super quam verificandam nulla
potentia potest.

Probatio assumpti: 9

1. Quia omne quod est in effectu extra animam, actus est vel aliquem actum in
se habet; sed materia de se est pura potentia nullam actualitatem includens de
se; ponere igitur materiam esse in effectu sine omni forma est ponere eam esse
actum et non esse actum vel habere actum informatione et non habere actum. Et
ista est ratio Commentatoris super 2. *Physicorum* comm. 12, ubi dicit: "forma
non separatur a materia secundum esse nec materia umquam denudatur a forma,
quia aliter, quod non esset in actu, esset in actu".

2. Item dicit Avicenna 5. *Metaphysicae* cap. 5: "materia est quiddam quod non 10
habet esse per se ullo modo, nec est in effectu nisi per formam; forma vero
quiddam aliud est ab ea".

Istae auctoritates removent omnem actualitatem a materia; et ideo contradic- 11
tionem includit hoc posito ipsam esse per se, cum omne quod est actualitatem
habeat.

Deest E

---

23 si] *om.* BN 23–24 per … forma] esse per se sine forma MNP; sine forma per se esse L; esse per se alia a forma seu sine forma B 24 posset] possit BPQ 25–26 motus esse] *inv.* BMNP 27 aliquid] aliquod QR; *om.* LW 29 substantia … esse] subiecto BMNP 30 potest … patet] facit accidens sine substantia LW 32 aliqui] opinio Thomae *annot. in marg.* MQ 36 omne] illud *add.* BMNP ‖ animam] *om.* BP 39 actum[1]] actu BMNP ‖ actum[2]] actu BMNP 43 quiddam] quoddam BMNP 45 quiddam] quoddam BP; quidem M 46 ideo] ita BMNP 47 hoc posito] haec positio QR, ponens *add. in marg.* Q; *om.* LW 47–48 cum … habeat] *om.* L 47 est] actu *add.* BP

32–34 Cf. Th. Aq., *Summa theol.* I, q. 66, a. 1 (ed. Leonina, 5:154b); *Quodl.* 3, q. 1, a. 1 (ed. Leonina, 25:241–42) 40–42 Cf. Averr., *In Phys.* 2, comm. 12 (ed. Iuntina, 4:52F–G) 43–45 Avic., *Prima phil.* 5, c. 5 (ed. Van Riet, 268)

12 3. Item commentator super quartam propositionem *De articulis fidei* arguit contradictionem sic: si materia in actu est, discreta est et differt; si igitur est sine forma, iam habet formam.

13 4. Item Hugo *De sacramentis* lib. 1 parte 1 cap. 4 dicit quod materia nullo modo potest fieri sine forma.

14 In hoc igitur conveniunt theologi et philosophi, quod materia eo quod nullum esse vel actualitatem de se dicat, ut ideo omne esse sit a forma secundum Boethium *De Trinitate*, quod contradictionem includit ipsam esse sine forma, quia tunc esset actus et non actus.

15 5. Item ad idem arguitur ratione sic: quanto aliquorum duorum unio est maior, essentialior et verior, tanto eorum separatio in esse est difficilior et impossibilior (haec maior de se est manifesta, quia de per se ratione unius est indivisio, et ideo quorum unitas est maior et verior, eorum est verior indivisio et per consequens difficilior separatio); sed ex materia et forma substantiali fit unum per se et magis unum quam ex subiecto et accidente suo, et hoc propter essentialem ordinem materiae ad formam, qui non est subiecti ad accidens, sed accidentalis; igitur maior est indivisio materiae a forma in esse quam cuiuscumque subiecti a suo accidente. Sed subiectum non potest separari in esse ab accidente quocumque, quia non est homo sine risibilitate nec triangulus sine tribus aequalibus duobus rectis nec corpus sine figura nec linea sine puncto qui terminat lineam sicut forma materiam. Quare multo minus materia potest esse in effectu sine omni forma. Assumptum patet de corpore et figura, quia si esset sine determinata figura, esset corpus actu infinitum, sicut si linea esset sine puncto, esset actu infinita. Item hoc etiam expresse dicit Algazel 1. *Metaphysicae* cap. 4: “sicut non potest imaginari hyle habere esse sine forma, sic nec corpus sine figura”.

16 6. Item quamvis Deus in genere causae efficientis possit facere immediate quod potest mediante causa secunda, tamen in genere causae formalis non, quia li-

Deest E

50 discreta est] distincta est QRW; *om.* L 52 lib. … 4] *om.* LW ‖ lib. 1] *om.* BMNP ‖ 1²] *om.* BMP 56 ipsam] materiam LW 57 actus²] esset LW 58 arguitur] pura *add.* QRW; una *add.* L 60 de¹ … manifesta] patet de se LW 60–62 et … separatio] *om.* L 61 maior … verior¹] verior et maior BP ‖ indivisio] divisio BMP (*sed corr.* P) 64 qui] quae BLMNP 67–68 aequalibus … rectis] etc. W; *om.* L 68 qui … lineam] lineam terminante LW 69 multo] necessario QR 70 si] corpus *add.* LW 71 sicut … infinita] et similiter linea L ‖ esset¹] *om.* BMNP ‖ infinita] infinitum BMNP 71–72 item … dicit] item hoc expresse dicit BP; hoc etiam expresse dicit W; et hoc expresse L 72 cap.] comm. MN; *om.* L 74 possit] per se *add.* BNP 75 potest] facere *add.* QR 75–78 licet … quia] esse efficiens alicuius est perfectionis sed L

49–51 Incertum, ad quem commentatorem spectet 52–53 Cf. Hugo de S. Victore, *De sacr.* 1, pars 1, c. 4 (ed. Berndt, 39; PL 176, 189C–D) 55–56 Cf. Boeth., *De Trin.*, c. 2 (ed. Peiper, 152; PL 64, 1250) 72–73 Cf. Algazel, *Metaph.*, pars 1, tr. 1, div. 1, c. 3 (ed. Muckle, 17)

cet posset esse immediatum efficiens cuiuslibet effectus, cum hoc sit perfectionis simpliciter sine imperfectione, non tamen potest esse causa formalis alicuius alterius, quia informare aliud imperfectionem importat cum tamen aliqua perfectione. Sed forma, quamvis non sit causa formalis essentiae materiae, quia tunc essent unum in essentia, tamen est causa formalis esse materiae, cum materia non habeat esse nisi per informationem formae. Igitur Deus absque forma informante non potest facere materiam esse.

7. Item per se proprietas unius potentiae non potest communicari potentiae alterius rationis, nisi ipsa mutetur in natura sua, sicut proprietas videndi non potest communicari auditui, nisi auditus mutetur et fiat visus. Sed proprietas formae est quod sit actus et quod ipsam consequitur esse vel sit ipsum esse. Igitur hoc non potest aliquo modo communicari materiae, quae est principium alterius rationis, nisi materia mutetur in sua natura et fiat forma. Contradictio igitur est quod materia exsistens materia per se sit et actum habeat. 17

8. Item pro opinione Thomae arguitur sic: omnis actus participans actualitatem actus simpliciter primi est minoris actualitatis secundum se quam sit actualitas actus simpliciter primi, quia ex hoc ipso, quod participat, partem illius actualitatis capit et non totam; igitur omne potentiale participans potentialitatem primae potentiae sive primi potentialis habet minorem potentialitatem, eo quod participat et partem capit, quam sit potentialitas primae potentiae sive primi potentialis. Antecedens patet ex vi participationis et consequentia ex vi similis habitudinis actus ad actum et potentiae ad potentiam. Sed in genere potentiarum passivarum materia est primum potentiale sicut Deus primum actuale sive primus actus, quia est illud quo res potest esse et non esse primo, cuius potentia non reducitur ad priorem et omnis alia potentialitas ad ipsam reducitur. Igitur omne potentiale aliud est minoris potentialitatis quam sit potentialitas materiae. Sed aliquod potentiale, ut generabile manens generabile, et potentia quae est differentia entis opposita actui manens talis potentia sunt talia. Quibus ratione potentialitatis remanentis est esse seu actus quicumque impossibilis, quia repugnantiam intellectus includit quod generabile manens huiusmodi genitum sit; aliter simul haberet esse actu et non haberet. Igitur cum materia sit maioris potentialitatis et per consequens minoris actualitatis, incompossibile est quod materia se sola habeat esse; aliter, 18

Deest E

76 posset] possit BQR; potest M 79–81 quamvis … habeat] non est formalis L 79–80 quamvis … materiae] est causa formalis esse materiae quamvis non sit formalis causa essentiae materiae W 80 esse] *om.* MN 81 forma] causa BMNP 82 esse] *om.* LW 91 actus … primi] actus simpliciter qui P; actus simpliciter QR; primi L 93 capit] partem *add.* BMNP 94–95 eo … capit] *om.* L 94 participat] participatur BMNP 97 passivarum] sive possibilium passive *add.* QRW 101 potentialitas materiae] primae *add.* W; materia prima L 103 quibus] cui LQRW 105 huiusmodi] generabile LW 107 incompossibile] impossibile BLPW (*sed corr.* W)

quod non esset actu, actu esset, sicut deducit Commentator super 1. *Physicorum* comm. 12.

19 Respondeo quod generabile est maioris potentialitatis quam materia quae est alterum principium, quia includit materiae potentialitatem et illam quae est differentia entis opposita actui.

20 Aliter quod, sicut generabile potest esse in effectu sine omni forma diversa in essentia, quamvis non sine intentione actus transmutante intentionem potentiae, ita nec materia sine intentione actus; tamen sicut generabile et genitum esse non sunt duo diversa essentialiter, quia potentia non largitur multitudinem cum actu, ita nec materia et esse eius.

21 Item, quod potentia materiae sit prima et participetur ab omni alia, Commentator super 9. *Metaphysicae* comm. 2. Vide.

⌈OPINIO SECUNDA⌉

22 Alia est opinio concordans in parte huic, scilicet quod materia sine omni formali inhaerente et informante non potest esse, potest tamen esse sine forma substantiali; sed tunc oportet ponere esse actualis exsistentiae in materia tamquam formam accidentalem in subiecto.

⌈CONTRA OPINIONEM THOMAE⌉

23 Contra primam opinionem, quamvis sit probabilis, arguo sic: quandocumque aliqua duo sic se habent quod absolute differunt et unum eorum est prius alio natura et origine, illud prius potest esse sine posteriori absque contradictione et repugnantia intellectus. Patet de substantia respectu accidentis cuiuscumque absolute diversi, quia sicut Deus separat accidens ab omni substantia, ita multo magis e converso posset substantiam separare ab omni accidente absoluto. Patet etiam de sono et cantu etc. Sed Augustinus 1. *Super Genesim ad litteram* post medium bene dicit quod informitas materiae praecessit suam formationem

Deest E

108 quod … actu[1]] non esset actu et BMNP ‖ actu esset] *inv.* LMRW 108–109 sicut … 12] *om.* L 108 super] *om.* QRW 111 materiae potentialitatem] *inv.* BMNP 114 transmutante] trans[te] BLMNPQ; transeunte W ‖ intentionem] intentione BMNP QW 115 ita nec] ita P; in BMN 118 participetur] participatur BMNP 119 comm. 2] comm. L; Commentator (*om.* P) d BMNP; *om.* W ‖ vide] *om.* LRW 128–129 ita … converso] multo magis LW 129 substantiam separare] substantia separari QR 129–130 patet … etc.] *om.* LW 130 Augustinus] secundum Augustinum LQRW ‖ 1] *om.* BLR 131 bene … quod] *om.* LW ‖ informitas] informalitas BMNPQ (*corr. ex* informatas P)

108–109 Cf. Averr., *In Phys.* 2, comm. 12 (ed. Iuntina, 4:52F–G) 118–119 Cf. Averr., *In Metaph.* 9, comm. 2 (ed. Iuntina, 8:227C–D) 130–132 Cf. Aug., *De Gen. ad litt.* 1, c. 15 (CSEL 28.1, 21–22; PL 34, 257)

origine. Cum igitur materia absolute differat a forma et origine praecedat, absque contradictione poterit esse sine forma. Deus autem potest facere omne quod contradictionem non includit. Igitur etc.

Sed diceres forte quod maior vera est, ubi utrumque absolutorum aliquam entitatem actualem importat; materia autem nullam actualitatem habet de se, sed est de se pura potentia formaliter loquendo nullam actualitatem includens. Verum est tunc quod assumitur de actu et potentia quae opponuntur ut differentiae entis, non de potentia subiectiva et actu informante, quia non opponuntur ad invicem (patet). 24

Contra: quandocumque aliquid est de per se et prima ratione alicuius rei, manente natura talis rei oppositum illius non potest illi inesse per se nec per aliud; exemplum de rationalitate et irrationalitate respectu hominis. Si igitur secundum te materia in sui prima ratione includit potentialitatem puram, immo est ipsa potentialitas pura, impossibile est quod manente natura materiae sibi conveniat actus essendi per se vel per aliud. 25

Sed dices quod maior est vera sub hoc intellectu quod actus sit de eius ratione sicut est potentialitas; aliter tamen potest sibi convenire sicut accidens subiecto. 26

Contra: quod nullo modo possit sibi convenire stante natura sua, probo, quia si caliditas in actu esset de per se ratione ignis, frigiditas in actu non posset igni inesse nec formaliter nec sicut accidens subiecto propter repugnantiam calidi et frigidi circa idem. Igitur si materia esset pura potentia, actus non posset ei inesse nec formaliter nec subiective propter repugnantiam actus et potentiae circa idem. Haec ratio procedit contra illos qui ponunt actum et potentiam contrariari et repugnare, sicut ponit opinio praecedens. Haec ratio bona contra ponentes actum et potentiam quocumque modo esse opposita et dividere ens; et ideo potentia animae est accidens, quia actus. 27

Item si haec sit bona ratio secundum te quare quantitas potest separari a substantia et substantia ab accidente, quia sunt absolute diversa et utrumque aliquid actualitatis importat, tunc cum secundum te esse actualis exsistentiae sit aliud a substantia cuius est et actum dicit, potest esse fieri sine essentia et e converso essentia sine esse, cum essentia hominis vel lapidis aliquam actualitatem dicat et 28

Deest E

132–133 absque … forma] potest esse sine omni (*om.* L) forma absque contradictione LW 133–134 Deus … includit] *om.* L 133 facere] *om.* QR 135 vera est] *inv.* LRW 138 tunc … assumitur] *om.* QR; etiam LW ‖ potentia] materia QR 140 patet] *om.* LW 141 per … prima] prima et per se QRW 144 prima] *om.* QR 145 natura materiae] natura QR; materia L 148 est] *om.* LW 149 nullo … convenire] possit nullo modo convenire sibi B; nullo modo sibi possit convenire W; nullo modo potest sibi convenire MR; nullo modo sibi conveniat L 150–151 in^{2} … inesse] igni non posset competere L 150 posset] possit BN; potest M 151 accidens] in *add.* QR 154 illos … ponunt] ponentes LW 155–157 sicut … actus] *om.* L 155 haec ratio] haec est (*sup. lin.* Q) ratio QR; est etiam W 162 vel lapidis] *om.* LW

non sit pura potentia sicut materia, cum includit in se materiam et formam, quae est actus in istis compositis.

29 Item arguo contra opinionem praecedentem, sicut alii arguunt supra sexto argumento, quia quod Deus potest facere in genere causae efficientis mediante causa secunda, potest facere immediate per se; sed Deus mediante forma, quae se habet ad materiam in ratione causae effectivae quantum ad actum essendi, potest facere materiam esse in effectu; igitur hoc potest facere immediate per se sine forma. Probatio maioris est, quia contrarium damnatur tamquam erroneum. Minor probatur, quia forma communicat esse materiae non formaliter, quod forma vel aliquid derelictum a forma sit formaliter ipsa materia, quia secundum Avicennam 6. *Metaphysicae* cap. 1 forma non est causa formalis nisi compositi ex ea et materia, et non est causa formalis materiae, quia cum sit intrinseca causa, corrumperetur materia ad corruptionem formae; ideo dicit ibidem quod forma est materiae quasi principium effectivum. Et hoc verum est quantum ad esse quod communicatur materiae per formam. Igitur sine forma poterit effici a Deo.

30 Item quanto aliquid magis remotum est a per se subsistente, cuiusmodi est substantia, tanto minus poterit per se esse sine alio, cui innitendo habeat esse. Sed universaliter omne accidens est huiusmodi respectu materiae, quia materia est pars substantiae compositae et fulcimentum et fundamentum totius naturae, cui actio totius naturae innititur. Igitur magis competit sibi per se exsistere, quod est proprietas substantiae, quam cuicumque accidenti. Unde certus sum quod, nisi esset fides, quod illi qui negant materiam posse per se esse, negarent hoc de accidente.

⌈CONTRA OPINIONEM SECUNDAM⌉

31 Item contra opinionem secundam pono rationem, quia sicut secundum Philosophum 7. *Metaphysicae* accidens non est ens nisi quia taliter entis, sic non dat esse simpliciter, sed taliter esse. Cum igitur tale esse, quale dat accidens, praesupponit esse simpliciter, si materia aliquod esse habet per accidens sibi additum, necesse est quod prius habeat esse substantiale sibi proprium, quamvis illud sit diminutum respectu esse compositi substantialis vel formae.

Deest E

---

163 sicut … cum] cum tamen non R; sicut materia non Q ‖ sicut] cum *add.* BP 163–164 cum … compositis] *om.* L 166 quia] sic LW; *om.* Q 167 immediate] *om.* QR 168 ad materiam] *om.* LW 169 facere[2]] *om.* LW 171 quod] *post corr.* W; ita quod L; quia BNP 173 1] 2 BLMNPW 175 est] erit QR 181 et fundamentum] *om.* LW 186 pono rationem] arguo sic LW 188 tale] taliter QR; *om.* L

165–167 Cf. supra, n. 16 170–171 Cf. *Chart. Univ. Par.*, n. 473 (ed. Denifle-Chatelain, 1:547) 173–176 Cf. Avic., *Prima phil.* 6, c. 1 (ed. Van Riet, 294) 186–187 Cf. Arist., *Metaph.* 7, c. 1 (1028a 18–20)

Item arguo universaliter quod esse actualis exsistentiae, quo substantia simpliciter est, non sit aliquod accidens realiter differens et alterius generis a substantia, quia quandocumque aliquid convenit alicui per essentiam et alii per participationem, illud verius et principalius convenit illi cui convenit per essentiam quam illi cui convenit per participationem. Exemplum: extensio actualis convenit quantitati continuae per essentiam et substantiae per quantitatem, ideo verius quantitati quam substantiae. Si igitur homini convenit esse in effectu formaliter per aliquod accidens realiter additum, illud accidens esset formaliter et essentialiter ipsum esse, ne procederetur in infinitum, et substantia esset participatione illius. Et ita esse verius et principalius conveniret accidenti, quia per essentiam, quam substantiae, quia per participationem illius; quod ego reputo contra omnem philosophiam, tum quia accidens non est ens nisi quia taliter entis (ex 7. *Metaphysicae*), tum quia secundum Philosophum 4. *Metaphysicae* 'homo' et 'ens homo' et 'unus homo' idem significant et non diversificantur neque in generatione neque in corruptione. Patet quod loquitur de esse actualis exsistentiae, quod terminat generationem et quod amittitur per corruptionem. 32

Item quod materia possit per se esse, quia est essentia absolute alia a forma et absolute distincta; igitur distincte participat esse entis primi; sed omne tale habet aliquod esse in se; igitur aliquod esse habet materia praeter esse quod habet a forma, et secundum illud potest per se poni a Deo. 33

Si dicatur quod participat esse primi mediante forma, contra: non est essentia mediante essentia formae, sed distincta essentia; igitur non participat essentiam primam mediante essentia formae, sed immediate et prius origine quam forma. 34

Item quod habet esse subiectivum potest esse; sed materia habet suum proprium subiectivum esse praeter illud quod habet a forma. Probatur, quia secundum omne esse quod habet a forma est transmutabilis ab opposito in oppositum; sed tamen hoc non obstante subiective manet in effectu sub oppositis terminis; igitur aliquod esse subiectivum habet in effectu praeter esse quod habet a forma. 35

Item si non, tunc de se esset pura potentia; consequens falsum. Probo secundum demonstrationem Anselmi *De casu diaboli*, qui probat quod mundus, ante- 36

Deest E

192–207 item … corruptionem] *post l. 227* LW 195 illi[2]] *post corr.* M; illud BNP; *om.* LW 197 per essentiam] *om.* MQRW 204 secundum … Metaphysicae] 4. Metaphysicae (*om.* L) *post* corruptione (*l. 205*) LW 205 in[2]] *om.* LQR 206 patet … loquitur] loquitur ut (*om.* Q) patet QR; patet BMNP 208 quod … quia] materia LW 208–209 absolute … distincta] absoluta et (absoluta et *om.* L) absolute distincta a forma LW 211 illud] esse *add.* QR 212 non] materia *praem.* LW 213 essentia[2]] secundum Commentatorem 1. Caeli et mundi comm. 91 in principio *add.* QR 214 primam] primi QR 215–216 potest … esse] *om.* LQRW 216 illud] esse LQRW 218 tamen hoc] *inv.* BMNP 220 probo] *om.* LW

203 Cf. Arist., *Metaph.* 7, c. 1 (1028a 18–20) 204–205 Cf. ibid. 4, c. 2 (1003b 26–27); *Auct. Arist.*, n. 91 (ed. Hamesse, 122) 221–226 Ans. Cant., *De casu diab.*, c. 12 (ed. Schmitt, 1:253; PL 158, 342C–D)

quam fieret, non habuit potentiam propriam qua esset possibilis, sed facientis tantum, quia si sic, cum omnis potentia pura fundetur in aliquo actu, illa potentia aut esset in Deo, quod nefas est dicere, aut in aliquo alio a Deo; si hoc, igitur ante factionem mundi esset aliquid in actu aliud a Deo, quod fundaret potentiam illam, et ita mundus ante mundum. Sic in proposito, et ita materia ante materiam et aliquid in actu fundaret illam potentiam puram.

⌈OPINIO PROPRIA⌉

37 Ad quaestionem dico igitur aliter, quod ubi est quaestio de potentia Dei absoluta, an possit hoc vel illud facere, numquam negabo potentiam Dei, nisi ubi contradictio manifesta includitur; et quia nullam video contradictionem ex hoc quod materia ponitur per se conservari absque omni forma realiter differente, ideo dico quod Deus hoc potest. Ut tamen pateat veritas quaestionis magis et solutio argumentorum in contrarium, excludo primo unum falsum conceptum, quem aliqui tenentes contrarium sibi fingunt de materia dicentes ipsam esse puram potentiam. Circa quod sciendum quod potentia, quantum ad propositum sufficit, tripliciter potest accipi: uno modo pro natura quadam absoluta, quae per transmutationem agentis nata est in se actum recipere; alio modo accipitur potentia pro ipsa receptibilitate, quae in tali natura absoluta fundatur in ordine ad illud quod natum est recipi in illa natura absoluta; et tertio modo accipitur pro potentia obiectiva, quae est terminus potentiae activae et per transmutationem agentis fit actus et terminat actionem agentis. Materia quae est subiectum generationis dicitur potentia primo modo, quia est absoluta natura positiva, quae cum forma in termino generationis facit compositum absolutum; secundo modo dicitur potentia ipse respectus determinatus materiae ad determinatam formam; et tertio modo dicitur potentia ipsum compositum vel magis ipsa forma, ut est in potentia materiae, quae postea fit forma in actu et est terminus potentiae activae. Et illa est potentia quae est differentia entis opposita actui, non autem potentia subiectiva primo modo.

38 Probatio istorum membrorum per philosophiam, et primo quod materia dicat naturam substantialem absolutam cui accidit potentialitas secundo modo. Com-

Deest E

223 fundetur] fundatur BMNP ‖ aliquo] in *add.* BMP 224–225 si … Deo] *om.* (*hom.*) N 224 si … igitur] si igitur hoc PQR (*sed corr.* P); si hoc B; et tunc LW 226 mundus] esset *add. sup. lin.* P; esset LW 226–227 sic … puram] *om.* L 227 puram] cogita *add.* BMNP 228 quod] quia BNP 233 primo] *om.* BMNP 233–234 conceptum … ipsam] quod aliqui dicunt materiam L 234 sibi fingunt] *inv.* BMNP 238 receptibilitate] *post corr.* M; recipiente BL 241 materia] autem *add.* BMNP 245 ipsum … magis] ipsum compositum vel R; vel forma in potentia vel magis ipsum compositum vel (*in marg.*) Q, *sed* vel forma … magis *del.*; vel magis ipsum (*om.* W) compositum LW 246 postea] post PR; prius BMN (*sed corr. in* post BM) 249 quod] autem *add.* MN 250 substantialem] *post* absolutam BMNP; *om.* L

250–259 Averr., *In Phys.* 1, comm. 70 (ed. Iuntina, 4:41E–F)

mentator super 1. *Physicorum* comm. 70 loquens de materia dicit sic: "accidit substantiae eius ut sit in potentia omnes formae, non quod potentia eius sit in substantia eius, ita quod sit pars definitionis, quoniam si potentia esset in substantia eius, tunc esse eius destrueretur ablatione potentiae per praesentiam formae in actu ad quam habebat potentiam ut reciperet. Et universaliter, si potentia esset in substantia eius, tunc substantia eius corrumperetur apud generationem et esset in praedicamento ad aliquid, non in praedicamento substantiae. Ex his igitur patet quod illud subiectum est substantia, non potentia neque privatio; pars enim substantiae est substantia". Ecce quam expresse distinguit Commentator materiam absolutam ab ipso respectu ad formam et dicit illa esse diversa et quod materia in natura et definitione nullum respectum includit, ita quod materia est subiectum et respectus est aptitudo subiecti ad formam. Sed si esset pura potentialitas, ut alii dicunt, tunc tantum esset ordo sive respectus ad actum. Habemus igitur duas potentias, unam subiectivam et absolutam naturam et aliam quae tantum dicit ordinem ad actum. Tertia est potentia quae fit actus et illa est forma in potentia materiae. De qua potentia loquitur Commentator super 8. *Metaphysicae* comm. paenultimo dicens: "est igitur aliquod unum quod primo est in potentia et post transfertur de potentia in actum; translatio enim eius non largitur ei multitudinem, sed perfectionem in esse et in toto". Haec ille. Et ista potentia quae fit actus est terminus potentiae activae transmutabilis in actum et est pura potentia de se, priusquam per actionem agentis fit in actu. Et si materia isto modo esset in potentia, esset simpliciter non ens. Et hoc modo imaginantur alii quod materia sit in potentia, et male, nec videntur aliquo modo salvare intentionem Philosophi, tum quia tale ens in pura potentia non est subiectum transmutationis, sed terminus, ut dixi, materia autem ponitur subiectum (5. *Physicorum*), tum quia talis potentia numeratur secundum numerum actuum (ex 3. *Physicorum*) et differunt potentiae sicut actus (si numero, numero, et si specie, specie), sed materia una est respectu formarum oppositarum. Materia igitur est actu substantia et in potentia primo modo, scilicet subiective, quamvis formaliter sit in potentia ipso respectu qui

Deest E

254 eius tunc] eiusdem BMNP ‖ potentiae] et *add.* BMNP 255 potentia] eius *add.* QR 257 igitur] *om.* LRW 260–263 et[1] … actum] *om.* L 263 tantum] *om.* QR 264 unam … et[1]] unam subiectivam id est QR; *om.* L 267 paenultimo] *seq. spat. vac.* Q; .g. *add.* BMNP 268 in] ad BLMW 271 fit] sit QRW; fuit B ‖ esset] sit BLMNP 272–273 esset … potentia] *om.* (*hom.*) B 272 esset] est PR 273 male nec] materiale et non QR 276–277 et … specie[2]] *om.* L 277 si[1]] *om.* QRW ‖ et si] et BPQR; *om.* W ‖ specie[2]] et non posset esse sub forma nec pars compositi quia potentia sic (*om.* R) repugnat actui *add.* QR 278 substantia et] substantia LW; *om.* B 279 quamvis] non *add.* BMNP ‖ qui] cum BMNP

266–269 Averr., *In Metaph.* 8, comm. 15 (ed. Iuntina, 8:224A) 275 Cf. Arist., *Phys.* 5, c. 2 (226a 10) 276 Cf. ibid. 3, c. 1 (201a 34 – b 2)

dicitur eius potentia secundum Commentatorem. Et est magis in potentia quam subiectum accidentis, quia minus habens in se actualitatis, et est maioris actualitatis capax. Et ista capacitas, quae est formaliter respectus, fundatur in ente in actu secundum Commentatorem super 3. *Caeli et mundi.* Potentia igitur primo modo sumpta potest esse a Deo sine omni forma absoluta actualiter informante, sed potentia secundo modo et tertio modo sub ratione qua talia non; respectus enim non potest esse per se nec forma in potentia ut in potentia potest per se esse, licet sub opposita intentione possit, scilicet ut est actus et perfectio.

⌈AD ARGUMENTA PRINCIPALIA⌉

39 Ad primum principale, cum arguitur quod, si materia posset per se esse, esset aliqua actualitas et tunc cum forma non faceret unum, quia ex duobus in actu etc., respondetur quod causa quare ex materia et forma fit unum est, quia totum, quod prius erat in potentia ratione materiae ut ipsum generabile, iam est in actu per formam; extractio enim de potentia in actum non largitur multitudinem, sed perfectionem secundum Commentatorem.

40 Sed haec responsio non dat causam quare ex materia et forma fiat unum per se compositum. Si enim omnis res generabilis esset simplex, non composita ex partibus diversis, adhuc illud quod prius erat in potentia, postea est actu loquendo de potentia tertio modo dicta supra in pede. Sic enim albedo in potentia est albedo in actu. Haec igitur responsio non ostendit quomodo ex potentia subiectiva et forma, quae est pars, fit unum per se, sed quomodo idem est, quod quandoque est in potentia et quandoque in actu. Alia enim est unitas ex partibus unitis, quam modo quaerimus, et alia est unitas identitatis, de qua procedit responsio.

41 Ad argumentum igitur dico quod causa quare ex materia et forma fit unum loquendo de causa extrinseca est efficiens, quia sicut solum agens est causa efficiens quare compositum prius ens in potentia postea fit in actu, ita ipsum solum est causa efficiens quare materia prius exsistens in potentia ad formam postea fit

Deest E

280 Commentatorem] quem BMNP 281 quia … actualitatis[1]] *om.* L ‖ actualitatis[1] … est] *om.* BMNP 282 ista] illa LRW 282–283 in actu] *om.* LW 283 mundi] de potentia tertio modo sumpta (*om.* L) loquitur Commentator 9. Metaphysicae comm. 2 (dicens *add.* L) quod hoc quod est contrarium potentiae est privatio *add.* LW 285 et … modo[2]] et tertio MNW; *om.* L 286 potest[2]] potuit BMP 288 posset] possit BNR; potest M 290 respondetur] respondeo PW; dico LR 296 est] in *add.* LQR 298 igitur] *om.* BLM NP 299 fit] fiat LW; fuit B ‖ quomodo idem] quod (*om.* L) illud idem LW 300 unitis] unitatis LW 301 responsio] ratio BMNP 303 efficiens[1]] effectus BMP 304 postea] practica BP 305–306 fit in] est LW

282–283 Cf. Averr., *In De caelo* 3, comm. 29 (ed. Iuntina, 5:200E; ed. Carmody-Arnzen, 560–61) 292–293 Averr., *In Metaph.* 8, comm. 15 (ed. Iuntina, 8:224A) 297 Cf. supra, n. 37

in actu sub forma et fit ex eis unum. Causa autem huius unitatis intrinseca est, quia haec est in potentia essentialiter, scilicet materia (non tamen primo modo dicendi per se, sed secundo magis), et haec, scilicet forma, est actus. Et haec est causa Philosophi in eodem 8. *Metaphysicae*. Sicut enim non est aliqua causa intrinseca alia ab ipsis quare sunt intrinsecae causae compositi, ita nec quare ex ipsis fit per se unum.

Sed semper stat hoc, quod ex duobus in actu non fit unum per se; et tu dicis materiam esse aliquam actualitatem. Respondeo quod verum est de duobus in actu completo, quorum neutrum est in essentiali dependentia et potentia ad aliud; nunc autem materia, quamvis sit entitas aliqua actualis diminuta, tamen est semper in dependentia ad formam. 42

Contra: sic dependet accidens ad subiectum essentialiter; et tamen, quia utrumque est actualitas quaedam, ex eis non fit unum. Respondeo quod sunt actualitates completae et specificae et alterius generis, et ideo non faciunt unum nisi per accidens; materia autem non est entitas specifica completa sub aliquo genere, nec etiam forma, et sunt principia unius generis; et ideo non est simile. Per hoc patet ad obiectum contra responsionem datam opponendo. 43

Ad secundum, cum arguitur quod esse exsistentiae est aliud ab eo cuius est et ita etc., respondeo quod non est aliud realiter, sed idem per identitatem realem, quamvis sit extra primum et quidditativum conceptum rei, secundum quod quidditas abstrahit ab exsistentia et unitate et multitudine. Tamen, quod sic est extra quidditativum conceptum, potest esse idem per identitatem cum illo. Patet de essentia divina et relatione, de natura et proprietate individuali, de natura generis et differentiae et multis aliis. 44

Ad probationem per Richardum dico quod accipit ibi 'esse' pro esse increato, quod esse est per essentiam, non esse participatum; et 'ipsum quod est' accipit pro re participante esse. Et verum est quod Deus et quodcumque aliud sunt diversa essentia et genere, quia Deus nullius generis est. 45

Et sic patet ad secundum per auctoritatem. 46

Ad tertium principale, cum dicitur quod eadem ratione et omne absolutum et ita motus, non sequitur, quia materia cum hoc, quod est quid absolutum in 47

Deest E

306 fit] *post* eis BMNP ‖ autem] *om.* BMNP 309 in eodem] *om.* LW 314 completo] pleno QR; *om.* L ‖ in] potentia *add.* BP (*sed del.* P) 317 ad subiectum] a subiecto LW 317–318 et … eis] quia utrumque est actualitas quaedam ex eis tamen BMNP; et utrumque est actualitas quaedam et tamen ex eis L 320–321 materia … generis] sed sic non est de materia et forma L 320 materia autem] sed materia W; materia QR 321 et[1]] sed haec BMNP 324 respondeo] dico LRW 326 et[1] … multitudine] multitudine et (vel L) unitate LW 328 et[2] … natura[2]] *om.* (*hom.*) LW 332 re] ipso QR ‖ quod] quia BMNP 335 principale] *om.* LW 336 motus] dico quod *add.* LNW ‖ quod] *om.* LW

309 Cf. Arist., *Metaph.* 8, c. 6 (1045a 7 – b 24) 322 Cf. supra, n. 3

essentia sua, est natura permanens tota simul, et ideo sibi per se non repugnat esse; motus autem est natura successiva, cuius formalis ratio consistit in fluxu partium, et ideo sibi non competit ita per se esse, sicut enti absoluto permanenti.

48 Verumtamen credo pro nunc quod Deus potest facere omne accidens absolutum sine subiecto, sive subiectum accipitur remotum pro substantia sive propinquum pro quantitate, et hoc, sive accidens sit permanens sive successivum, dummodo sit natura absoluta in se. Et hoc probo, quia quod Deus potest facere in genere causae efficientis cum alio efficiente, potest facere immediate, pro eo quod praehabet totam causalitatem secundae causae et facere aliquid immediate non mediante alio est perfectionis; unde oppositum est articulus damnatus. Potest igitur facere intelligere sine intelligente, cursum sine currente et ita motum sine mobili.

49 Item potest facere materiam sine forma, ubi est essentialior unio quam accidentis ad subiectum vel accidentis ad accidens; igitur et accidens sine subiecto. Nulla enim est contradictio quod aliquid absolute diversum ab alio invenitur in esse sine illo. Et licet intellectus non hoc capit, non propter hoc est omnino negandum, quoniam secundum Hilarium in principio *De Trinitate* multa potest Deus facere quae non possumus nec sufficimus intelligere.

50 Et quod dicunt aliqui, quod subiectum cadit in definitione accidentis, igitur accidens non est sine subiecto, cum sit de eius definitiva ratione, respondeo quod cadit in eius definitione sicut additum, non sicut genus vel differentia intrinseca indicans intrinsecam rationem eius. Et ideo potest esse sine subiecto, quamvis, si sic esset, inclinationem haberet semper ad subiectum.

51 Tunc ad argumentum, quod per se potest esse motus ut est fluxus formae. Et quando arguis quod non, quia si motus est, mobile est, respondeo quod non sequitur nisi consequentia naturali respectu potentiae naturalis, non autem respectu Dei, sed motus flueret per se nulli subiecto innitendo actu.

⌈AD ARGUMENTA OPINIONIS THOMAE⌉

52 Ad primum opinionis primae nego materiam esse puram potentiam.

Deest E

337–338 sibi … esse] non repugnat ei (*ante* repugnat L) esse per se LW 338 autem] *om.* BMNP 341 sine subiecto] sive quod omne absolutum potest esse (*om.* QR) per se esse (*del.* P) potentia Dei BMNPQR (*sed corr. in* sine subiecto Q) 343 quia] *om.* LQRW 343–344 quod … immediate] Deus potest facere (*om.* L) immediate quidquid facit (potest L) mediante alio efficiente LW 346–347 potest igitur] igitur Deus potest LW 351 invenitur] sit LW 352 hoc[1]] *om.* QR 357–358 non … eius] *om.* L 358 intrinsecam] extrinsecam BMNP 360 tunc … formae] *om.* L || argumentum] dico *add.* BMNP 361 respondeo] dico LRW 362–363 respectu] *om.* LQRW (*sed add. in marg.* Q)

346 Cf. *Chart. Univ. Par.*, n. 473 (ed. Denifle-Chatelain, 1:547) 353–354 Cf. Hil. Pict., *De Trin.* 1, cc. 12–13 (CCL 62, 12–15; PL 10, 33–35)

Et quando arguis quod, si materia esset per se, tunc esset actus et non actus se- 53
cundum Commentatorem, respondeo quod Commentator aequivocat 'potentiam' sive 'materiam' accipiendo 'materiam' secundo vel tertio modo et maxime tertio modo. Quod enim forma in potentia vel generabile, ut in potentia est, cum sic sit pura potentia, esset per se sub intentione potentialitatis, contradictio esset, quia tunc simul esset actus et non actus. Non autem loquitur de materia ut est potentia subiectiva, vel si sic, loquitur ut philosophus naturalis. Licet enim materia habeat aliquod esse de se absolutum, ut est terminus divinae potentiae per creationem, praeter tamen creatum esse habet aliud esse communicatum sibi a forma, secundum quod actu capit eam et est pars compositi in actu. Et philosophi respicientes ad materiam ut capax est formae dixerunt eam esse in potentia tantum, quamvis ad se sit entitas absoluta. Et ideo naturaliter loquendo materiam desinere capere formam et esse communicatum a forma est ipsam desinere esse simpliciter, nisi potentia supernaturali conservaretur. Et sic ad omnes auctoritates sanctorum et philosophorum dicitur quod loquuntur de esse communicato materiae actu a forma; quod esse participat inquantum est actu pars et fulcimentum compositi in actu.

Ad argumentum quintum in ordine, cum arguitur quod, quanto aliqua duo 54
verius faciunt unum etc., dico quod tanto eorum divisio est impossibilior loquendo de divisione quae opponitur uni per accidens, cuiusmodi unum est unum per aggregationem ex rebus diversorum generum. Et ideo illa duo quae faciunt per se unum, numquam dividuntur in duo quae faciunt unum aggregatione. Possunt tamen dividi in duo facilius, quae fecerunt unum per se, maxime quando ista sunt maioris entitatis absolutae, quam illa quae faciunt unum per accidens, et ideo possibilior est eorum divisio illa divisione qua dividitur unum per accidens, quod unum per accidens opponitur uni per se.

Vel aliter tamen dicitur ad auctoritatem et rationem commentatoris quartae 55
propositionis: respondeo quod aequivocat 'formam' ad omnem entitatem quomodocumque actualem. Et sic materia est forma, sicut partes definitionis sunt

Deest E

368 sic sit] *inv.* QR; sit sic (*sup. lin.*) W; sit L 371–372 habeat … se] habeat de se aliquod esse LW; habeat esse aliquod de se BNP; de se habeat esse aliquod M 373 praeter tamen] *inv.* BMNP || creatum] illud QR 377 ipsam] ipsum BMNPRW (*sed corr.* PW) 379 dicitur] est respondendum *ante* ad (*l. 378*) LW; *om.* QR 382 argumentum … ordine] secundum argumentum in ordine R; quintum in ordine W; quintum L 383–384 tanto … loquendo] verum est L 383 tanto] tunc QRW 387 unum] *om.* LW 388–390 et … se] *om.* L 388–389 et … accidens] *om.* (*hom.*) NW (*sed add. in marg.* W) 389 possibilior] impossibilior BMPW 391–392 tamen … quod] dico (respondeo L) quod commentator in quarta propositione ista LW 391 tamen] tantum B; cum QR (*sed del.* Q) 392 propositionis] propositis BMNP 392–393 quomodocumque] quandocumque MR; quocumque modo L

formae. Et sic, cum continuum sit vere unum, difficilius esset et impossibilius separare partes continui in esse quam colorem a superficie.

56 Vel aliter dicitur: cum arguitur quod, quae verius faciunt unum, sunt difficilioris separabilitatis etc., respondeo quod, quantum est ex forma argumenti, concluditur quod, cum anima intellectiva verius facit unum cum corpore quam color cum superficie, quod minus separabilis esset in exsistentia anima a corpore quam color a superficie; quod non est verum. Ideo dico quod ceteris paribus, quanto unio aliquorum est verior, tanto eorum separatio in esse est difficilior ratione qua unitas in ratione sui indivisionem importat. Sed nunc est ita quod aliunde contingit quod minus possunt separari quae minus faciunt unum, scilicet ratione imperfectionis partis componentis in unitate. Et quia aliquod accidens est minoris perfectionis in entitate quam materia, quae est principium substantiae compositae absolutae, et per consequens plus repugnat sibi per se esse, ideo accidit sibi quod aliquod accidens, ut passio vel figura, non potest separari in esse a subiecto, licet minus faciat unum, et tamen materia, quae plus entitatis dicit, potest.

57 Aliter potest dici quod, si passio propria alicuius subiecti dicat aliquid absolutum ultra subiectum, quod potest esse per se potentia divina et subiectum sine ea. Si tamen dicat tantum aptitudinem ad actum fundatum super potentiam, ut risibilitas dicit tantum aptitudinem ad actum fundatum super potentiam ridendi, adhuc si potentia illa sit absolutum aliud ab homine vel parte essentiali hominis, homo potest esse sine tali aptitudine proxima ad ridendum, quia illa relatio cum sua potentia absoluta diversa tolli potest manente homine. Tamen adhuc homo ex principiis intrinsecis est causa naturalis, nisi impediatur, quod talis potentia inesset et per consequens quare relatio consequens inesset; impeditur autem potentia divina conservante hominem et suspendente causalitatem subiecti respectu passionis. Si autem passio sit respectus tantum et aptitudo ad actum ridendi fundatum immediate super principia naturae, non video adhuc, quin, cum actus ridendi sit in pura potentia, priusquam ponitur in actu, quin relatio sit aptitudinalis tantum pro tunc et tamen subiectum actu est, et cum relatio actualis non sit ad terminum potentialem distantem ab actu, sicut in primo libro dictum est de constitutione in personis divinis. Falsum est igitur quod accipit argumentum, quod passio propria non potest fieri sine subiecto, si sit absolutum. Et sic faceret proprium non

Deest E

394–395 et[1] … superficie] *del.* Q 394 impossibilius] etiam possumus (possimus Q) QR 397–398 concluditur] includitur BLMNPW 403 quae] *ante* minus[1] BMNP 409 aliter … dici] potest aliter dici BMQ; aliter dici potest LR 410 esse … se[2]] per se esse LRW ‖ divina] Dei LW; *om.* N ‖ et] *om.* QR 411–412 ut … potentiam] *om.* (*hom.*) BL MNPW 414 proxima] *om.* LW 415 sua potentia] sua forma BMNP; sua propria passione W; sit propria passio L 416 impediatur] impeditur BLP; imponitur W 421 quin] quando LW ‖ tantum] tamen BMNPW 422 tamen] cum BMNP 424 in … divinis] in personis BP; primae personae in divinis LQRW 424–428 quod[2] … actu] *om.* L

esse actu proprium, quamvis esset aptitudine proprium, et subiectum sine illo, etsi sit aptitudo ad actum secundum, et hoc, dico, sine illo in actu, pro eo quod extremum potest non esse actu. Similiter de figura, si est ultra corpus aliquid absolutum, puta qualitas in quantitate. Multi tamen dicunt quod figura ultra corpus quantum nihil dicit nisi habitudinem partium, sicut Commentator super *Mysticam theologiam* commento capituli 1.

Sed quid, si corpus fieret sine figura terminante et linea sine puncto? Numquid ex hoc sequeretur quod corpus esset actu infinitum et similiter linea? 58

Respondeo quod infinitum potest accipi tripliciter, negative, privative et contrarie. Infinitum negative dicitur ipse punctus, sicut sonus dicitur invisibilis, secundum Philosophum. Infinitum privative dicitur quod privat finem in apto nato finiri, et hoc sonat ipsum vocabulum. Infinitum contrarie, si accipitur in actu, cum negatione terminorum ponit positionem illimitatam secundum aliquam perfectionem magnitudinis vel virtutis, sicut iustitia infinita, si esset acquisita ex actibus, contrariaretur iniustitiae habitui vitioso secundum Boethium super cap. de qualitate, super illud "inest qualitati habere contrarium"; et de tali infinito loquitur Philosophus definitive 3. *Physicorum* quod infinitum est, cuius quantitatem accipientibus semper est aliquid accipere extra. 59

Tunc ad argumentum dico quod, si Deus faceret lineam sine puncto in actu terminante vel corpus sine figura, quod non sequitur quod esset linea actu infinita loquendo de infinito contrarie. Posset enim esse infinita privative tantum, scilicet esse linea indeterminatae extensionis, quae tamen nata esset terminari punctis tamquam terminis extrinsecis et non terminaretur actu. Et similiter corpus aliquod si esset sine figura – esto quod figura sit qualitas absoluta in quantitate –, non sequitur quod esset actu infinitum corpus infinitate contrarie sumpta, secundum quod dicit positivam magnitudinem infinitam, sed esset tantum infinitum privative, et hoc privatione termini extrinseci, qui est extra essentiam corporis, sicut 60

Deest E

427 etsi] etiamsi QRW ‖ in] *in marg.* Q; *om.* RW ‖ pro … quod] eo quod QR; quia W; pro quo BP 428 de] *om.* LW 429 qualitas] *post corr.* Q; quanta BMNP 431 commento] *om.* LW 432 figura] linea LW; *om.* M 433 sequeretur] sequitur LQ RW ‖ esset] est QRW 434 respondeo] dico LRW 435 dicitur[2]] *om.* BMNP ‖ invisibilis] non visibilis LQRW (*sed corr.* Q) 435–436 secundum Philosophum] 3. Physicorum *add.* QR; 3. Physicorum LW 436 quod] quia QR 437 et hoc] ut LW 438 positionem] potentiam MW; perfectionem L 440 contrariaretur] contrariatur BLW; contrarietur Q 440–441 super … contrarium] *om.* LW 442 definitive] *om.* LW 444 tunc] tamen BMNP 447 indeterminatae] determinatae QR 448 terminis] *om.* BMNPQ (*sed add. in marg.* Q) ‖ similiter] sic BMNP 452 qui] quod LW

429–431 Cf. Rob. Gross., *In De myst. theol.*, c. 4 (ed. McEvoy, 108, l. 11)? 435–436 Cf. Arist., *Phys.* 5, c. 2 (226b 10–11) 439–441 Cf. Boeth., *In Cat.* 3, c. de qualitate (PL 64, 255D–256A) 441–443 Arist., *Phys.* 3, c. 6 (207a 7)

punctus extra essentiam lineae, et tamen esset quidditative utrumque terminatum actu, tam linea quam corpus.

61 Sed contra:

1. Quod non potest intelligi, non potest aliqua potentia in esse fieri; sed secundum Philosophum et Commentatorem 2. *Metaphysicae*, si quis imaginatus fuerit lineam infinitam, non intelliget eam. Textus Philosophi est: "non contingit intelligere lineam non statuentem".

62 2. Item 1. *Posteriorum*: "illa insunt per se primo modo, quae insunt in ratione quidditativa, ut triangulo inest linea et lineae punctus; substantia enim ipsorum ex his est [idem]". Sed tale non potest separari manente re, quia tunc esset linea et non linea.

63 3. Item in principio *Geometriae* dicitur quod linea est longitudo cuius extremitates sunt duo puncta.

64 4. Item 3. *Physicorum* de ratione corporis est terminari superficie et superficiei terminari linea et lineae terminari puncto.

65 Ad primum illorum per Philosophum et Commentatorem dicitur quod loquitur de linea non statuta, sed infinita contrarie. Tale enim infinitum, etsi posset aliquo modo imperfecte imaginari, non potest tamen ab intellectu nostro complete intelligi; et ideo non potest tale infinitum fieri in effectu secundum communiter omnes.

66 Ad secundum, cum arguitur quod linea est de substantia trianguli et punctus de substantia lineae et ideo non potest linea esse sine puncto, respondeo quod, quidquid sit de linea respectu trianguli, an sit de primo intellectu eius vel non, ut ideo dubium sit si possit esse triangulus in re sine lineis claudentibus angulos, immo videtur quod non possit, tamen punctus non est de prima ratione lineae nec figura de prima ratione corporis, nisi accipitur corpus figuratum et linea terminata.

Deest E

456 sed] *om.* BMNP 457 et Commentatorem] *om.* LW ‖ 2] 3 R; 12 LW 458–459 textus … statuentem] *om.* L 458 est] *om.* RW 460 1. Posteriorum] *om.* BMNP ‖ in] *om.* BLM (*sed add. sup. lin.* M) 461 ut] *om.* QRW ‖ et] *om.* LQRW ‖ ipsorum] istorum Q; illorum R; eorum LW 462 idem] BMNP; ibidem LQRW 466 3] 2 BMNPQR ‖ superficiei] *post corr.* Q; superficiem BMNPW; superficies L 467 terminari[1]] *om.* LW ‖ lineae] *post corr.* Q; lineam BMNP; linea L ‖ terminari[2]] *om.* LW 468 per … Commentatorem] *om.* LW ‖ dicitur] dico LW; *om.* Q 470 imperfecte] perfecte BMNP; *om.* L ‖ potest tamen] *inv.* LRW 473–474 cum … puncto] *om.* LW 474 respondeo] dico LRW 476 si] sed BMP (*sed corr.* M); an QR ‖ possit] posset BNW; possetne (ne *in marg.*) P; potest M 477 possit] potest M; posset LW 478 de … ratione] *om.* LW

457–459 Cf. Arist., *Metaph.* 2, c. 2 (994b 21–25); Averr., *In Metaph.* 2, comm. 11 (ed. Iuntina, 8:33M–34A) 460–462 Cf. Arist., *Anal. post.* 1, c. 4 (73a 35); *Auct. Arist.*, n. 38 (ed. Hamesse, 314) 464–465 Cf. Euclid., *Elem.* 1, deff. 2 et 3 (ed. Busard, 31) 466–467 Cf. Arist., *Phys.* 3, c. 5 (204b 5–6)

Et verum est quod punctus est de ratione lineae actu terminatae termino extrinseco sicut albedo de ratione hominis albi; et sic loquuntur de linea auctores in dictis illis. Quod enim punctus non sit de essentia lineae nec praedicatur de ea primo modo, ego probo, quia si auferatur punctus actu terminans, aut manet linea non terminata actu, nata tamen terminari, aut non. Si sic, constat quod punctus non est de essentia lineae, sed remanet linea infinita privative. Si non, sed actu terminetur puncto, tunc est aliquis punctus immediatus puncto ablato, et sic duo puncta contigua in linea; et sic linea componitur ex punctis, contra Philosophum 6. *Physicorum*. Hoc dico inquirendo veritatem, neutram tamen partem asserendo, sed cogitetis quid sit verius. Sed unum certum est, quod actione naturae nec materia potest esse sine forma nec corpus sine figura vel linea sine punctis. Si tamen divina potentia posset fieri corpus sine figura et linea sine punctis, dubitationem habet; videtur tamen probabiliter quod sic.

Ad sextum opinionis primae, cum dicitur quod forma est causa formalis esse ipsius materiae et materia non potest fieri sine esse, igitur nec sine forma, respondeo quod materia habet triplex esse, unum inquantum est terminus potentiae divinae per creationem; quod esse immediate participat a Deo, inquantum est aliquid simpliciter in se. Aliud esse habet inquantum est capax formae; quod esse competit sibi in habitudine ad formam et est esse ad aliquid. Tertium esse habet actu in composito per hoc quod actu capit formam et participat esse totius. Primi esse et secundi non est forma causa formalis, sed tantum tertii esse. Et ideo non potest habere actu esse in composito sine forma; potest tamen habere primum esse sine omni forma absoluta informante. Et de illo esse modo loquimur. 67

Ad septimum, cum dicitur quod proprietas unius potentiae etc., respondeo quod proprietas formae est quod antecedenter praesupponit aliquid informabile ab ipsa et cui in composito communicet esse suum per informationem; et nulli potest convenire quod sit talis actus nisi formae. Materia autem, quamvis sit entitas aliqua actualis et diminuta et non pura et terminus potentiae activae, est tamen entitas praesupposita formae et informabilis ab ea, ut ideo, si tam for- 68

Deest E

479 terminatae] *corr.* *in* terminante M; terminante BLW 481–484 nec … lineae] *om.* (*hom.*) L 481 nec] ut BMNP 487 neutram] negativam BLP 488 cogitetis] *post corr.* Q; cognoscens R; cogitetur W; cogita L ‖ quid] quod MN 489 punctis] puncto LW 489–490 si … punctis] utrum autem de potentia Dei hoc possit fieri W; tamen utrum Deus hoc posset facere L 490 posset] poterit QR ‖ corpus] de (*del.* M) corpore MPQR; sine corpore B ‖ punctis] puncto BPQ 492 opinionis primae] *om.* LW 492–493 esse … forma] *om.* L 493 igitur … forma] *om.* W 493–494 respondeo] dico LRW 498 in composito] et in composito BMNP; *om.* W 502 respondeo] dico LRW 503 praesupponit] praesupponat QRW 504 ipsa] ipso BMNRW 507 ab ea] a forma LW ‖ ut] et MN 507–508 forma … materia] materia quam forma LRW

486–487 Cf. Arist., *Phys.* 6, c. 1 (231a 24–25); *Auct. Arist.*, n. 166 (ed. Hamesse, 153)

ma quam materia sit aliquis actus, omnino tamen sunt actus alterius rationis, ut ideo, quod proprium est unius, nullo modo alteri conveniat nec e converso. Et ideo, quando accipis quod, si materia est actus aliquis, quod est forma, falsum est, nisi esset actus eiusdem rationis. Compositum enim est actus et angelus est actus et Deus est actus, sed ex hoc non sequitur quod sint formae natae perficere materiam. Unde ‘actus’ est nomen aequivoce vel multum analogice praedicatum de istis.

Deest E

509 proprium … unius] est proprium uni BMNP 510 actus aliquis] *inv.* LMN 512 non] *ante* ex BMNP 513–514 unde … istis] et ideo est aequivocatio de actu L 514 de istis] *om.* QRW

⌈DISTINCTIO 13

Quaestio 1:

An lumen in medio sit res vera vel intentio et non res⌉

"Prima autem distinctionis operatio" etc. Distinctione tertia decima agit magister de exitu lucis in esse. Circa quod quaeritur an lumen in medio sit res vera vel intentio et non res. 1

Quod non sit vera res arguitur: 2

1. Nulla forma realis subito inducitur in materia sine motu praecedente, quia non est generatio sine alteratione praecedente secundum Philosophum 5. *Physicorum*, ubi dicit quod omnis mutatio subita est terminus alicuius moveri; sed lux subito inducitur in medio ad praesentiam corporis luminosi; igitur non est realis. Minor probatur per Commentatorem super 4. *Physicorum* comm. 129. Qui dicit: "nos videmus transmutationes quae fiunt in non tempore, ut illuminatio totius orientis a sole et totius domus a candela". Et, sicut dicit, qui hoc negat, negat sensum.

2. Item nullum accidens reale manet idem numero immobiliter moto suo subiecto per se; sed moto ipso aere realiter secundum locum, potest manere idem radius seu lumen immobiliter stans, si corpus luminosum immobiliter staret; igitur lumen in medio non est vera res. 3

3. Item impossibile est duo accidentia realia sive quascumque formas reales eiusdem rationis esse in eodem; sed duo lumina sunt simul in eadem parte medii secundum Dionysium 4. *De divinis nominibus* et per auctorem 2. *Perspectivae*. Maior patet, quia si subiecto exsistente in actu per aliquam formam posset formam eiusdem rationis in se recipere, simul respectu eiusdem esset in potentia et in actu, quia respectu eiusdem formae. 4

Contra: 5

Lumen est terminus actionis realis solis; igitur est quid reale. Consequentia patet, quia nihil terminat positive actionem realem positivam nisi vera res, cum actio denominatur a termino secundum Philosophum 5. *Physicorum*.

Deest E

---

1 prima … etc.] *om.* LW 4 quod] autem *add.* BMNP 8 in … praesentiam] ad praesentiam in medio QR ‖ igitur … realis] *post* sensum (*l. 11*) LW 8–9 minor … per] secundum LW 9–11 nos … dicit] *om.* (*hom.*) L 9 nos] non QRW 17 esse] simul *praem.* L, *add.* W 18 Perspectivae] igitur etc. *add.* LRW 19 posset] aliam *add.* LW 20 in[1] … recipere] suscipere LW 21 quia … formae] *om.* L ‖ quia] *om.* QRW 23 lumen] *om.* QR ‖ solis] solum LW

---

1 Cf. Petr. Lomb., *Sent.* 2, d. 13, c. 1 (ed. Grottaferrata, 1:389) 5–7 Cf. Arist., *Phys.* 6, c. 6 (237b 10–21) 9–11 Averr., *In Phys.* 4, comm. 129 (ed. Iuntina, 4:201C) 17–18 Cf. Ps.-Dionysius, *De div. nom.*, c. 2 (ed. Chevallier, 78–81); Alhacen, *De aspectibus* 1, c. 7 (ed. Smith, 1:55) 25 Cf. Arist., *Phys.* 5, c. 1 (224b 7–8); *Auct. Arist.*, n. 147 (ed. Hamesse, 152)

⌈SOLUTIO

OPINIO AEGIDII⌉

6 1. Ad istam quaestionem respondet Aegidius sic super 2. *De anima* cap. de visu, quod lumen in medio habet solum esse intentionale, non reale, quia si sic, tunc impediret visionem; quod falsum est, quia omne quod videtur in lumine videtur secundum Philosophum 2. *De anima*, quia color non est immutativus nisi diaphani actu lucidi. Consequentia patet, quia commune est omni sensui quod sensibile supra sensum positum non sentitur; si igitur lumen haberet esse reale, cum lumen contiguetur oculo, nec lumen nec aliquid in lumine videretur; quod falsum est et infra patebit.

7 2. Item omne agens productivum formae accidentalis realis consequentis formam substantialem potest producere formam substantialem secundum aliquem gradum, ad quam talis forma accidentalis realis consequitur, sicut patet de igne producente calorem (et ideo potest producere formam igneam, ad quam calor consequitur). Si igitur sol potest producere lumen reale in medio, posset producere formam solis secundum aliquem gradum; quod falsum est, igitur illud ex quo sequitur.

8 Et confirmatur, quia quando alicuius subiecti est aliqua propria passio, quod potest in productionem passionis, et subiecti; patet de homine et risibilitate. Cum igitur lumen reale sit passio solis seu corporis caelestis, si sol potest in lumen reale producendum, potest in solem producendum.

9 3. Item eundem modum essendi habet lumen in medio et in organo visus; sed in organo est intentionaliter; igitur et in medio.

10 4. Dicunt igitur isti quod lumen non est vera res, quia ad hoc quod aliqua forma sit realis oportet quod habeat eundem modum essendi in effectu et in causa, et secundo quod producatur de potentia reali subiecti transmutabilis ad formam; sed lumen in medio non educitur de potentia naturali subiecti, sed est originaliter a sole tantum; quare non est forma realis.

11 5. Addunt etiam quod illud quod habet rationem agentis instrumentalis non oportet quod sit eiusdem naturae cum principali agente, sicut patet de accidente re-

Deest E

26–27 ad … visu] dicitur ad quaestionem LW 26 ad] opinio Aegidii cui concordat Ware *annot. in marg.* MN ‖ sic] cui concordat Ware (*om.* R) QR 27–28 intentionale … visionem] *in marg.* Q 27 intentionale] et *add.* LQRW 28 tunc] *om.* LRW 29 secundum Philosophum] *om.* LW 31 positum] *ante* supra MNW ‖ reale] materiale BMNP 32 videretur] videtur BLQ; videntur M 32–33 quod … patebit] *om.* LW 36 quam] quem *codd.* 41 et] *om.* LRW 42 et[1]] potest et in productionem *add. in marg.* P 50 originaliter] originatum QRW 53 principali agente] illo quod est principale agens LW

26–33 Cf. Aeg. Rom., *Exp. De an.* 2, comm. 76 (ed. Venetiis 1500, 40v) 28–30 Cf. Arist., *De an.* 2, c. 7 (418b 2–3, 419a 7–9); *Auct. Arist.*, n. 72 (ed. Hamesse, 180) 33 Cf. infra, nn. 25–26

spectu substantiae, sed oportet quod habeat aliquam virtutem sibi immissam ab agente principali manentem vel transeuntem; et istud est universaliter verum. Non obstante igitur quod lumen non habeat esse reale in medio, sed intentionale, habet tamen aliquam virtutem sibi immissam ab agente principali, ratione cuius lumen est realis effectus principium.

⌈Improbatio opinionis⌉

Ista non intelligo; et ideo incipio improbare opinionem, ubi opinio dimittit. 12
Illud quod non est aliquid reale in se in natura sua, nullius realis virtutis vel influentiae est susceptivum; sed secundum te lumen in medio, pro eo quod est principium realis operationis, quamvis sit principium instrumentale solum, aliquam realem immissionem recipit in se a principali agente; igitur est in se aliquid reale ex dictis tuis.

Item quod dicis, quod est universaliter et semper agens instrumentale, hoc non 13
videtur, quia video quod radius rectus derivatus a sole non comburit, reflexus autem ad speculum concavum comburit; igitur videtur quod iste radius reflexus sit in ista actione agens principale magis et non instrumentale. Et cum effectus sit realis, necesse est radium istum rem veram esse.

Item quando proximum receptivum alicuius formae est eiusdem rationis in 14
diversis, forma recepta in eis eiusdem rationis erit, pro eo quod proximum receptivum et illud quod recipitur proportionantur (et ideo forma alterius rationis aliud receptivum proximum requirit, sicut patet de forma ignis et hominis); sed diaphaneitas, quae est ratio recipiendi lumen, est eiusdem rationis in medio et in sole; quare et lumen eiusdem rationis erit, licet intensior sit in uno subiecto quam in alio. Minor probatur per Philosophum 2. *De anima* cap. 9: "non enim secundum quod aqua neque secundum quod aer diaphanum est, sed quoniam natura eadem in his utrisque et in perpetuo superius corpore". Et dicit ibi Commentator

Deest E

55–58 manentem … principium] et sic est de lumine L 56 intentionale] tantum *add.* QR 58 principium] principii MN (*sed del.* M) 59–64 ista … tuis] contra istam opinionem arguo sic illud quod est susceptivum realis infusionis vel influentiae est res aliqua realis sed lumen secundum te est huiusmodi igitur etc. L 59–61 ista … susceptivum] contra opinionem istam arguo sic illud quod est susceptivum realis virtutis vel influentiae est res aliqua aliter non reciperet in se effectum realem W 59 et] *om.* QR 62 solum] solis BPQR 69 radium … esse] radium istum esse realem W; ut radius sit realis L 71 recepta … erit] in eis recepta erit eiusdem rationis LW 71–72 pro … proportionantur] quia proportionantur ad invicem L 71 quod] est *add.* MNP 75–76 licet … alio] *om.* L 75 intensior] intensius W ‖ sit] *om.* BMNP 76–78 cap. … corpore] *om.* L 76 9] 14 qui dicit BMNP 78 utrisque] utitur quae BMNP ‖ ibi] *om.* LQRW

76–78 Arist., *De an.* 2, c. 7 (418b 7–9) 78–80 Cf. Averr., *In De an.* 2, comm. 68 (ed. Crawford, 235)

comm. 66 quod hoc dictum manifestum est, quod diaphaneitas inest omnibus secundum naturam unam communem, licet illa natura non habeat nomen. Non est igitur aliqua ratio quare ratione illius naturae receptivae sit forma in uno subiecto res et in alio intentio et non res.

15 Item omne positivum habens esse positivum extra animam et non dependens ex ea, nec in causalitate nec in esse subiective, est vera res et non intentio, cum intentio, ut distinguitur contra rem, sit fixio animae manens subiective in ea; lumen est huiusmodi; quare etc.

16 Item quandocumque alicui causae insunt duae formae productivae reales et una est virtualiter tantum et alia formaliter, si potest efficere effectum realem extra se mediante illo quod virtualiter inest, potest et mediante illo quod formaliter inest, maxime si utraque virtus sit actionis principium, quia verius inest quod formaliter inest quam quod virtualiter (patet maior de igne, qui est formaliter calidus et virtualiter niger); sed sol est virtualiter calidus et luminosus formaliter; cum igitur mediante calore in virtute producat effectum realem, quia realem calorem in susceptivo (patet ad sensum), multo magis sol per lucem in se formaliter producit effectum realem in susceptivo. Proximus autem effectus solis inquantum lucidus est lumen in medio; quare lumen erit quid reale.

17 Item lumen diffusum super corpus terminatum opacum est per se visibilis a visu; unde Commentator super 2. *De anima* comm. 70: "lux est visibilis per se; color autem est visibilis mediante luce". Sed omne per se visibile est ens reale, non intentio. Nihil enim ad visum de intentionibus, quare etc.

⌈OPINIO PROPRIA⌉

18 Ideo dico ad quaestionem quod, sive lumen producatur in esse per multiplicationem a sole originaliter sive educatur de potentia medii, vera res est et realis operationis principium et in praedicamento reali qualitatis sicut passibilis qualitas per se visibilis. Potest tamen distingui de re, quod quaedam est res, quae ad sui

Deest E

79 66] 60 LW ‖ quod[1]] et QR; per LW 80 naturam unam] *inv.* BMNP ‖ illa natura] *inv.* BMNP 81–82 ratione … res[2]] lumen in uno sit res et in alio intentio L 81 sit] sic *add.*, *sed del.* P; sic sit N; fit sic BM 84–85 cum … ea] *om.* L ‖ cum … sit] ut intentio distinguitur contra rem sicut BMNP 85 animae] et *add.* BP 86 quare] igitur LRW 89 illo[2]] eo BMNP 91 patet maior] hoc patet LW 93–95 quia … realem] *om.* (*hom.*) BW 93–94 quia … sensum] *om.* L 96 quare … reale] igitur lumen est quid reale RW; igitur etc. L 97 opacum] *post corr. in marg.* P; op[a]tum BMN 100 non intentio] et non intentionale LW ‖ quare etc.] igitur etc. LRW 101 ideo … quaestionem] ad quaestionem igitur dico LW ‖ producatur] producitur LQR 102–103 est … principium] realis est L 104 quod quaedam] quia quaedam R; quaedam enim LW

98–99 Averr., *In De an.* 2, comm. 72 (ed. Crawford, 240) 104–109 Fere sumpta ex Henr. Gand., *Quodl.* 3, q. 12 (ed. Parisiis 1518, 65F)

permanentiam solum requirit quod sit generata ab agente in susceptivo debito, quemadmodum calor generatus ab igne manet igne recedente; quaedam vero est, quae requirit continue praesentiam generantis, quod si ad momentum subtrahatur, statim evanescit. Et ista quae sunt de primo genere proprie loquendo res verae sunt et illa quae sunt de secundo genere intentiones ab aliquibus appellantur, non quin verae sint res, immo lumen est multo purior res et spiritualior et immaterialior quam multae aliae formae quae dicuntur reales, sed quia sic continuantur origini quod statim deficiunt subtracta causa, ideo videntur entitatem diminutam importare.

⌈Ad argumenta principalia⌉

Hoc viso ad primum principale, cum dicitur "nulla forma realis subito in- 19
ducitur", respondeo quod induci subito vel mediante motu alterante subiectum susceptivum formae accidit ad hoc quod forma sit realis, et hoc propter contrariam dispositionem in subiecto et propter debilitatem virtutis non potentis subito materiam necessitare; sed medium respectu luminis est dispositum de se et sol est agens sufficiens; ideo forma subito inducitur.

Ad Philosophum, quod illuminatio medii est terminus motus praecedentis, non 20
in medio, sed in sole moto ad directam oppositionem medii. In formis habentibus contrarium praecedit motus in susceptivo formae.

Ad secundum dico quod lumen non manet idem numero transmutato subiecto, 21
quia aut maneret sine subiecto aut migraret radius de uno subiecto in aliud; quorum utrumque falsum. Et ideo, si sol staret et aer moveretur de loco, succederet aer in loco eius, de cuius potentia novus radius subito gigneretur; et non esset idem radius numero in utroque.

Ad tertium, cum arguitur quod duae formae reales eiusdem rationis non sunt 22
in eodem susceptivo, respondeo quod, quantum est ex ratione susceptivi, non est verum, immo possunt plures perficere eandem materiam vel idem subiectum, nisi altera compleat et perficiat totum appetitum materiae vel nisi sint formae repugnantes inter se, quia subiectum formae non numeratur secundum numerum formarum.

Sed quando dicitur quod potentiae numerantur secundum numerum actuum, 23
intelligitur de potentia quae est terminus potentiae activae, quae fit actus actione agentis, non de potentia subiectiva, quia ista est eadem contrariorum. Et quia duo lumina non habent repugnantiam nec alterum perficit in summo, ideo possunt

Deest E

106 est] res LW 107 quod] et LW 109–111 non … immaterialior] *om.* W 110–111 immaterialior] immutabilior MP 111–113 sed … importare] *om.* L 111 sed quia] quae BMNP 112 videntur] habent BMNP 118 respectu luminis] *post* se LW 120 Philosophum] dicitur *add.* N; dico *add.* LW 124–125 radius … falsum] *om.* L 125 utrumque] est *add.* QRW 137 alterum] unum LW

simul esse; nec est idem in potentia et in actu respectu eiusdem, sed in actu per unam formam et in potentia respectu alterius.

24 Tamen aliqui volunt dicere quod non sunt simul duo lumina, sed sunt unum lumen formaliter, sed multiplicatis agentibus intenditur lumen et subtracto uno agente diminuitur. Et tunc Dionysius dicit quod sunt duo per respectum ad effectus, quia quantum esset ex ratione efficientium, cum sint distincta, producerent distinctos effectus, nisi obviaret idem susceptivum, in quod ambo agunt unum effectum intensiorem quam faceret alterum istorum per se. Tamen credo quod alia responsio est verior, quia experimentaliter probat auctor *Perspectivae* quod sunt lumina diversa in eadem parte medii per hoc quod faciunt distinctas umbras.

⌈AD ARGUMENTA OPINIONIS AEGIDII⌉

25 Ad primum opinionis, quod si sic, tunc nec lumen nec aliquid in lumine videretur, quia sensibile positum super sensum nec videtur in se nec permittit aliud videri, dum ibi ponitur, respondeo quod consequentia prima non valet.

26 Et quando probas quod sensibile positum supra sensum etc., respondeo quod aliquid est sensibile, quod ita videtur a visu in debita distantia quod non est illud in quo alia videntur; cuiusmodi est coloratum et alia sensibilia communia. Et de hoc bene procedit obiectio quod, si ponitur super sensum, nec videretur in se nec iuvaret ad visionem aliorum, pro eo quod talia sunt coniuncta corporibus opacis. Aliud est visibile, quod etsi videatur a visu in debita distantia et secundum aliquem eius modum essendi, quamvis non secundum omnem, est etiam in quo alia videntur; cuiusmodi est lumen. Sicut enim coloratum non immutaret medium nisi praesente lumine, ita nec organum immutaret nisi prius infunditur lumine. Et tale visibile positum super sensum, etsi non videtur, ut ibi ponitur, est tamen illud in quo alia videntur, scilicet coloratum et lucidum. Et ideo positum super sensum non impedit ratione sui, immo promovet, nisi hoc sit ratione alicuius extraneae naturae simul positae super sensum. Lumen igitur informans oculum non videtur, sed est illud in quo alia videntur. Per lumen enim vel similitudinem eius informantem oculum videtur lux in sua radice, quamvis similitudo in oculo non videatur.

Deest E

142 duo] verum est quod sunt duo *add.* LW 142–143 effectus] *fort.* W (*post corr.*); efficiens LQR 143 quantum … producerent] de ratione distinctorum efficientium est producere L 144 quod] quo NLW ‖ unum] *om.* LW 148–150 quod … ponitur] *om.* LW 148–149 videretur] videtur QR 150 respondeo] dico LRW ‖ prima] *om.* LW 151 supra] super LRW ‖ respondeo] dico LRW 152 quod ita] *inv.* PR; et ita W ‖ debita] determinata LMN 156 debita] determinata LN 157 eius] *om.* QR ‖ est] *om.* QR 159 nisi[1]] non QR; a L ‖ infunditur] infundatur L; infundetur B; perfunderetur QR

146–147 Cf. Alhacen, *De aspectibus* 1, c. 7 (ed. Smith, 1:55) 163–171 Fere sumpta ex Rich. de Med., *Quodl.* 1, q. 11 (ed. Boureau, 118–20)

Item per similitudinem refulgentiae luminis in superficie corporis opaci informantem oculum videtur ipsum lumen in superficie corporis opaci. 27

Similiter cum lumen fuerit congregatum in transparente, sicut videmus in radiis intrantibus per fenestras, per suam similitudinem informantem oculum videntur, quamvis ipsa similitudo informans oculum non videatur. Et illa similitudo, nisi esset res, non esset principium operationis realis, cuiusmodi est videre. Est igitur lumen visibile, sed non ut in oculo nec ut in medio depurato, sed ubi congregatur modo dicto, vel in superficie corporis opaci terminati vel in fonte suo. Unde experimur quod homo videt lumen infra palpebras, sed tunc non ponitur super organum, quia organum est ille nervus opticus. Et forte, si ut sic visibile est et secundum tale esse poneretur super oculum, nec videretur in se nec esset ratio videndi alia. Aliter tamen et secundum modum essendi oculo superpositum, etsi in se non videatur, ut ibi est, est tamen ratio videndi lumen extra et coloratum. 28

Ad secundum, cum arguitur quod illud quod potest in formam accidentalem realem consequentem aliquam formam substantialem, potest in illam formam substantialem secundum aliquem gradum, respondeo quod propositio universaliter sumpta non est vera, nisi ita consequitur formam determinatam, puta solis vel alterius corporis, quod sine illa forma determinata non posset inveniri. Nunc autem lumen non sic consequitur formam solis, quin possit sine forma solis inveniri. Luna enim recipit lumen a sole et est lumen lunae reale quid (saltem ut in luna est), quia potest in realem effectum, quia radii lunares humectant, sicut bene apparet in mirabili fluxu et refluxu maris; et tamen sol, etsi causet lumen reale in luna, non tamen potest formam solis in eam producere vel causare. Unde quod ista generabilia et corruptibilia, sicut elementa et alia, cum hoc quod causant sua accidentia in aliis, ita possunt causare formas suas substantiales, quia sicut ignis generat calidum, ita generat ignem, hoc est imperfectionis cum aliquali tamen perfectione. Accidit enim hoc propter potentiam propinquam in materia et propter imperfectionem formae, quae faciliter est et non est per transmutationem 29

Deest E

167–168 informantem] informantis BMNP 170–171 videntur] *om.* BMNP 170 oculum] ipsum *add.* Q; ipsum LW 175–176 unde … opticus] *om.* LQRW 178 aliter … essendi] alio tamen modo L ‖ secundum] alium *add.* QRW ‖ superpositum] suppositum BMNP 180 accidentalem] actualem QR 182 respondeo] dico LRW 183 consequitur] consequatur MNW; consequeretur R 184 posset] possit LQ; potest M 185 possit] potest MN; potuit BP 186 lumen[1]] suum *add.* BMNP 186–187 lumen[2] … est] reale L 186 saltem] *om.* QR 187 in luna] luna MN; lumen B; lunae P 187–188 humectant … apparet] causant lumen ut patet LW 188 mirabili] immutabili MN; mutabili B; *om.* LPW ‖ causet] esset BMNP (*sed corr. sup. lin.* P) 189 non … potest] non potest tamen MNQ; tamen non potest B ‖ in eam] in ea LW; *om.* B 192 hoc] enim *add.* L; et hoc BMNP 194–195 faciliter … naturalem] faciliter et non est per transmutationem naturalem BP (et non est *corr. in* inducitur P); et non per transmutationem naturalem W; in instanti inducitur L

187–188 Fere sumpta ex Rich. de Med., *Quodl.* 1, q. 11 (ed. Boureau, 118)

naturalem. Sed formae perfectiores, cuiusmodi est intellectiva et corporum caelestium, quia non habent potentiam transmutabilem naturaliter in materia, quae actione naturae fiat forma in actu, non possunt poni actione naturae, sed a solo Deo immediate. Unde quamvis angelus possit causare aliquod lumen sibi proprium in anima vel in alio angelo, non tamen potest causare substantiam angeli.

30 Et quando dicis quod lumen est proprium soli, ideo non invenitur in aliquo realiter nisi in sole, potest dici quod non est proprie proprium, sed convenit aliis corporibus, et non per solem (secundum aliquos). Et quamvis esset sibi proprium quantum ad causalitatem primam, ut omne lumen corporale derivetur ab illo, non est tamen sibi proprium quantum ad inhaerentiam, ut scilicet sibi soli realiter insit. Unde si ignis numquam posset ignem generare de aqua, bene tamen calefaceret aquam approximatam.

31 Ad aliud, cum arguitur quod eundem modum essendi habet lumen in medio et in organo, et in organo est sola intentio, igitur et in medio, dico quod maior est falsa, quia quanto aliquis effectus est remotior a sua causa perfecta, tanto debilius esse habet ceteris paribus. Sic lumen in oculo quam in medio, quia medium est directe oppositum soli, ut influentiam eius recipiat; non sic oculus. Et quamvis oculus possit ei directe obici, non est tamen tantae retinentiae nec receptibilitatis sicut medium forte. Minor etiam est falsa; non enim est lumen in oculo intentio, sed res, quia terminus realis actionis extra animam. Non enim sequitur 'est entitas diminutior, igitur non est entitas realis'.

32 Ad aliud quod addunt, quod forma realis eundem modum essendi habet in causa et in effectu, patet quod in causis et effectibus aequivocis est manifeste falsum. Similiter in univocis non valet quantum ad intentionem perfectionis; aliter calor productus ab igne semper esset aeque intensus calori ignis.

33 Similiter aliud quod addunt, quod forma realis educitur de potentia reali subiecti, hoc etiam falsum est. Anima intellectiva realis forma est et similiter caritas et gratia, et tamen non producuntur de potentia subiecti.

Deest E

---

195 est] sunt LW 197 poni] produci LW; *om.* P 198 angelus] a natura LW 199 alio] isto Q; *om.* LW || substantiam] animae substantiam et (vel R) QR 200–201 non … sole] etc. L 200 aliquo] alio PR 201 proprie] sibi LW; *om.* Q 203 primam] primarum MN 205–206 unde … approximatam] *om.* L 205 posset … generare] possit ignem generare B; ignem possit generare Q; possit generari W 207 essendi habet] *inv.* BMNQ 208 et[1] … medio] *om.* L || et[1]] sed BMNP || igitur … medio] *om.* W || et[2]] *om.* BMN || dico quod] *om.* QR 208–209 maior … falsa] et minor *add.* QR; minor est falsa et maior similiter LW 210 ceteris paribus] *ante* debilius (*l. 209*) LW 211 soli] sibi BMNP 213 etiam] *om.* BMNP || non … oculo] quia lumen in oculo non est LW 214 realis actionis] *inv.* LQR 216 quod addunt] quod adducit QR; cum dicitur LW 217–218 in[2] … falsum] falsum est in causis aequivocis LW 220–222 similiter … subiecti] *om.* L 220 similiter … addunt] sed dicunt W || addunt] adducit QR 221 realis … est[2]] est forma realis QR

Item falsum supponitur, quando ponitur lumen non produci de potentia subiecti. Cum enim causa originans nihil causalitatis alterius rationis dicat a causalitate efficiente (aliter essent quinque causae), si lumen solum esset ab extra per originem et non de potentia materiae, sequeretur quod crearetur, cum causalitas efficientiae non excludat creationem. Patet de intellectiva, cui tamen correspondet potentia naturalis, potentia scilicet in qua in materia (aliter non facerent naturaliter unum); quae tamen non educitur de potentia eius, sed solum ab extra creatur. 34

Item creatura, sicut non potest aliquid creare, ita nec annihilare. Unde recedente sole lumen non annihilatur; igitur corrumpitur in potentia de qua producebatur. 35

Et si opponas quod tunc, cum luna recipiat lumen a sole, si lumen educeretur de potentia lunae, luna alteraretur a sole, respondeo quod talem alterationem, quae non est cum contrarii positivi abiectione, qualis est in gignitione luminis, concedit Commentator in corporibus caelestibus super 7. *Physicorum*. 36

Deest E

223 non] *om.* LM 225 solum] solis MNW 227 efficientiae] efficiens QR ‖ correspondet] *post corr.* Q; respondet LR 229 quae] quia LQW (*corr. ex* quae Q) 230 sicut … annihilare] non potest aliquid annihilare sicut nec (*om.* W) creare LW 232 et … quod] contra LW 234 contrarii positivi] contrario positivo Q; contrario possibili W; contrario possibile L 235 super … Physicorum] 7. Physicorum *ante* in LW

⌈Quaestio 2:
Utrum lux sit per se et primum obiectum visus⌉

1 Quaeritur secundo utrum lux sit per se et primum obiectum visus.

2 Quod non:

1. Quia unius potentiae est unum per se et primum obiectum; sed primum obiectum visus est coloratum; non igitur lux. Minor probatur per Commentatorem super 2. *De anima* comm. 65, qui dicit quod haec est per se secundo modo 'color est visibilis,' sicut haec 'homo est risibilis'; sed passio propria convenit uni primo; igitur color est primo visibilis.

3 2. Item si color non esset primo visibilis, sed mediante alio quod primo videretur, tunc comparatio coloris ad visibilitatem non esset prima, sed secundaria, accidentalis et non essentialis. Cuius oppositum dicit Commentator comm. 64 super 2. *De anima*, volens quod haec passio visibilitas insit colori primo et non alii prius et immediatius. Dicit quod, si per habitum vel formam aliam esset visibilis, ita quod illi prius conveniret passio ista quae est visibilitas, tunc comparatio visibilitatis ad colorem esset accidentalis et secundaria, non prima, et non esset immediate per naturam suam causa illius passionis. Quod habet pro inconvenienti, et non solum ipse, sed etiam Philosophus definiens colorem sic, quod color est motivus diaphani secundum actum et haec est ipsius natura; igitur passio haec primo convenit colori nulla alia natura mediante, et ita color est primum visibile.

4 3. Item de ratione potentiae organicae est quod eius obiectum sit natura aliqua determinata; huiusmodi est color, non lux, quia color est extremitas perspicui in corpore terminato. Et signum huius est quod Pythagorici vocabant colorem superficialem apparentiam secundum Philosophum *De sensu et sensato*.

Rursus adest E *inde a l. 1*

---

1 quaeritur secundo] quaeritur PR; *om.* L 2 non] videtur *add.* BMNP 4 non … lux] *post* visibilis (*l. 7*) LW ‖ minor … per] quia (*om.* L) secundum LW 5 super … 65] comm. 65 super 2 Q; super 2 comm. 65 R; comm. 65 ELW ‖ qui … quod] quod EQR; et L; *om.* W ‖ haec est] homo est risibilis BP 8 esset] est EQRW; sit L 8–9 sed … videretur] *om.* L ‖ videretur] videtur RW 10–11 comm. … anima] 2. De anima comm. 64 LW 12 dicit] ubi *praem.* LW; enim *add.* E 13–14 tunc … visibilitatis] ut comparatio visibilitatis BM; *om.* P 14–15 et[1] … passionis] *om.* L 14 et[1] … prima] non prima sed secundaria EQRW 16–17 definiens … quod] qui sic definit colorem LW 17 motivus] motus BMNP ‖ natura] et est 3. De anima comm. 65 *add.* BMNP 18 haec] visibilitatis LW; *om.* E 20 obiectum] subiectum ELQW (*sed corr.* Q) 22 et … huius] cuius signum LW

4–6 Cf. Averr., *In De an.* 2, comm. 67 (ed. Crawford, 233) 10–15 Cf. ibid. 16–17 Cf. Arist., *De an.* 2, c. 7 (418a 31 – b 2) 22–23 Cf. Arist., *De sensu*, c. 3 (439a 30–31)

Ad oppositum est Commentator super 2. *De anima* comm. 70: "lux enim est visibilis per se, color autem est visibilis mediante luce". 5

Item quandocumque aliquod obiectum est primum respectu alicuius potentiae primitate adaequationis, quidquid movet potentiam istam ipsam immutando ad actum primum, movet sub ratione illius; sed aliquid movet visum ad actum videndi non sub ratione qua coloratum; quare color non est primum obiectum. Minor patet de his quae movent de nocte, quorum nullum movet sub ratione qua coloratum secundum Philosophum 2. *De anima* cap. 9 de visu versus finem, ubi dicit Commentator quod visibilium quiddam est color et quiddam non est color; et illa quae videntur et non sub ratione coloris, videntur in obscuro. Ex quo manifeste patet quod color non est primum obiectum primitate adaequationis, ita quod nihil videtur nisi sub ratione eius. 6

⌈SOLUTIO

OPINIO PRIMA⌉

Ad istam quaestionem dicitur quod color est primum visibile: 7

1. Quia omnia quae videntur, videntur sub ratione coloris. Unde si lumen videatur diffusum super corpus terminatum, videtur sub ratione coloris.

2. Item lumen est medium videndi respectu oculi; igitur non est obiectum visus sub propria ratione. Consequentia patet, quia differentia est inter potentiam materialem et immaterialem, quia potentia immaterialis potest cognoscere obiectum et medium quo cognoscitur (et hoc tam medium in quo aliquid cognoscitur quam medium quo), sicut intellectus noster potest cognoscere lumen intellectus agentis, in quo intelligit, et etiam speciem, qua intelligit (et hoc ideo, quia potentia immaterialis est reflexiva super se et super suum medium cognoscendi); sed in potentiis materialibus numquam medium cognoscendi est obiectum. Cum igitur lumen sit medium videndi, sequitur quod non est obiectum visibile. 8

24 enim] *om.* LRW 27 potentiam … ipsam] potentiam illam R; potentiam ipsam LW; illam ipsam MNP ; ipsam B 28 primum] primo LQW; *om.* R 29–30 qua … minor] colorati sicut (ut L) LW 29 color] coloratum EQR 31 2] 3 ELW ‖ cap. … visu] cap. 12 de visu BMNP; cap. 4 de visu E; *om.* L ‖ versus finem] *om.* LW 32 Commentator] et est comm. 70 *add.* BMNP; *om.* RW ‖ quiddam[1]] quoddam BNPQ; quod M; quidem R; quid daret L ‖ quiddam[2]] quoddam BNQ; quod M; quid daret L 33 et[2]] *om.* LW ‖ quo] quibus LQRW 33–34 manifeste] *om.* LW 34–35 primitate … eius] *om.* L 35 videtur] videatur BEPQ 36 color … visibile] color est primum obiectum visus et primum visibile W; primum obiectum visus est color L 39 visus] visum BEMW (*sed corr.* W) 44 et[1] … intelligit[2]] *om.* (*hom.*) W ‖ etiam] *post* speciem EQR; *om.* L ‖ qua] quam LM

24–25 Averr., *In De an.* 2, comm. 72 (ed. Crawford, 240) 30–31 Cf. Arist., *De an.* 2, c. 7 (419a 1–6) 32–33 Cf. Averr., *In De an.* 2, comm. 72 (ed. Crawford, 239)

3. Item ad hoc videtur Damascenus lib. 2 cap. 26 (vel 34 secundum Lincolniensem); capitulum sic incipit: "sensus est virtus animae". Ubi dicit: "sentit autem visus secundum primam quidem rationem colorem".

⌈CONTRA OPINIONEM⌉

Sed re vera ista opinio negat sensum. Nam illud, quo circumscripto potest aliquid vere videri, non est primum obiectum, cum in quolibet per se viso salvetur ratio primi obiecti. Sed posito quod non esset color in rerum natura et esset oculus in medio, posset videre solem, hoc est ipsum lucidum. Et etiam de facto quilibet potest experiri hoc, quod de die, cum sol est super nos, avertendo oculos ab omni colorato et convertendo intuitum ad ipsum solem videt illud corpus lucidum; et certum est quod non sub ratione coloris, cum colorem nullum habeat. Igitur color non est primum visibile.

11 Unde, qui negat lucidum videri et quod non potest aliquid videri nisi sub ratione coloris, ipse negat proprium sensum. Et hoc expresse dicit Commentator in argumento primo ad oppositum quaestionis. Unde hoc est ita manifestum quod per nihil notius probari potest. Unde dicit Avicenna 6. *Naturalium* parte 3 cap. 1: "lux vocatur illud quod habet sol et luna, et est illud quod videtur per se ipsum, ita ut non discernatur esse albedo aut nigredo aut rubor aut aliquis aliorum; et hanc qualitatem apprehendit visus in sole".

12 Certum est igitur quod color videtur a visu, sed non nisi in lumine secundum determinationem Philosophi 2. *De anima* cap. 9 de visu; et lux etiam videtur, et non mediante colore. Ideo tota difficultas est quid istorum est primum obiectum.

⌈OPINIO ALIQUORUM⌉

13 Ideo dicunt aliqui quod utrumque videtur per se a visu et neutrum sub ratione alterius, nam quamvis ad hoc, quod color videatur, requiratur lumen propter me-

48 ad … videtur] *om.* LW ‖ 26 … 34] 62 vel 34 B; 16 vel 34 (24 W) ELQW; 18 R 48–49 Lincolniensem] litteram LW 49 capitulum … animae] *om.* L ‖ capitulum] tantum QR; *om.* E ‖ ubi dicit] dicit quod LW 49–50 sentit … colorem] visus sentit colorem secundum propriam (propinquam L) rationem LW 50 primam] propriam QR 51 ista] ipsa Q; illa R; haec LW 53 posito … natura] non exsistente colore L ‖ non] nullus BMNP 55 quod] quia LNW 59 et … nisi] et non EQRW (*sed* nisi *add. sup. lin.* QW); nisi L 60–62 et … potest] secundum etiam Commentatorem ut supra allegatum est L 61 manifestum] per se *add.* EW 62 per] *om.* EN ‖ cap. 1] cap. 2 BMNP; *om.* L 64 aliquis aliorum] aliquorum colorum MNP; aliorum colorum B; aliquis color L 67 cap. … visu] *om.* L ‖ visu] et est comm. 65 *add.* BMNP 68 non] nisi *add.* BM NP ‖ colore] secundum Commentatorem comm. 66 ibidem *add.* BMNP ‖ quid] Q; quod *cett.* 69 ideo … aliqui] alii dicunt LW 70 requiratur] requiritur LPRW

48–50 Ioan. Dam., *De fide orth.*, c. 32 (ed. Buytaert, 125) 60–61 Cf. supra, n. 5 62–65 Cf. Avic., *De an.* 3, c. 1 (ed. Van Riet, 170–71) 66–67 Cf. Arist., *De an.* 2, c. 7 (418b 2–3)

dium et organum visus, ut sint susceptiva speciei coloris, tamen propter colorem non requiritur lumen secundum Commentatorem super 2. *De anima* comm. 66.

Et si opponas quod unius potentiae unum est obiectum formale, sub cuius 14
ratione formali omnia videntur, responderi potest quod hoc non est verum uni-
versaliter. Intellectus enim, cum sit totius entis et in omnibus entibus, non est
aliqua ratio formalis univoca; ideo non est dare aliquod obiectum formale pri-
mum intellectus. Et quia sensus visus inter omnes particulares sensus est perfec-
tior et virtuosior et plures rerum differentias demonstrat secundum Philosophum
1. *Metaphysicae*, ideo ipsius non est unum obiectum formale, sed potest per se in
plura et in neutrum illorum per aliud in ratione obiecti, sed secundum propriam
rationem in utrumque, et talia sunt lux et color. Et ita est potentia una formaliter,
et virtualiter tamen est plures. Vel si aliqua unitas attributionis debet esse, tunc
color videtur in attributione ad lumen, quia non nisi in lumine, non tamen sub
ratione luminis, tamquam lumen sit semper primum inclusum in quolibet visibili.
Certum est enim quod motus et figura et magnitudo videntur, et tamen in sui ra-
tione non includunt lumen nec colorem, quamvis habeant colorem accidentaliter
coniunctum eis.

⌈OPINIO PROPRIA⌉

Si tamen velitis habere unum primum obiectum, cuius ratio salvetur per se 15
in quolibet visibili proprio, ut proprium distinguitur contra sensibilia communia,
tunc non sunt nisi duae viae ponendi hoc: uno modo quod lux et color includant
aliquam qualitatem communem quae primo sit visibilis primitate adaequationis,
ut nihil videatur nisi sub ratione illius, licet illi qualitati non sit nomen impositum;
vel quod lux sit de compositione coloris et ita lux sit primo visibilis et color non
nisi participatione lucis.

Primum est difficile ponere, quia cum omne per se obiectum et primum ali- 16
cuius potentiae percipiatur ab ipsa potentia et mediante potentia possit percipi
a potentia superiori, cum nec visus nec aliquis alius sensus nec etiam intellec-

74 responderi] dici LRW 76 univoca] unita M; unica EQR; u^{ca} L ‖ ideo … est] non enim est EQR; non est W; non erit L ‖ formale] *post* primum (*ll. 76–77*) BMNP; *om.* L 79 potest] *post* se BMNP 82 et … plures] virtualiter tamen plures N; tamen virtualiter plures W; plures tamen virtualiter L 83 quia … lumine] *om.* L ‖ non^{1}] est *add.* EQRW 85 figura et] linea et EQR; *om.* LW ‖ et^{3}] *om.* LQRW 86 non] *ante* tamen (*l. 85*) LW 88–89 si … proprium] ad ponendum autem unum proprium et primum obiectum ut L 88 velitis] velint N; velit B; velis R 90 includant] includunt BE LW 93–100 et^{2} … visibilis] *om.* (*hom.*) B 95 omne] esse MN 96 percipiatur] *post corr.* Q; percipitur ERW; participatur L ‖ potentia^{2}] illa *praem.* PQR (*sup. lin.* P, *in marg.* Q); ipsa LW ‖ possit] *corr. ex* sit E; potest LMW

71–72 Cf. Averr., *In De an.* 2, comm. 67 (ed. Crawford, 233–34) 77–79 Cf. Arist., *Metaph.* 1, c. 1 (980a 23–27)

tus mediante sensu indicet vel percipiat aliquam naturam eis communem nisi qualitatem quae est genus utriusque, sequitur tunc quod vel nulla est qualitas talis communis quae sit primo visibilis, vel si est qualitas et ambo videantur, quia primo qualitas videtur, sequitur quod quodlibet includens rationem qualitatis videatur, et ita sapor per se videbitur. Ponere enim aliquod obiectum primum potentiae de quo nec ipsa potentia nec aliqua alia possit distincte iudicare et distincte percipere ab aliis quae ratione illius percipiuntur, videtur irrationale, cum prima ratio obiecti sit notissima et maxime perceptibilis.

17 Ideo videtur mihi esse dicendum cum Avicenna et Commentatore quantum ad hoc, quod lux est primum visibile simpliciter et nihil est visibile nisi lux vel participans lucem; et quia lux est de compositione coloris, ideo color videtur sub ratione qua participat lucem. Quod autem lux sit de compositione coloris patet per Avicennam 6. *Naturalium* parte 3 cap. 3: "lux est pars compositionis huius visibilis quod vocamus colorem, et est quiddam quod cum admixtum fuerit colori qui est in potentia, ex utroque proveniet illud quod est color in effectu propter commixtibilitatem; si autem non fuerit haec aptitudo, erit lumen et splendor per se tantum; lux enim est sicut pars eius quod color est et commixtio eius, sicut albedo et nigredo habent commixtiones ex quibus accidunt alii medii colores". Haec Avicenna.

18 Item Commentator in tractatu *De sensu et sensato* cap. quod sic incipit "dicamus igitur quod obiecta diversificantur" etc. dicit expresse quod lux est de intrinseca compositione colorum, ut sicut elementa concurrunt ad compositionem corporis mixti et manent in eo, sic qualitates primae corporum elementarium concurrunt ad compositionem qualitatis corporis mixti, cuius corporis qualitas inter alias est color.

19 Et de multis dictis suis ibidem adduco unum, ubi dicit sic: "quemadmodum color albus est vilior luce, cum sit ex ea, ita etiam alii colores sunt albo viliores et nigro, cum fiant ex eis, quia colores fiunt ex albo et nigro secundum magis et minus et diversificantur in hoc diversitate infinita". Ecce quod, sicut medii colores

98 indicet vel] *om.* LW ‖ percipiat] participat QR 100 videantur] videntur LW 102 videatur] videtur LRW; *om.* B ‖ per … videbitur] per se videtur RW; *om.* L ‖ enim] igitur BR 103 quo] qua ELW ‖ nec[1]] non BMNP ‖ potentia] forma BMP 105 sit] debet esse LW 106–107 quantum … hoc] *om.* LQR 107 nihil] non BEMNP 114 enim] vere E; vero L; *om.* W ‖ est[1]] videtur W; *om.* BELMP ‖ quod] quia BMN ‖ et] *om.* BMNP 115 alii] *om.* LW 117 Commentator … tractatu] Commentator LR; *om.* W ‖ quod … incipit] *om.* LW 119 compositionem] *post corr.* Q; constitutionem BLMNP 123 ubi dicit] dicit enim LW 124 albus] alius BEM NPQ; albor (!) R ‖ ea] eo BEMNP (*sed corr.* P) 125–126 secundum … infinita] *om.* L 126 diversificantur] diversantur BEPQ 126–127 sicut … compositione] lux est de compositione coloris L

109–115 Avic., *De an.* 3, c. 3 (ed. Van Riet, 192) 117–122 Cf. Averr., *In De sensu* (ed. Shields-Blumberg, 13–18) 123–126 Ibid. (18)

componuntur ex extremis, ita colores extremi habent lucem de sui compositione. Est igitur lux primum visibile et, quidquid videtur, videtur inquantum participat lucem intrinsece, sicut colores, vel extrinsece, sicut alia visibilia communia et per accidens.

Quod tamen usitatius dicitur color esse primum obiectum, ut distinguitur contra lucem extrinsecam solis vel aliorum corporum, hoc pro tanto dicitur, quia est obiectum magis proportionale oculo nostro quam lux, cum tamen lux in se sit magis visibilis oculo acuto sicut oculo aquilae. Est tamen lux primum obiectum cuiuslibet oculi, cum possit videri nullo colore viso et non e converso. Unde Commentator super 3. *De anima* comm. 36, in magno commento secundo, bene ante medium dicit sic: "non enim sequitur ut illud quod est visibile in se sit magis visibile apud nos, verbi gratia color et lumen solis; color enim minus habet de intentione visibilitatis quam sol, cum color non sit visibilis nisi per solem, sed non possumus aspicere solem sicut colorem; et accidit hoc visui propter mixtionem materiae". Haec ille.

⌈ARGUMENTA CONTRA OPINIONEM PROPRIAM⌉

Sed contra. Quod lux non sit de essentia coloris, arguitur: 21

1. Quia secundum Philosophum 2. *De anima* cap. de visu quarundam rerum videtur lux sive lumen in tenebris, sed non videtur eorum proprius color; cuiusmodi sunt noctilucae et cornua et capita piscium. Sed si lumen esset de essentia coloris eorum aut essentia tota, non videretur unum sine alio; igitur lumen non est coloris essentia nec de eius essentia.

2. Item nullum simplex in essentia componitur ex principiis essentialiter distinctis; color est forma simplex et omnis forma in simplici et invariabili essentia consistit; quare color non est compositus ex luce et alia natura. Lux igitur non est de compositione coloris. 22

---

127 sui] sua BMNP; *om.* Q 128–130 et … accidens] *om.* L 129 lucem] lumen W; luce EQR 131 color esse] color est BMNP; quod color est L 132 corporum] colorum LQW; *om.* E 134 aquilae] et *add.* ELQRW (*sed del.* Q) ‖ est … lux] cum (*corr. in* tamen W) lux est LW; est tantum (*corr. in* tamen Q) lux QR 135 videri] videre BEMNP 136–137 comm. … medium] *om.* L 136 36] 35 EQR; 30 M; 15 W 136–137 in … medium] *om.* W ‖ bene … medium] *om.* EQR 141 ille] Anselmus De concordia cap. 11 dicit visus habet aptitudinem ad videndum lucem et per lucem ad videndum figuras et colores *add.* BMN; *cf. Ans. Cant., De conc., q. 3, c. 11* (*ed. Schmitt, 2:281*; *PL 158, 535D*) 142 sed] et EQ; *om.* LRW 144 sive lumen] *om.* LW 145 et[1] … piscium] etc. LW ‖ piscium] et est comm. 70 *add.* BMNP 146 coloris] corporis BP 150 quare] igitur LRW 150–151 et … coloris] etc. L; igitur etc. W

136–141 Averr., *In De an.* 3, comm. 36 (ed. Crawford, 488) 143–145 Cf. Arist., *De an.* 2, c. 7 (419a 1–6) 149–150 Cf. Anon., *Sex princ.*, c. 1, n. 1 (ed. Minio-Paluello, 35); *Auct. Arist.*, n. 1 (ed. Hamesse, 306)

⌈RESPONSIONES AD ARGUMENTA⌉

23 Ad primum dico quod, si lux sit de essentia coloris, in colore tamen toto sunt duo formaliter distincta, quamvis sint idem per identitatem in tertio. Et tunc ad argumentum dico quod illa quae videntur in tenebris, videntur sub ratione qua lucida et non sub ratione qua colorata accipiendo coloreitatem pro illa reali formalitate quae concurrit cum luce ad constitutionem coloris. Nec est inconveniens quod aliqua distincta formaliter idem, tamen per identitatem sic se habeant ad potentiam quod totum videatur sub una formalitate et sub alia non videatur. Patet quod intellectus potest videre differentiam quae dicit totam realitatem hominis per identitatem, non videndo animal. Sic hic.

24 Vel potest dici quod illa qualitas quae de nocte videtur, non est color nec aliquid coloris, sed lux incorporata eis.

25 Item argumentum est ad oppositum. Si lux videtur et color non, ut arguunt, tunc color non est primum obiectum primitate adaequationis, licet sit primum et proportionale quoad nos.

26 Ad aliud dico quod color, etsi habeat lucem de compositione sui, non tamen sequitur quod componitur ex diversis essentiis. Bene enim aliqua separatim existentia sunt diversa per essentiam, et tamen, cum uniuntur in aliquo, sunt per identitatem idem. Patet de vegetativa et sensitiva, quae in planta et capra sunt diversa essentialiter, in homine autem sunt idem per identitatem. Tantam tamen diversitatem non pono inter lucem et colorem, quia licet lux sit sine colore, non tamen e converso; et ideo sunt in colore idem per identitatem, non tamen formaliter.

⌈AD ARGUMENTA PRINCIPALIA⌉

27 Ad primum principale, cum accipitur quod color est primum obiectum visus, nego de primo simpliciter; est tamen per se visibile. Sed lux est primum visibile simpliciter.

28 Ad probationem, cum dicitur per Commentatorem quod haec est per se secundo modo ‘color est visibilis’, respondeo quod accipit ibi colorem pro toto composito ex luce et colore. Et tunc, quod passio ista immediate inest colori, non est ratione formalitatis distinctae contra lucem, sed ratione luminis primo, ita quod haec est per se secundo modo ‘color est visibilis’ ratione luminis inclusi in colore.

---

152 primum] illorum *add.* LW ‖ toto] *om.* MN 154 dico] *om.* ELQRW ‖ in … videntur²] videntur BMP; *om.* (*hom.*) NQR (*sed add. in marg.* Q) 159 dicit] *post* hominis LW; importat *post* hominis QR (*in marg.* Q); *om.* E 164 tunc] igitur LW; *om.* E 166 dico … etsi] licet color LW ‖ dico] *om.* EQR 167 sequitur quod] *om.* LW ‖ bene enim] bene enim est N; bene est M; unde R; quia licet L; *om.* W 167–168 exsistentia] ex natura ELQRW 174 accipitur] arguitur BW; dicitur L 177 cum … Commentatorem] quando Commentator dicit LW 178 respondeo] dico LRW

Ad secundum, quod obviat huic responsioni, cum arguitur quod, si color videretur per aliud, ut per lumen, tunc comparatio visibilitatis ad colorem esset secunda, non prima, accidentalis et non essentialis, quod negat Commentator, respondeo quod Commentator vult, et bene, quod color non videtur ratione luminis extrinseci diffusi super colorem, quasi color non esset actu visibilis ex intrinseca ratione, sed per lumen extrinsecum, ut visibilitas consequitur aliquid extrinsecum immediate et non colorem. Sed quia primum obiectum salvatur in intrinseca ratione coloris, ideo color ratione illius est visibilis immediate, sicut Socrates est risibilis immediate, quia non per medium extrinsecum, sed ratione qua homo, quia homo intelligitur in Socrate. 29

Sed contra istam responsionem, quae dicit quod color est actu visibilis de se sine lumine extrinseco, et ita lumen extrinsecum non requiritur propter colorem, ut sit actu color, est Avicenna 6. *Naturalium* parte 3 cap. 1: "corpus, cuius color solet videri, cum non fuerit illuminatum, fiet obscurum, et tunc non erit in eo certissime color in effectu". Igitur lumen extrinsecum concurrit ad entitatem coloris in actu. 30

Item lumen extrinsecum non requiritur propter visum nec propter medium, igitur propter colorem, ut sit actu color. Probatio primi, quia oculus exsistens in tenebris videt ea quae sunt in lumine. Unde Avicenna 6. *Naturalium* parte 3 cap. 2 dicit: "quamvis in aere non sit aliquid lucidum, tamen non prohibet apprehendi illuminatum", distans scilicet. Igitur si candela esset in angulo domus et medium inter oculum et candelam esset obscurum, candela videretur et tamen oculus esset in tenebris. Non igitur requiritur lumen propter oculum. Nec propter medium. Probo, quia color potior est ad immutandum medium non illuminatum actu quam species eius, quia tota virtus speciei coloris est in colore et maior; sed si pars medii versus obiectum sit illuminata parte autem versus oculum manente tenebrosa, nihilominus res videtur secundum Avicennam supra; quod non esset verum, nisi similitudo coloris possit immutare medium obscurum versus oculum et ita oculum, quia oculus nihil videt nisi per speciem receptam; igitur si color esset actu in tenebris, posset se multiplicare per totum medium tenebrosum et videri. Restat igitur quod lumen non est necessarium ad actum videndi nisi 31

183–185 quod[1] … Commentator] *om.* L 185 non[1] … Commentator] etc. W ‖ et] *om.* EQR 185–186 respondeo] dico LRW 187–188 super … ratione] *om.* L 187 quasi] quod MN 191–192 sed … Socrate] *om.* LW 192 quia … intelligitur] qui homo includitur QR; intra E 200 ut … color] *om.* LW 202 2] 32 Q; 33 R; 3 E ‖ dicit] quod *add.* LQRW 202–203 apprehendi] apprehendendi BMP 207 quam] quia LW ‖ est] *post* colore BMNP 208–209 obiectum … manente] oculum sit L 208 autem] alia BMNP; *om.* W ‖ oculum] obiectum EQR; obiectum *add.* W 210 possit] posset BMNP 213 videndi] *om.* EW

195–197 Avic., *De an.* 3, c. 1 (ed. Van Riet, 175) 200–217 Fere sumpta ex Rich. de Med., *In Sent.* 2, d. 13, a. 2, q. 4, resp. (ed. Brixiae 1591, 164a–b) 201–203 Cf. Avic., *De an.* 3, c. 1 (ed. Van Riet, 174)

propter obiectum videndum; sed si color esset actu color in tenebris, lumen non esset necessarium ad hoc quod color esset in actu secundo gignitionis speciei, sed vel propter medium vel oculum vel utrumque; quare color in tenebris non est actu color.

32 Contrarium huius dicit et docet expresse Commentator super 2. *De anima* comm. 66, quod lumen extrinsecum non est necessarium propter obiectum, quin color in tenebris actu sit color et actu moveret, quantum est de se, sed medium non illuminatum non est susceptivum speciei eius, quamvis contrarium videatur dicere super 3. *De anima* comm. 35, ubi dicit quod, sicut intellectus agens facit intelligibilia in potentia actu intelligibilia et intellectus recipit illa, sic lux est efficiens colorem et diaphanum recipit. Sed hanc efficientiam intelligo quantum ad primam generationem coloris, quia ibi concurrit corpus lucidum in ratione efficientis, cum lux, ut dixi, sit de compositione eius.

33 Cum enim color sit qualitas corporis mixti et per consequens realis qualitas habens contrarium, non potest induci vel educi de subiecto nisi per motum et sensibilem alterationem. Sed nunc est sic quod homo non experitur se totiens mutari a contraria qualitate in contrariam, quotiens est primo in tenebris et postea in lumine; quod tamen necesse esset, si color non esset in actu nisi in praesentia luminis extrinseci.

34 Item tunc qualitas realis, ut albedo, habens contrarium subito generaretur sine alteratione praevia, sicut lumen subito se diffundit, cum tamen habere contrarium sit ratio quare subiectum movetur successive a termino in terminum.

35 Ideo dico ad Avicennam, cum arguitur contra responsionem ad secundum principale quod color non est in effectu nisi in lumine, quod loquitur quantum ad actum secundum, non quantum ad colorem in actu primo, quia non est actu movens diaphanum habens effectum suum secum, scilicet speciem in medio, nisi in lumine; sed hoc non est propter defectum coloris, quasi non sit actu color nisi in lumine, sed propter defectum medii, quia color non est immutativus nisi diaphani actu lucidi secundum definitionem coloris quam ponit Philosophus 2. *De anima*.

---

216 vel[1]] *om.* MN ‖ vel[2]] propter *add.* LW ‖ vel[3]] propter *add.* LW ‖ quare] igitur LRW; quia E 218 dicit … docet] dicit RW; docet L ‖ 2] 3 MNQR 221 non[1]] LQ (*in marg.* Q); *om. cett.* 221–222 videatur dicere] *inv.* LQRW 223 in … intelligibilia[2]] potentia actu intelligibilia EQR; in actu LW 226 eius] coloris LRW 228 vel educi] *om.* LW 231 in praesentia] praesentia M; per praesentiam LW 233 item tunc] tunc etiam W; et sic etiam L 236–237 ideo … principale] ideo dico ad Avicennam W; dico quod Avicenna dicens L 237 effectu] actu LW 240 quasi] quod MP ‖ in[2]] *om.* MNP 242 secundum … anima] *om.* L ‖ quam … Philosophus] quem ponit Philosophus BMNP; *om.* W

218–221 Cf. Averr., *In De an.* 2, comm. 67 (ed. Crawford, 233–34) 222–224 Cf. ibid. 3, comm. 36 (499) 242 Cf. Arist., *De an.* 2, c. 7 (418a 31 – b 2)

Ad secundum, cum arguitur ad idem quod lumen non requiritur propter oculum vel medium, igitur tantum propter colorem, ut sit actu color, nego, immo requiritur propter oculum et medium. Sicut enim medium non recipit motionem coloris nisi sit actu lucidum secundum aliquem gradum, ita nec oculus movetur a medio nisi organum perfunditur lumine saltem vel intrinseco naturali vel extrinseco accidentali. 36

Et quando dicit Avicenna quod obiectum illuminatum multiplicat per medium obscurum, accipit ibi obscurum pro imperfecte illuminato, quia si obiectum sit in magno lumine, licet medium sit imperfecte illuminatum, multiplicatur species, sed si esset omnino lumine privatum, nullam speciem reciperet, quantumcumque obiectum esset in perfecto lumine. 37

Ad tertium principale, cum arguitur quod obiectum potentiae organicae est quid determinatum, lux autem est qualitas indeterminata, color determinatus, quia extremitas perspicui in corpore terminato, respondeo quod lux non est sic indeterminata res quod sit illimitata vel a materiali subiecto omnino subtracta, ut sic tantum sit intelligibilis et non visibilis, sed sicut est in se indeterminatior quam color, ita est minus proportionalis oculo nostro quam color; tamen ex hoc non est omnino non visibilis sicut sonus vel sapor. Nec pono quod videatur nisi vel in corpore terminato proprio termino, sicut in sole vel luna, vel ut diffunditur super corpus opacum hic inferius, quia ut est in natura transparenti, sicut in aere ponitur male terminato, non videtur ab oculo nostro, sed solum quando congregatur, sicut cum radii transeunt per fenestram, vel duobus modis aliis praedictis. 38

⌈AD ARGUMENTA OPINIONIS PRIMAE⌉

Ad primum opinionis, cum accipit sine probatione quod omne quod videtur videtur sub ratione coloris, nego hoc, quia sensus dicit oppositum, cum videam solem nullo colore viso. Unde lux proprie loquendo non est medium videndi, sed obiectum. Lumen autem quod est similitudo lucis in sole, etsi sit medium videndi lucem, est actu visum super corpus opacum. Et illud lumen diffusum super corpus opacum gignit similitudinem suam in oculo, quo videtur; et illud 39

244 igitur … color] *om.* LW 244–245 immo … recipit] *om.* B ‖ immo … medium[1]] *om.* L 247 perfunditur] perfundatur LW; perfuderit (*post corr.*) Q; perficiatur R 248 accidentali] actuali MNP 250 accipit] accipitur EW ‖ imperfecte] imperfecto BMNP 255–256 lux … terminato] etc. L ‖ color … terminato] etc. W 255 determinatus] determinatur EQR 256 corpore] colore MN ‖ respondeo] dico LRW ‖ sic] *ante* est MNP; *om.* L 257–258 quod … visibilis] *om.* L 257 quod] quae BMN ‖ illimitata] *post corr.* Q; illuminata BM ‖ subtracta] abstracta EQR 258 et] *om.* EQR 261 proprio termino] *om.* LW ‖ vel[1]] in *add.* BMN (*sed del.* N) 262–263 ut … terminato] aut in aere non terminatur L 262 natura] omni EQW; corpore R 265 ad … opinionis] primae *add.* N; ad primam opinionis (*vel* opinionem) QRW; ad primam opinionem BM 266 hoc … oppositum] *om.* L ‖ hoc] *om.* BW 269–270 et … opacum] et illud lumen diffusum super R; et illud lumen sic diffusum L; *om.* (*hom.*) W

lumen genitum in oculo est minoris realitatis quam lumen gignens. Lumen autem quod est similitudo lucis in sole est res perfectior quam similitudo coloris, cum sit perfectioris qualitatis similitudo.

40 Ad aliud, cum arguitur quod lumen est medium videndi, igitur non est obiectum per se visum, respondeo quod verum est de illo quod est medium tantum, 275 non natum videri nisi actu reflexo; cuiusmodi est species in intellectu. Tale non est lumen respectu oculi. Quamvis enim sit medium perfundens oculum et medium, ut actus videndi habeatur et ut in oculo est, non videatur, videtur tamen directo aspectu extra in sole vel ut reflectitur in corpus opacum extra.

41 Ad tertium per Damascenum, quod visus sentit colorem secundum primam 280 rationem, respondeo: loquitur quoad primitatem proportionis, non quoad primitatem simpliciter; vel accipit colorem includentem lumen et ratione luminis videtur primo.

42 Et sic patet ad argumenta.

---

275 respondeo] dico LRW 279 directo] directe LR ‖ in[1] … extra[2]] *om.* L ‖ in[2]] ad EQR; super W 281 respondeo] dico LRW (quod *add.* LW) 281–282 loquitur … primitatem] Damascenus intendit de primitate proportionis non de primitate L 281 loquitur] primo *add.* EQR (*sed del.* Q) 282 includentem] includere E; prout includit (includitur W) LW 284 argumenta] quaestionem et ad argumenta BE; quaestionem et argumenta PQ; quaestionem R; opposita L

⌈Quaestio 3:
Utrum lux multiplicatur in medio in instanti vel tempore⌉

Tertio quaeritur utrum lux multiplicatur in medio in instanti vel tempore.

Dico quod lux in medio multiplicatur in instanti.

Et hoc dicit Commentator 2. *De anima*, ubi dicit sic: "aliqua sunt quae habent fieri in non tempore, sed in instanti, sicut lux candelae in medio".

Item arguitur hoc idem sic: quando agens est sufficiens et subiectum convenienter dispositum, si forma quae debet induci sit permanens, inducitur in instanti; sed in productione lucis agens est sufficiens et subiectum sufficienter dispositum et forma inducenda, scilicet lux, est permanens forma; quare in instanti in ipso medio inducetur et per consequens ipsum in instanti illuminabit. Quod est propositum.

1–10 tertio … propositum] *om.* EQR 1 multiplicatur] multiplicetur MN ‖ in²] *om.* NW ‖ vel] in *add.* LW 2 dico … multiplicatur] ad istam quaestionem dico non W; et dico quod L 3 dicit¹] vult LW 4 in²] *del.* N; *om.* BM ‖ medio] item super 4. Physicorum comm. 129 nos videmus transmutabilia quae fiunt in non tempore ut illuminatio totius horizontis a sole et totius domus a candela *add.* BN (*post l. 10* B); *cf. Averr., In Phys. 4, comm. 129* (*ed. Iuntina, 4:201C*) 5 arguitur … idem] hoc idem ostendo per rationem W; hoc ostenditur per rationem L 5–10 convenienter … propositum] est (*om.* L) dispositum sufficienter et forma quae induci debet est permanens talis forma inducitur in instanti sed sic est de luce quare (igitur L) etc. LW 9–10 propositum] quarto quaeritur utrum posito vacuo inter caelum et terram posset sol causare hic lumen suum in terra quaere quaestionem istam apud *add.* W; utrum posito vacuo inter caelum et terram posset sol creare lumen hic in terra quaere quaestionem ultimo quaterno super tertium apud Ware ibi quaeritur quaestio et determinatur secundum propriam meam conceptionem et est quaestio tertia de lumine et quaeritur hic quia verius est et bona *add.* E

3–4 Cf. Averr., *In Phys.* 6, comm. 32 (ed. Iuntina, 4:265M)

⌈DISTINCTIO 14

Quaestio unica:

UTRUM ACTIO SECUNDUM QUOD EST RES PRAEDICAMENTALIS SIT SUBIECTIVE ET INFORMATIVE IN EO QUOD AGIT VEL IN EO QUOD PATITUR⌉

Utrum actio secundum quod est res praedicamentalis sit subiective et informative in eo quod agit vel in eo quod patitur. 1

Et quod sit subiective in eo quod agit, probo: 2

1. Quia in eodem subiecto est relatio et suum proprium fundamentum, quia relatio numquam est realiter in aliquo nisi mediante proprio fundamento, sicut patet universaliter in omnibus; sed relatio patris ad filium et cuiuslibet activi ad patiens est in ipso activo; igitur et proprium fundamentum illius est in eodem. Sed proprium fundamentum paternitatis est ipsa potentia activa secundum quam agit vel egit. Sed agere vel egisse includit actionem de praesenti vel de praeterito tamquam fundamentum relationis paternitatis. Quare, sicut paternitas est in patre, ita actio. Assumptum patet per Philosophum 5. *Metaphysicae* cap. de ad aliquid: "pater filii pater dicitur; hoc quidem enim fecit, illud autem passum est".

2. Item honorare est per se operatio sive actio honorantis; sed honor est in honorante subiective; quare quaelibet alia actio eadem ratione erit subiective in eo quod agit. Assumptum patet per Philosophum 1. *Ethicorum* cap. 6. Ubi etiam dicit Commentator 40. comm. quod honorans operatur honorem quemadmodum gradiens gressum et scribens scripturam, et extendit ad alterum propriam operationem, ita quod honorans propriam quidem habet operationem honorem, extendit autem hunc ad honoratum. 3

3. Item si sit in patiente, aut est formaliter una res cum passione patientis aut alia. Si eadem res, igitur praedicamenta non sunt realiter distincta; quod falsum est. Si alia res, cum unum per se agens non intendat nisi unam rem per se simul 4

---

1 utrum] circa distinctionem 14 quaeritur *praem.* B; circa distinctionem 14 ubi agitur de opere secundae diei supposito sicut communiter dicitur quod caelum movetur ab intelligentia quaero *praem.* W ‖ res] *om.* BMP 2 vel … patitur] *om.* EW 7 illius] istius Q; ipsius W; *om.* BMNP 8 quam] quod ELQRW 10 quare] igitur R; quia BLMPW 12 dicitur … est] *om.* L ‖ hoc] hic EQRW ‖ autem] *om.* BNP (*sed add. in marg.* N) 14 quare] igitur LRW ‖ eadem ratione] *ante* quaelibet LW 14–15 eo … agit] ipso quod agit EQR; agente LW 16 40] 49 ELQRW (*post* comm. LRW) 17–19 et[2] … honoratum] *om.* L 17–18 alterum … operationem[1]] alterum QR; alterationem W 22 intendat] intendit ENW; intendens B

11–12 Arist., *Metaph.* 5, c. 15 (1021a 23–25) 15 Cf. Arist., *Eth. Nic.* 1, c. 6 (1095b 24–25) 16–19 Cf. Eustratius, *In Eth. Nic.* 1, c. 6 (ed. Mercken, 62)

efficere seu creare in patiente, sequitur adhuc quod, si actio sit in patiente, quod non sit aliud re ab ipsa passione; et ita duo generalissima non differunt realiter.

Contra:

Actio praedicamentalis est per se actio activi; igitur in quocumque est actio activi, est actio praedicamentalis subiective. Sed secundum Philosophum 2. *De anima* activorum actus sunt in patiente et disposito. Certum est autem quod hoc non potest intelligi de actu primo ipsius activi; igitur loquitur de actu secundo.

⌈SOLUTIO

DE FALSO INTELLECTU CIRCA QUAESTIONEM⌉

6 Circa istam quaestionem intendo primo excludere falsum intellectum qui potest haberi et aliqui habent. Nam cum dicat Augustinus 5. *De Trinitate* cap. 8 de magnis "quod autem ad faciendum attinet, fortassis de solo Deo verissime dicatur; solus enim Deus facit et ipse non fit neque patitur", posset aliquis inferre, et etiam inferunt, quod quia actio Dei, qua creat mundum, vel productio, qua intra se communicat per generationem et spirationem, sunt in ipso Deo agente, ideo etiam actio creaturae sit realiter et subiective in ipso agente. Quod nihil valet ad propositum. Nam nunc loquimur de actione quae est vera res praedicamentalis et quae realiter differt a substantia agentis, cuiusmodi est universaliter actio cuiuslibet agentis creati. Manifestum est autem quod actio Dei non differt a sua substantia nec est in aliquo praedicamento, sicut nec ipse Deus.

⌈OPINIO PRIMA⌉

7 Sic igitur intellecta quaestione sunt duae opiniones circa eam extremae et contradictorie oppositae et una quae mediat. Prima est quod actio praedicamentalis et passio non solum differunt realiter et secundum essentiam, sed etiam secundum subiectum, ita quod universaliter actio est in agente et passio in patiente. Si

---

23 efficere … creare] efficere seu causare BPW; causare L ‖ si] fieri et BMNP ‖ sit] fuit BP 24 sit] fuit BP; si E ‖ et … realiter] *om.* L ‖ duo] genera *praem.* Q, *add.* R; *om.* E 26–27 est[1] … praedicamentalis] *om.* (*hom.*), *sed add. in marg.* est per se actio activi igitur in quocumque est actio praedicamentalis est actio W 27 activi … actio] activi (subiective *add.* Q) in eodem est actio QR (*in marg.* Q); *om.* (*hom.*) ELW 28 autem … hoc] nunc quod hoc R; quod nunc (*del.*) hoc Q; quod hoc W; hic quod E; hoc L 30–31 qui … et] quem L ‖ potest] possit EQR; posset W 31 nam … dicat] cum enim dicit RW; cum dicit L ‖ 8] 12 QR 31–32 de[2] … faciendum] *om.* L ‖ de magnis] *om.* EQ RW 32 attinet] activum LM; actum B; atque EQR 35 se] et essentiam suam *add.* LW 39 agentis creati] creaturae et cuiuslibet agentis creati W; creaturae L

27–28 Cf. Arist., *De an.* 2, c. 2 (414a 11–12); *Auct. Arist.*, n. 55 (ed. Hamesse, 179) 31–33 Aug., *De Trin.* 5, c. 8, n. 9 (CCL 50, 216; PL 42, 917) 42–138 Cf. Ioan. Duns Scotus, *Quaest. super 2. et 3. De an.*, q. 7 (ed. Bazán et al., 51–62)

autem accidat quod agens et patiens sint idem subiecto, adhuc actio est in agente, non in patiente.

1. Quod patet primo sic: proprius actus et propria potentia sunt in eodem subiecto; sed proprius actus potentiae activae est actio; igitur etc. Sed potentia activa est in ipso activo; igitur et actio. 8

2. Confirmatur, quia Philosophus 9. *Metaphysicae* cap. 3 definiens potentiam secundum quod communis est potentiae activae et passivae, dicit quod possibile est, cui si inexstiterit actus cuius dicitur habere potentiam, nihil erit impossibile, puta si possibile est aliquem sedere, si ei inest sedere, nihil erit impossibile; et aut movere aut statuere aut statui aut moveri, similiter. Cum igitur propria potentia actionis sit potentia activa, si ei inexstiterit actio, nihil accidit impossibile; igitur possibile est quod ei insit, et si hoc, ei inest, nisi prohibeatur. 9

3. Item quando aliquid est tale formaliter per aliquid, illud quo est formaliter tale est in ipso, sicut albedo in albo; sed agens est formaliter agens actione; igitur actio est in ipso agente formaliter et subiective. 10

4. Item Philosophus 8. *Physicorum* vult quod, si Deus aliquid ageret de novo extra se, quod mutaretur. Hoc non esset, nisi aliquid novum haberet in se, quod prius non habuit. Sed nihil ex hoc haberet in se aliud ab actione. Quare actio est in eo quod agit, non in patiente. 11

5. Item calefaciat unus ignis duo calefactibilia. Aut est una actio ignis in calefactibili realiter, et tunc una actio sive unum accidens numero in duobus subiectis simul; si duae, igitur unum agens simul habet duas actiones. 12

6. Item si potentia activa esset in eo quod agit et actio in patiente, cum omne illud quod in agente est sit prius natura vel duratione omni eo quod est in patiente, potentia esset simpliciter prior actu in diversis; cuius oppositum dicit Philosophus 9. *Metaphysicae*. 13

7. Item si potentia activa esset in potentia ad actum proprium formalem et non posset eo modo poni in actu quomodo est in potentia, tunc cum actu ageret, esset alio modo in actu quam prius fuit in potentia, quia fuit in potentia ad actum suum, quem, cum agit actu, non habet in eo, sed est in patiente. Et esset contradictio de 14

45 est … agente] *om.* R ‖ agente] et *add.* BMNP 50 quia Philosophus] per Philosophum LW ‖ 9] 4 BMNP 51 communis] commune EQRW ‖ potentiae] *om.* LW 52 cui] igitur QR; illud W ‖ inexstiterit] inexsisterit LMN; extiterit W 54 similiter] *om.* BLW 55 inexstiterit] inexsisterit LMN 57 illud] aliud ELW 62 quare] igitur LRW 64 ignis²] et *add.* BEMNP 64–65 in … realiter] in (*sup. lin.*) utroque calefactibili realiter E; realiter in illis LW 65 et] aut duae si una QR (*sup. lin.* Q) ‖ una … sive] *om.* LW ‖ numero] erit *add. sup. lin.* P; est *add.* R; *om.* LW 66 si … actiones] aut duae et tunc etc. LW (et tunc etc. *sup. lin.* W) ‖ habet … actiones] *om.* BEMNPQ (*sed* aget duas actiones *add. in marg.* P) 73 alio … quam] aliquo modo in actu ad quod LW; alio modo in actu ad quem E 74 actu] *ante* agit LQRW; *om.* E ‖ habet] esse *add.* ELW ‖ de] *om.* BMNP

50–54 Arist., *Metaph.* 9, c. 3 (1047a 24–26) 69–70 Cf. ibid. c. 8 (1049b 5); *Auct. Arist.*, n. 225 (ed. Hamesse, 134)

illo modo essendi in actu, quia sicut impossibile est aliquid quod prius non fuit in potentia post esse in actu, quia negatio possibilitatis est positio impossibilis secundum Philosophum 3. *Metaphysicae*, ita est contradictio et impossibilitas de modo, scilicet quod aliquid sit in actu alio modo quam prius fuit in potentia.

8. Item Philosophus 9. *Metaphysicae* et Commentator vult quod videre sit in vidente et speculatio in speculante. Et dicit quod sunt actiones sic: "quorum vero non est aliquid aliud opus praeter actionem, in ipsis exsistit actio, ut visio in vidente et speculatio in speculante". Ex hoc sic arguitur: qua ratione aliqua actio est in agente, eadem ratione et omnis, quia accidens unius rationis determinat sibi subiectum eiusdem rationis; patet de albedine et superficie. Igitur omnis actio est in agente.

9. Item sicut convenit alicui esse, sic et agere, quia agere praesupponit esse; sed esse convenit agenti subiective; igitur et agere. Quare agere est in eo.

10. Item generans dat genito omne accidens consequens formam. Sed actio maxime consequitur formam. Sed generans dat genito formam propriam subiective, igitur et propriam actionem consequentem.

11. Item Philosophus 3. *Physicorum* probat motum non esse in movente, sed in mobili, quia si sic, omne movens moveretur; quod falsum est, quia est dare movens immobile. Igitur a simili, si actio esset in patiente, patiens ageret. Et haec est ratio Philosophi, quia dicit ipse: "si docere magistri esset in discipulo sive addiscente, addiscens doceret", quod falsum est. Consequentia patet ultra per rationem, quia actio est actus magis perfectus quam motus; si igitur, quia motus exsisteret in movente, diceretur movens moveri, igitur multo magis, si actio sit in patiente, diceretur agere, quia si actus imperfectior denominat subiectum, et perfectior denominabit.

12. Item diversorum secundum speciem non potest esse idem actus; sed agens et patiens differunt secundum speciem; cum igitur actio sit actus activi, impossibile est quod sit actus vel perfectio passivi. Minor probatur multipliciter: Commentator super 3. *Physicorum* comm. 19: "motor et motum sunt diversa secundum

75–76 sicut … quia] *om.* (*hom.*) W 76 post] prius BMNP ‖ impossibilis] impossibilitatis BLRW 77 secundum Philosophum] *om.* LW 79 Commentator] comm. 16 *add.* QR 83 eadem ratione] eadem re B; eadem P; *om.* LW 83–84 quia … rationis] ut L 83 accidens] actus BP 86 convenit] competit ELQRW 87 convenit] competit LRW ‖ quare … eo] *om.* LW 88 actio] *post corr.* P; esse BMN 93–95 et … est] *om.* L 93–94 haec est] *inv.* EPQW 95 consequentia] etiam *add.* EQR 96–97 quia² … igitur] movens movetur quia motus est in illo L 96 quia²] *om.* BEMNPW 98–99 quia … denominabit] *om.* L 98 subiectum] suum *add.* BMNP 102–109 minor … passivi] *om.* L 102 minor] istud EQRW

76–77 Cf. Arist., *Metaph.* 3, c. 6 (1003a 5) 79–82 Cf. ibid. 9, c. 8 (1050a 34–36); Averr., *In Metaph.* 9, comm. 16 (ed. Iuntina, 8:242H) 91–93 Cf. Arist., *Phys.* 3, c. 3 (202a 28–31) 94–95 Cf. ibid. (202b 2–5) 102–104 Averr., *In Phys.* 3, comm. 19 (ed. Iuntina, 4:94A)

formam; et quae sunt diversa secundum formam, non habent eandem actionem".
Et probatio maioris confirmatur per Damascenum lib. 3 cap. 14 (vel 61 secundum Lincolniensem), quod quorum substantia una, eorum et operatio una, et quorum differens substantia, eorum differens operatio. Cum igitur agens et patiens differant secundum substantiam ut plurimum, sequitur quod eorum operatio non est una; igitur operatio seu actio activi non est actio et perfectio passivi.

13. Item secundum Commentatorem super 2. *De anima* comm. 36 forma est finis materiae et compositum finis formae. Cum igitur agens dicit quid compositum ex eo quod agit et actione, quia agens includit ambo, actio non est finis agentis, sed agens finis actionis, sicut compositum finis formae, quia compositum praesupponit partem; sed agens non praesupponit partem eius, scilicet actionem, in ipso passo, quia tunc aliquid prius pateretur quam agens ageret; igitur praesupponit actionem esse in eo quod agit.

14. Item si actio non sit in agente subiective, sed in patiente, cum non possit esse in patiente nisi mediante motu, actio praesupponeret motum ante se naturali prioritate, sicut omne fundatum in alio praesupponit illud in quo fundatur. Et ita actio esset ab agente mediante motu, non motus mediante actione; et ita actio non immediate se haberet ad ipsum quod agit, ut mediante ipsa sit ab agente omne aliud quod est ab eo, sed ipsum esset ab agente mediante alio, ut motu. Hoc impossibile, quia sicut causa non causat nisi causatione, sic nec aliquid est ab agente nisi mediante actione; et hoc dicit Commentator super 3. *Physicorum* comm. 18, ubi dicit quod actio motoris est facere motum in aliud. Haec ratio difficilis.

Ista opinio habet pro se auctoritates:

15. Commentator super 8. *Metaphysicae* comm. 5: "actio formae ignis, quae sequitur formam ignis, est calor maximus et motus ad superius; calor igitur in igne sicut abscisio in cultello et actio manus in manu". Haec ipse.

16. Item super 3. *Physicorum* comm. 16: "actio motoris propria sibi, secundum quod est in actu, est movere, non moveri"; sed proprius actus alicuius, secundum

---

104 et … formam²] *om.* (*hom.*) MNW (*sed add. in marg.* MW) 105–106 vel … quod] *om.* W 105 61] 62 EQR; 16 B 107 eorum] horum EQRW 110 secundum Commentatorem] Commentator BEMNP ‖ super 2] 2 LRW; super 3 EM ‖ 36] 63 BMN; 62 (*corr. ex* 19) P; 16 W 113 agens] est *add.* LQRW ‖ actionis] coactionis EMNQ (*sed corr.* M) 123 hoc] quod est LW 123–126 quia … difficilis] *om.* L 125 18] 10 BNP ‖ motoris] movens MNP 128 super 8] 8 BR; super 7 E; 7 LW ‖ 5] 58 BELMQR (in fine *add.* QR, dicit quod *add.* L); 50 dicit quod W 130 ipse] ille LRW 131 item] similiter LW; *om.* EQ

105–107 Cf. Ioan. Dam., *De fide orth.*, c. 58 (ed. Buytaert, 214) 110–111 Cf. Averr., *In De an.* 2, comm. 36 (ed. Crawford, 185) 124–125 Averr., *In Phys.* 3, comm. 18 (ed. Iuntina, 4:92H) 128–130 Averr., *In Metaph.* 8, comm. 5 (ed. Iuntina, 8:213H) 131–132 Averr., *In Phys.* 3, comm. 16 (ed. Iuntina, 4:91L)

quod est in actu, est in eo subiective (aliter diceretur esse in actu per aliquid in alio, quod non videtur verum); quare etc.

17. Item currere est actus currentis et est in ipso currente; quare actio omnis alia est in agente.

18. Item Commentator super 9. *Metaphysicae* comm. 2: "actio enim artis carpentariae est in carpentante".

⌈CONTRA OPINIONEM PRIMAM⌉

Contra opinionem istam iam tactam est intentio Philosophi et Commentatoris sui, sicut patet cuilibet intuenti dicta illorum. Nam dicit Philosophus 2. *De anima* cap. de sensu communi quod activi et motivi actio in patiente fit; unde non est necesse movens moveri. Et subdit: "sicut enim actio et passio sunt in patiente et non in agente, sic sensibilis actio et sensitivi in sensitivo est".

Sed dices quod loquitur de actione acta, scilicet re operata per actionem, non de actione praedicamento.

Contra: certum est quod actio acta, scilicet res effecta ab agente, non condividitur contra se ipsam; sed hic connumerat actionem contra passionem et dicit quod est in patiente, non in agente.

Item compositum est actio acta, quia nihil agitur per se nisi compositum; compositum non est in se subiective; igitur etc. Nec potest accipi pro ipsa passione quae est praedicamentum, quia passio sive agi non agitur, sed est ratio quo aliud agitur; aliter procederetur in infinitum.

Et Commentator ibidem comm. 139: "necesse est ut omnis actio quae provenit ab agente et omnis motus qui provenit a movente non invenitur nisi in recipiente et moto". Nota quod universaliter loquitur. Et certum est quod, quandocumque loquitur de actione communi, actio provenit ab agente, quia in esse ab consistit formalis ratio eius.

---

134 quod … verum] quod est falsum LW; *om.* E ‖ quare etc.] *ante* aliter (*l. 133*) BM NP; *om.* LR 135–136 item … agente] *om.* ELW 135 actus] actio QR; alicuius B ‖ quare] igitur R; quia BMNP (*sed corr.* P) ‖ actio] *post* alia QR 137 super] *om.* LRW 138 est … carpentante] est in carpentario QR; etc. L 139–140 iam … illorum] *om.* L 140 cuilibet] *om.* ERW 141 quod] quia BMNP 141–142 unde … moveri] *om.* L ‖ est necesse] *inv.* BEQ; necessarium est P 144 re] res BM; *om.* P 145 praedicamento] in *praem.* BNP (*sup. lin.* P); praedicamentali LW 146 contra] sed *praem.* BMNP 153 ibidem] *om.* EQR ‖ comm. 139] scilicet 2. De anima cap. de sensu communi *add.* B; comm. 137 MN; 2. De anima comm. 137 12. comm. E; comm. 13 W; comm. 3 L 155–157 nota … eius] *om.* L 155 nota] non MN; ita (*post corr.*) P 156 communi] scilicet *add.* B; quae scilicet R; communis EMN; omnis P; quamvis W

137–138 Averr., *In Metaph.* 9, comm. 2 (ed. Iuntina, 8:227G) 140–142 Cf. Arist., *De an.* 3, c. 2 (426a 4–6) 142–143 Ibid. (426a 9–11) 144–145 Cf. Ioan. Duns Scotus, *Quaest. super 2. et 3. De an.*, q. 7, ad 1 (ed. Bazán et al., 61) 153–155 Averr., *In De an.* 2, comm. 139 (ed. Crawford, 342)

Item Commentator super 3. *Physicorum* comm. 18: "actio agentis et patientis est una in subiecto et duo in definitione". Et certum est quod actio acta, sicut est unum in subiecto, ita est unum in definitione. 31

Item Philosophus 3. *Physicorum* movet quaestionem de actione et passione, secundum quod ab invicem distinguuntur, in quo sint sicut in subiecto. Et supponit tamquam per se notum quod ambo habent per se esse in motu. Et tunc arguit quod actio non est in agente, quia si sic, cum actio sit in motu, sequitur quod omne agens movetur vel quod habens motum in se non movetur; quorum utrumque reputat impossibile. Et ideo rationem istam concedit nec eam umquam solvit. 32

Sed tu dices semper quod Philosophus non loquitur ibi de actione quae est vera res praedicamenti actionis, sed de actione acta, quia haec est tota fuga eorum qui tenent actionem esse in agente. 33

Et certum est intuenti quod falsum imponunt Philosopho, quia Philosophus infert ibi quod, si actio esset in patiente, quod patiens ageret et addiscens doceret. Istud numquam sequeretur nec apparenter nec vere, si de actione acta loqueretur. Non enim ex hoc quod albedo esset in subiecto, ideo subiectum ageret; nec actio acta fundatur in motu, sed est terminus motus. Loquitur igitur de actione vera. Quamvis igitur hoc argumentum solvat, ut patebit infra *** 34

Item Commentator comm. 18 3. *Physicorum*: "movere non est aliud a moveri omnibus modis, scilicet aliud exsistens in essentia motoris, quemadmodum motus est in essentia moti; actio enim motoris, quae est movere, est eius, non in eo". Quis diabolus diceret quod hic accipit movere pro actione acta, cum accipiat movere verbaliter et in activa significatione, nisi vellet dicere quod accipit oppositum pro opposito, hominem pro non homine? 35

Et post comm. 19 eiusdem tertii dicit Commentator de Philosopho quod destruxit agere esse in agente per se. 36

158 comm. 18] 18 LW; comm. 28 BP; *om.* R 159 una] unum BMNP 161–163 movet … arguit] probat L 162 ab] ad BEQRW ‖ quo] quibus BMNP 164–165 si … movetur[2]] aliter omne movetur aut aliquid habens motum non movetur L 164 omne] omnis EMN 166 et … solvit] *om.* L ‖ nec … solvit] et numquam eam (*post* solvit W) solvit RW 167 sed … semper] dicunt alii LW ‖ Philosophus] *om.* LW ‖ ibi] *om.* LW 167–168 quae … actionis] praedicamentali LW 168–169 quia … agente] *om.* L 168 eorum] istorum EQ; illorum W 170 et … est] sed patet LW 171 si] *om.* BMNP (*sed add. sup. lin.* P) 172 istud … sequeretur] ista numquam sequerentur QR ‖ acta loqueretur] quae est actio acta *add.* Q; et ita loqueretur quae est actio acta E; loqueretur quae est actio acta BMNP 173 albedo] quae est actio acta *add.* B; quae est actio *add.* R 174–175 loquitur … infra] *om.* L 174 loquitur igitur] ideo non loquitur ibi MN 175 igitur] *del.* Q; *om.* EW 176 comm. 18] *post* Physicorum LW 179–183 quis … se] *om.* L 179–180 pro … movere] *om.* (*hom.*) W 179 accipiat] accipit EQR 180 vellet] vellem BMNPQ; velle E 181 hominem … homine] album pro nigro W 182–183 destruxit] destruit QR

158–159 Averr., *In Phys.* 3, comm. 18 (ed. Iuntina, 4:92H) 161–166 Cf. Arist., *Phys.* 3, c. 3 (202a 21–31) 176–178 Averr., *In Phys.* 3, comm. 18 (ed. Iuntina, 4:92H) 182–183 Cf. ibid. comm. 19 (93L)

37 Et infra comm. 20 dicit, in quo solvitur quaestio mota, quod non est inopinabile ut actio agentis sit in alio; est enim manifestum per se quod doctrina est actio docentis et est in addiscente.

38 Ecce quam expresse loquitur de actione verbaliter et active per hoc verbum ‘movere et agere’, non per ‘moveri et agi’. Unde si quis glossaret has auctoritates dicendo quod per ‘movere et agere’ intelligit effectum operatum ab agente, ego dicam quod per hominem intelligitur non homo et dicam quod homo est nihil, quia non homo est nihil.

39 Istud idem ego probo ex intentione Philosophi et processu suo. Cum enim deventus fuerit ad quintum librum *Physicorum*, volens ostendere in quibus generibus est verus motus, probat quod in actione non est motus, supponens determinationem suam in tertio, quod actio est in motu et concomitatur motum et est in patiente, sicut motus. Facit tale argumentum quod ad actionem et passionem non est motus, quia motus non est motus. Istud argumentum non valet, nisi actio esset motus realiter vel aliquid inseparabiliter concomitans motum et per consequens in eodem subiecto cum motu, scilicet in patiente.

40 Sed respondent aliqui tenentes quod actio sit in agente et res absoluta alia a passione, quod quando Philosophus implicat in argumento quod actio sit motus et ideo ad actionem non est motus, dicunt quod nec est formalis praedicatio dicendo ‘actio est motus’, nec materialis, ita quod ‘motus’ tenetur genitive, sed est praedicatio causalis sic: actio est motus, id est causa motus. Et ideo ad actionem non est motus secundum Philosophum, quia actio est principium et causa motus.

41 Sed quod haec responsio nulla sit probo, quia si sic, cum principium activum verius sit causa motus, scilicet calor calidi verius principiat motum quam ipsum calefacere, si propter causalitatem actionis super motum non est motus ad actionem, sequitur quod multo fortius nec ad calorem et ita calor non posset per se terminare motum; quod est per se falsum, igitur et illud ex quo sequitur, scilicet quod ideo non est motus ad actionem, quia est causa motus. Quamvis enim calor non sit terminus eiusdem motus cuius est principium, est tamen terminus per se alterius motus. Sic de actione.

185 ut] quod PQR 186 et] illud *add.* MN; ita *add.* B 188–191 unde … nihil] *om.* L 190–191 hominem … nihil] album intelligitur nigrum etc. W 190 homo[2] … nihil] hoc non est verum (*post corr.*) Q; hoc non est manifestum (*vel* malum) R 192 ego] *om.* LPRW 193 fuerit] fuit BP; erat LW; fuerat E 197 quia … motus[3]] *om.* (*hom.*) EW; nec ut subiectum nec ut terminus (etc. *pro* nec ut terminus L) igitur ad actionem non est motus *add.* LW ‖ valet] valeret LRW 198 motus realiter] realiter idem (*ante* realiter L) quod motus LW 201 quando] *om.* BEMNP 204–205 et … motus[2]] *om.* (*hom.*) L 205 actio] *om.* EW 207 calidi] calefaciendi MNW 208 si] sed BLMNPW; *om.* E 210 quod] W; sed illud L; cuius oppositum *cett.* ‖ se] verum *add. sup. lin.* Q ‖ et] *corr. in* est Q 211–213 quamvis … actione] *om.* L

184–186 Cf Averr., *In Phys.* 3, comm. 20 (ed. Iuntina, 4:94D) 192–197 Cf. Arist., *Phys.* 5, c. 2 (225b 13–16) 200–205 Cf. Ioan. Duns Scotus, *Quaest. super 2. et 3. De an.*, q. 7, ad 3 (ed. Bazán et al., 61)

Et si dicas quod accidit calori principianti motum quod ad ipsum prius ter- 42
minabatur motus et ita, inquantum est causa motus, non per se terminat motum, dico quod verum est; tamen ad ipsum vere fuit motus sicut ad per se terminum, quamvis non sub ratione qua prius principiat motum. Ita sequitur quod, quamvis accidat actioni quod terminet motum inquantum principiat motum, tamen nihil prohibet propter datam causam, quin per se terminaret motum secundum se, quamvis non ut est principium motus, sicut nec valet de calore.

Item si actio est realiter in agente, aut est quid absolutum aut respectivum. 43
Si absolutum et causa et principium motus, qua ratione ipsa praecedit in agente ipsum motum ut principium et causa illius, eadem ratione et ipsam actionem absolutam, ex quo est quid novum et ab agente, praecedit actio alia tamquam causa et principium illius, et sic in infinitum. Vel si non, sed potest esse immediate ab ipso activo mediante potentia activa a qua fluit, et ita motus potest esse in movente ab eodem sine aliquo absoluto medio. Et si potest, est, quia numquam natura requirit plura, ubi totum potest salvari uno vel paucioribus. Omne enim quod mutatur, mutatione mutatur; et omnis mutatio est prior formali termino mutationis; igitur mutatio prior est actione, quae est formalis terminus mutationis. Sed omnis mutatio praesupponit actionem. Igitur ad actionem, quae est formalis terminus mutationis, est aliqua actio in ratione principii, et sic in infinitum. Alia probatio: omne illud quod se habet subiective secundum aliquid absolutum aliter nunc quam prius, mutatum est secundum aliquid absolutum; sed omne tale prius est subiectum mutationis quam termini; igitur ad actionem erit mutatio, et actio alia est illius etc. Si est respectivum, sicut oportet dicere secundum Boethium *De Trinitate*, ut patebit, non videtur quod requiritur aliquis respectus in eo quod agit praeter respectum activi ad patiens sive motivi ad mobile, quae est vera relatio secundi modi secundum Philosophum 5. *Metaphysicae*.

Et praeterea, cum ipsi ponant actionem esse principium et causa motus et non 44
nisi effectivum, relatio esset principium agendi; quod ipsi alibi negant.

Similiter si sit absolutum, cum tunc subiectum vadat de privatione ad habitum 45
absolutum et fit de non agente agens, hoc erit per mutationem praeviam.

Item non videtur multis possibile quod immateriale aliquid absolutum causet 46
in se; igitur multo minus corporale hoc potest.

---

214 si] tu *add.* BEMPQ 215 motus[1]] sic de actione *add.* QR ‖ motus[2]] *om.* BMNP 217 ita] aliqua MN; ideo W 218 motum[2]] *om.* ELW 223 ipsam] primam ELW 224 et] *om.* QR 226–227 in movente] immediate EQR 227 est] esse *praem.* L; esse MR 232–233 alia probatio] item EL; tunc W 236 est[1]] erit ELW 238 quae] qui EQR; quod N 239 secundum Philosophum] *om.* LW 240–241 non nisi] non est BM; hoc (*post corr.*) est (*del.*) P 242 subiectum] obiectum BP ‖ vadat] cadat BMP; agat L 245 multo minus] multo fortius nec (*ante* multo L) LW

236–237 Cf. Boeth., *De Trin.*, c. 4 (ed. Peiper, 158–59; PL 64, 1253); cf. infra, n. 69 238–239 Cf. Arist., *Metaph.* 5, c. 15 (1020b 28–30)

47 Item contra illud quod alii fingunt, actionem esse in agente, dicentes Philosophum non loqui in 3. *Physicorum* de actione et passione ut praedicamenta sunt, sed de actione acta, quamvis satis improbatum sit supra. Nam Boethius *Super Praedicamenta* cap. de facere et pati describens actionem et passionem dicit sic: "est autem horum descriptio talis, quod in faciendo quidem actus a quolibet in aliquam rem veniens consideratur a quo veniat, in patiendo autem in eo iste actus consideratur in quem venit; actio enim et passio in physicis simul demonstrata sunt. Et de facere et pati haec dicta sufficiant". Hic nota duo: primum est quod actio secundum eum est ab agente in aliam rem veniens, et aliud quod de actione et passione simul locutus est Philosophus in physicis, id est naturalibus, sed nullicubi quantum ad eorum subiectum nisi in 3. *Physicorum*. Igitur secundum Boethium, secundum quod praedicamenta sunt, quomodo loquitur Boethius de eis in *Praedicamentis*, ambo sunt in patiente; et sic, ut praedicamenta sunt, dicit Philosophum de eis simul demonstrasse quod sunt in patiente; quod verum est.

48 Item agens inquantum agens non patitur seu recipit aliquid in se, quia si sic, omne agens reciperet inquantum agens, et ita Deus.

49 Item cum inquantum agens sit in actu et inquantum patitur seu recipit in potentia, idem inquantum est in actu, esset in potentia; quod est contradictio vera.

50 Nec valet dicere quod unum et idem reagit et patitur, sicut in potentiis conversivis super se. Patet quod hoc bene verum est; tamen non agit secundum quod in potentia ad receptionem seu passionem nec patitur secundum quod est agens vel in actu. Unde Commentator super 9. *Metaphysicae* comm. 2: "nihil patitur per se secundum quod est unum et non est illic aliud ex quo transmutatur, quia si sic, tunc aliquid esset in potentia secundum quod est in actu". Haec ille.

246 illud … dicentes] eos qui dicunt L ‖ illud] aliud EQR 247–248 non … acta] loqui 3. Physicorum de actione et passione non ut praedicamenta sunt sed de actione acta W; loqui in 3. Physicorum de actione acta non de actione praedicamentali L 247–249 ut … sic] dicit sic ut praedicamenta sunt cap. de facere et pati describens actionem et passionem B 248 quamvis … supra] arguo sic L ‖ improbatum] probatum MNP 250 horum] eorum LW; *om.* MN 251 a … veniat] *scripsi sec. Boeth.* (*vide app. font.*); nota ELNPQ RW (*sed del.* W); non M; mota B ‖ iste] ille EPRW 252 actio] actus EQRW ‖ enim] etiam N; *om.* MP 252–253 demonstrata sunt] simul determinata sunt W; dicuntur determinata L 255 id … naturalibus] *om.* LR 257–258 quomodo … sunt[2]] *om.* (*hom.*) E 258–259 et … est] *om.* L ‖ et … patiente] *om.* (*hom.*) N 259 quod[2] … est] *om.* W 262 cum] agens *add.* LW; *om.* BM 263 vera] *om.* ELQRW 265 quod[1]] quoniam QR; *om.* BMNP ‖ tamen … agit] tamen non quod agit BMN; tamen quod non agit P; quod non agit W; cum non agat L 266 receptionem] receptibilitatem BP 268 illic] illi LW 269 haec ille] *om.* EQR

248 Cf. supra, nn. 34–38 248–253 Cf. Boeth., *In Cat.* 3, c. de facere et pati (PL 64, 262A–B) 267–269 Averr., *In Metaph.* 9, comm. 2 (ed. Iuntina, 8:227G–H)

⌈OPINIO SECUNDA⌉

Ideo dicunt alii quod actio praedicamentum realiter et subiective est in patiente, innitentes apparenter dictis Philosophi, quia actio et passio sunt realiter idem motus numero; sed motus realiter est in mobili, igitur et omne illud quod realiter est idem motui, cuiusmodi est tam actio quam passio. 51

Assumptum probatur quia: 52

1. Philosophus 3. *Physicorum* dicit quod actio moventis et moti est idem, et secundum quod est ab hoc, est actio, et secundum quod est in hoc, est passio.

2. Item quod actio sit motus formaliter et realiter arguitur, quia quaero aut agens, dum agit et inquantum agit, movetur – et si sic, tunc actio est motus – aut non – et tunc actio est sine motu; cuius oppositum dicit auctor *Sex principiorum*, quia omnis actio in motu et omnis motus in actione firmabitur, et subdit: "proprium igitur actionis est in motu esse, sicut principium motus in actione". Et Philosophus 3. *Physicorum* et 2. *De anima* et ubique, ubi de hoc loquitur, dicit: actio et passio sunt idem motus. 53

Item de pati arguitur sic, quia aut patiens, dum patitur et inquantum patitur, movetur, et tunc passio est motus, aut non, et tunc pati est sine motu (contra auctores praedictos). 54

3. Item quod motus sit in genere passionis et ita sit passio formaliter secundum suum formale, expresse dicit Commentator super 5. *Physicorum* comm. 9. 55

4. Item quod tam actio quam passio sit motus formaliter probatur: Philosophus 5. *Physicorum* ostendens motum non esse in genere actionis vel passionis facit talem consequentiam: "motus non est motus nec ut termini nec ut subiecti; igitur in actione et passione non est motus". Haec consequentia non valet, nisi implicatur quod actio et passio essent motus formaliter, quia si acciperetur genitive quod actio et passio sunt motus, quia sunt aliquid in motu, non valet consequentia 56

270 est] *ante* realiter EQRW 271 quia] quod EQR ‖ sunt … idem] realiter est idem EL; realiter idem est W 272–273 omne … passio] actio et passio quae sunt idem sibi L 273 idem] ipsi *add.* EQR 276 est[2]] dicitur LW ‖ est[3]] *om.* BEPQR ‖ est[4]] dicitur LW; *om.* BQR 277 arguitur quia] probo LW 278 si sic] *om.* LW 280 firmabitur] fundabatur BMN; fundabitur P 281 igitur … est] igitur est actionis EQR; est igitur actionis BMNP 282 et[2] … loquitur] et ubicumque de hoc loquitur L; et ubique ubi loquitur Q; ubique ubi loquitur BEMNP; *om.* R 284 sic] similiter QR ‖ quia] *om.* LW 285 pati] *om.* LW ‖ motu] quod est *add.* BL 288 9] in tabula *add.* EMNQ 289 sit] sint EQR ‖ probatur] quia *add.* EQR; sic *add.* LW 290 ostendens] ostendit LW 290–291 facit … consequentiam] sic LW 291 ut[2]] *om.* BNP 294–295 consequentia … argumentum] consequentia R; argumentum LW

275–276 Cf. Arist., *Phys.* 3, c. 3 (202a 15–20) 279–281 Cf. Anon., *Sex princ.*, c. 2, n. 20 (ed. Minio-Paluello, 39); *Auct. Arist.*, n. 9 (ed. Hamesse, 306) 281–283 Cf. e.g. Arist., *Phys.* 3, c. 3 (202b 5–22); *Auct. Arist.*, n. 101 (ed. Hamesse, 148); Arist., *De an.* 3, c. 2 (426a 2–3) 287–288 Cf. Averr., *In Phys.* 5, comm. 9 (ed. Iuntina, 4:215B) 289–292 Cf. Arist., *Phys.* 5, c. 2 (225b 13–16)

et argumentum Philosophi, quia si sic, a simili argumento haec esset bona ratio: motus non est substantiae terminative; albedo est substantiae; igitur ad albedinem non est motus. Haec conclusio falsa; igitur aliter tenet argumentum, et non nisi accipiendo quod motus sit passio formaliter et passio motus.

57 5. Item excluso aliquo tertio, si actio est, passio est, quia passio est effectus et illatio actionis; excluso igitur omni alio, si agens agit, necesse est passionem esse. Cum igitur actio et passio non sint sine motu, sequitur quod actio et passio sint ipse motus. Et cum motus sit in mobili, sequitur quod actio et passio sint in patiente etc.

⌈CONTRA OPINIONEM SECUNDAM⌉

58 Contra: si iste motus sit actio et iste motus sit passio, igitur actio est passio, quia medio exsistente hoc aliquo necesse est extrema coniungi (ex libro *Priorum*); sed consequens falsum, igitur antecedens. Falsitas consequentis patet, quia secundum Philosophum 1. *Posteriorum* propositio est immediate vera, ubi unum generalissimum removetur ab alio. Haec igitur est immediate vera 'nulla actio est passio'; igitur haec immediate falsa 'actio est passio'.

59 Et si dicas quod haec est falsa non ratione rei significatae, quae eadem est, sed ratione modi significandi, qui est alius actionis et passionis, et ratione modi essendi, quia quamvis non differant realiter, differunt tamen secundum modum essendi et praedicandi, contra: in omni genere est dare unum primum quod est maxime tale, ita quod per maiorem accessum vel minorem ad ipsum primum alia in illo genere dicantur magis vel minus talia; igitur in genere praedicationis est dare praedicationem verissimam, in veritate primam, et similiter in falsitate. Cum igitur in praedicationum genere prima in falsitate sit praedicando unum generalissimum de alio, haec praedicatio est potissime falsa; igitur includit potis-

296 terminative] terminate BMNP 296–297 albedo … motus] igitur ad albedinem non est motus quia albedo fundatur in substantia LW 297 conclusio] est *add.* LRW 297–298 et … motus[2]] scilicet quod actio et passio sint (sit W) formaliter idem (ipse W) motus LW 299 excluso … tertio] excluso alio tertio P; excluso aliter tertio E; excludo aliquo tertio N; excludendo aliquo tertio M; excluso omni (*post corr.* Q) tertio QR; *om.* LW 300 igitur] etiam BMNP 301 actio[1] … sint] passio non sit ELW 302–303 sequitur … patiente] igitur LW; *om.* EQR 302 sint[2]] sit MNP 304 si] cum ELW 305 ex libro] 1 LW 306 igitur … patet] *om.* LW 307 immediate] mediate N; *om.* ELMPQR 308 est] *om.* EMNPQ (*sed add. sup. lin.* Q) 309 igitur … passio] igitur etc. L; *om.* (*hom.*) R ‖ igitur] sicut EQ; sed W ‖ haec] est *praem.* B, *add.* W 310 rei significatae] termini significati MN; significati L 316 in[1] … primam] in veritate et firmam (*del.* Q) primam QR; in veritate pussi-am E; in veritate W; *om.* L ‖ et] falsissimam *add.* LW 317 prima … sit] sit prima in falsitate L; in prima falsitate sit E; sit in prima falsitate W 318 est potissime] *inv.* BMNP

299–300 Cf. Anon., *Sex princ.*, c. 3, n. 29 (ed. Minio-Paluello, 41); *Auct. Arist.*, n. 11 (ed. Hamesse, 307) 305–306 Cf. Arist., *Anal. pr.* 1, c. 4 (25b 33–35) 307–308 Cf. Arist., *Anal. post.* 1, c. 15 (79b 12–20)

simam causam falsitatis propositionis. Cum igitur falsitas propositionis non solum attendatur secundum diversitatem modorum essendi et praedicandi rerum ad invicem, sed secundum diversitatem quidditatum et essentiarum, quia diversitas modi significandi et essendi non impediunt praedicationem nisi quoad formalem rationem praedicationis (patet de homine et humanitate), diversitas autem quidditatum et essentiarum impedit et formalem et materialem sive praedicationem secundum identitatem, sequitur igitur quod praedicatio immediata et prima in falsitate includit utramque causam impeditivam, tam diversitatem in modo essendi et significandi quam diversitatem secundum essentiam et quidditatem. Alias nulla alia praedicatio posterior et falsa illas causas includeret, et ita quidlibet esset essentialiter et realiter idem cuilibet.

Item quae differunt genere, differunt specie et numero; sed actio et passio differunt genere, igitur numero. Et si sic, non sunt realiter idem motus numero. 60

Sed dices quod verum est, non sunt idem numero re et ratione, sed idem re et diversa ratione, quia istae sunt generales solutiones miserorum secundum diversum modum et diversam rationem. 61

Contra: aut per rationem intelligitur diversa consideratio intellectus aut definitio. Si definitio, tunc si sint duo secundum definitionem, sunt duo secundum essentiam, cum definitio sit ratio indicans quod quid erat esse, et si diversa sunt secundum essentiam, sunt diversa numero et specie; quod est propositum. Si per rationem intelligis considerationem intellectus, quod solum sunt duo secundum considerationem intellectus, tunc diversitas secundum considerationem intellectus sufficit ad distinctionem praedicamentorum; quod manifeste falsum est. Unde dicit Commentator super 3. *Physicorum* comm. 20 quod actio et passio non significant idem, sicut tunica et vestis sunt idem secundum quidditatem, sed actio et passio sunt idem secundum subiectum et duo secundum definitionem, sicut ascensus et descensus super idem spatium. 62

Item si motus, ut haec positio ponit, sit ab hoc in hoc et est actio ut ab hoc et passio ut in hoc et isti respectus *ab hoc*, *in hoc* non sunt quid aliud re ab ipso motu, tunc cum motus comprehendat utrumque, scilicet *ab* et *in*, sequitur quod motus componeretur ex actione et passione; quod est satis absurdum. 63

322 impediunt] impedit R 323 autem] L; *om. cett.* 324–325 sive … identitatem] *om.* L 324 sive] *post* praedicationem W; *om.* B 328 quidlibet] quilibet BL; quaelibet MN 329 essentialiter … realiter] realiter et essentialiter LW 332 numero] *om.* LQ RW 333–334 quia … rationem] *om.* LW 334 et] secundum *add.* BEP 337–338 sit … specie] indicet essentiam rei et per consequens differunt numero LW 339–341 intellectus … quod] *om.* W || quod … intellectus] *om.* (*hom.*) B 339–340 quod … intellectus[1]] quod solum sunt duo N, *sed del.*; *om.* (*hom.*) L 342 dicit … 20] Commentator 3. Physicorum comm. 20 dicit L; Commentator 3. Physicorum et dicit W || 20] 30 BMNP 347 ab[1]] ad EQW || hoc[2]] et *add.* EQRW 348 comprehendat] comprehendit BR; apprehendat W

342–345 Cf. Averr., *In Phys.* 3, comm. 21 (ed. Iuntina, 4:94I)

64 Item Commentator super 3. *Physicorum* comm. 22: "movere et moveri non sunt eadem secundum quidditatem, quia definitio eorum est diversa; movere enim est actio motoris in rem motam, moveri autem est passio moti a motore". Et hoc intendebat Philosophus, sicut dicit.

⌈OPINIO PROPRIA⌉

65 Ad quaestionem istam secundum mentem Philosophi videtur omnino dicendum quod actio sit in patiente, quia quamvis actio quae est vera res praedicamentalis non sit motus secundum essentiam, sed differat essentialiter ab ipso, secundum tamen Philosophum et Commentatorem suum 3. *Physicorum* et 5 et ubique generaliter actio fundatur in motu et est ab agente in patiens et non in eo. Unde sicut ascensus et descensus sunt omnino diversa secundum suam essentiam et tamen spatium est idem inter sursum et deorsum, sic actio et passio sunt diversa in essentia, sed motus super quem comparantur est idem. Similiter progressus a Thebis ad Athenas et regressus sunt diversa, sed via est eadem. Similiter proportio duorum ad unum, quae est dupla, et unius ad duo, quae est subdupla, sunt diversa in essentia comparationis, sed intervallum idem est inter duo et unum. Unde valde caute et subtili veritate ponit Philosophus exempla sua 3. *Physicorum*. Nam nihil idem est dupla proportio et subdupla, quia sunt proportiones diversae secundum genus in praedicamento relationis. Similiter nihil idem cum eis est intervallum seu divisio inter unum et duo. Unde tria sunt haec omnino diversa in essentia, scilicet proportio dupla et subdupla et intervallum; et tamen super hoc intervallo comparantur hae proportiones. Similiter est de ascensu et descensu, quia diversa sunt in essentia et spatium est diversum ab eis. Et ita in tertio exemplo supra posito; quae omnia sunt Philosophi 3. *Physicorum*. Cum igitur vult ostendere nobis convenientiam et differentiam actionis et passionis et motus per haec exemplа, patet quod intentio sua est quod haec tria, actio et passio et motus, erunt diversae res in essentia, et tamen duo de his, scilicet actio et passio, comparabuntur super tertium sicut super intervallum eorum. Nec mirandum

350 super] *om.* LRW ‖ 22] 23 MN; 20 L 351 quia] sed LW 351–353 movere … dicit] *om.* L 352 autem] vero BMNP 353 intendebat] intendit RW 354 videtur omnino] *inv.* EQRW, esse *add.* W; videtur mihi esse L 356 sed … ipso] *om.* L ‖ ab ipso] ab ipsa ER; a motu W 357 secundum tamen] *inv.* LNW 358–359 et[2] … eo] et non in agente QR (in eo *add., sed del.* Q); *om.* L 361–372 similiter … Physicorum] *om.* L 362 a … Athenas] ab Athenis ad Thebas RW ‖ diversa] in essentia *add.* EW 369 omnino] ideo *add.* QR ‖ dupla[1] … subdupla] dupla etiam subdupla MN; dupla proportio subdupla W; subdupla dupla B 370 similiter] quia *add.* BMNQ; quod *add.* E 370–371 est … quia] ascensus et descensus W 371 ita] est *add.* QR; similiter est W 374 et] *om.* PRW 375 erunt] sunt LW 376 comparabuntur] comparantur LRW

350–353 Averr., *In Phys.*, comm. 22 (ed. Iuntina, 4:95A) 357–365 Cf. e.g. Arist., *Phys.* 3, c. 3 (202a 13 – b 29)

est de hoc verbo 'intervallum' quod sit unum et comparationes super ipsum sunt diversae, quia Commentator super 3. *Physicorum* dicit quod tale intervallum est inter omnia quae ad invicem comparantur et in genere relationis. Et dicit sic in comm. 20: "ista est dispositio omnis rei quae refertur ad aliud, scilicet quoniam relatio inter illa est una dispositio exsistens inter duo, et hoc erit actionis, quando fuerit una secundum unum modum et duo secundum alium". Haec ille. Hic vocat dispositionem unam, quod ego voco intervallum idem vel unum.

Sed hic considerandum est quod intervallum in exemplo Philosophi de eodem spatio et de via est aliqua distantia localis inter terminos motus et in tertio exemplo intervallum est divisio totius et partis secundum rationes et definitiones eorum; agens autem et patiens sunt simul loco et nihil est ipsorum medium, et tamen distant secundum suas essentias et definitiones. Propter quod dicit Commentator super 3. *Physicorum* comm. 20: "non dicimus quod actio agentis est in patiente secundum quod abscinditur ab agente, quia si hoc esset, non esset agentis, sed secundum quod est continua ex hoc in hoc, id est ab agente in patiens". Et ideo intervallum inter agens et patiens, cuiusmodi est motus vel mutatio, super quem fundantur actio et passio, est magis simile intervallo duorum et unius quam intervallo sumpto in aliis exemplis. Et ideo secundum hoc non est eadem ratio exemplorum. Et propter hoc non est attendenda intentio Philosophi principaliter penes huiusmodi intervalla, sed penes hoc quod duo diversa comparantur et sic fundantur super idem, ut progressus et regressus super idem spatium. 66

Forte posset poni exemplum magis conveniens quam aliquod illorum trium Philosophi de radio solis inter solem et corpus coloratum. Hic enim est idem radius; tamen alius est respectus eius, ut est a sole fundante ipsum, et alius, ut est in corpore colorato recipiente. 67

Sic patet quomodo actio est in patiente mediante motu vel mutatione super quam fundatur. 68

Sed quid est actio secundum essentiam suam? Dico quod est respectus quidam, ita quod comparatio motus ad agens ut ab hoc est actio formaliter; actio, dico, quae est de genere actionis (hoc dico, quia actio aequivoce accipitur, ut patet infra). Unde actio est essentialiter ab et omne aliud, si est ab hoc, hoc est deno- 69

378 Physicorum] comm. 20 *add.* LW (*in marg.* W) 379 et[1]] etiam BEPR; *om.* L ‖ et dicit] *om.* ELQRW 379–380 in[2] … 20] *om.* LW 379 in[2]] *om.* BQR 384–388 sed … definitiones] *om.* L 385 est aliqua] alia est B; est eadem Q; *om.* MN 387 simul] in *add.* EQRW 389 super] *om.* LRW 390 quia] quoniam QR; quod EM 391 patiens] patiente BMNPQR; patientem E 393 quem] quam PW ‖ fundantur] fundatur MW 394–397 et … spatium] *om.* L 397 fundantur] fundatur BEM 398–399 trium Philosophi] *om.* LW 402 quomodo] quod BMNP; quando E 404–405 quidam] *vel* quidem EL QRW; quidem MN 406–407 hoc … infra] *om.* L 406 hoc … quia] hic (*vel* hoc E) dico quod ER; quia B 407 hoc[2]] *om.* QR

378–382 Averr., *In Phys.* 3, comm. 20 (ed. Iuntina, 4:94E–F) 388–391 Ibid. (4:94D) 406–407 Cf. infra, n. 105

minative ab actione, sicut passio est formaliter esse in et omne aliud, quod est in, est in denominative ab ipso pati et accidentaliter. Et hoc satis innuit Philosophus, quia praeter ipsum motum, qui essentialiter differt ab actione et passione, non est invenire aliquid absolutum quod sit ab agente in patiens nisi terminus motus, qui est posterior motu et actione et passione. Et hoc est quod dicit Boethius *De Trinitate* cap. 2 generaliter de septem praedicamentis aliis a substantia, quantitate et qualitate: "aliae quidem quasi rem monstrant" (tres scilicet primae intelligo) "absolutam, aliae vero quasi circumstantias rei, quodque ista" (tria scilicet prima genera) "ita praedicantur ut esse aliquid rem ostendant, illa vero" (scilicet septem alia) "ut non esse, sed potius extrinsecus aliquid quodam modo affigant". Vult igitur quod septem praedicamenta non dicant quid absolutum, sed solum dicunt varios respectus secundum diversitatem rerum super quam fundantur. Unde dicit cap. 1: "ad aliquid, ubi, quando, habere, situm esse, facere, pati. Haec igitur talia sunt qualia subiecta permiserint". Sed quod dicit, quod tria praedicant rem, intelligit ad se et absolute, non in ordine ad aliud, sicut quod est substantia, quantum et album. Alia autem praedicant circumstantias rerum secundum ipsum, non quin secundum formales rationes dicant rem, sed non rem ad se; et ideo non praedicant aliquid ad se. Et ideo dicit: "maxime haec non videntur secundum se facere praedicationem quae perspicue ex alieno adventu constare perspiciuntur".

⌈DUBITATIO⌉

70 Sed hic oritur gravis dubitatio, quia qua ratione actio praedicamentum differt secundum essentiam a motu, ita passio praedicamentum, cum tamen Commentator dicat super 5. *Physicorum* comm. 9 quod motus secundum formalem rationem sui est in praedicamento passionis; quod non esset verum nisi passio et motus essent idem secundum essentiam, et tunc eadem ratione actio et motus.

409 in] *om.* ELW 414–415 tres … absolutam] absolutam scilicet tria prima LW 414 scilicet] *ante* tres QR; *om.* E 415–417 quodque … affigant] signant L 415 quodque] *post corr.* Q; quod quia BEMNP; quia RW 416 illa] alia QR 417 affigant] assignant BEMNPRW 418 dicant] *corr. in* dicunt Q; dicunt LW ‖ quid] aliquid LMW 419 quam] quas EPW (*post corr.* P) ‖ dicit] supra *add.* EQRW 420 ubi quando] quando L; *om.* W ‖ situm esse] si tamen BNP (*sed corr. in* situm P); situm est EM; *om.* L 421 subiecta] *vel* substantia BMP; substantia NW ‖ permiserint] permiserunt LPW; permiserit BEN 422–423 sicut … album] *om.* L 422 sicut] secundum BNP; sed M 429 super] *om.* LRW

412–417 Boeth., *De Trin.*, c. 4 (ed. Peiper, 159; PL 64, 1253C–D) 419–421 Ibid. (156; 1252A) 425–426 Ibid. c. 5 (160; 1253D) 428–430 Cf. Averr., *In Phys.* 3, comm. 9 (ed. Iuntina, 4:215B)

⌈SOLUTIO DUBITATIONIS⌉

Hic advertendum est quod motus, secundum quod est res praedicamentalis 71
per se collocata in genere, est in tertia specie qualitatis; unde Simplicius *Super Praedicamenta* cap. de actione dicit quod Peripatetici videbantur velle reduce-
435 re motum ad quale. Illa enim tertia species dicitur passio vel passibilis qualitas. Passibilis vero qualitas est, ut rubedo in auro vel alio, quae est qualitas nata permanere in suo subiecto; passio vero est, ut rubor ex verecundia et pallor ex timore, quia subiectum patitur et alteratur per ea, sed non durant naturaliter, quantum est de se. Hoc dico pro tanto, quia in tantum posset homo affici verecundia
440 et tamdiu et tam fortiter, quod semper remaneret ei rubedo, et similiter de pallore per timorem, et fierent passibiles qualitates. Sed hoc non est de proprietate ipsius passionis, sed propter imaginem talium, quia fortiter oboedit natura cogitationibus et affectionibus animae secundum Avicennam libro suo *De anima* et 8. *De animalibus*.

445 Dico igitur quod motus est passio in tertia specie qualitatis, quia non est nata ex 72
sua proprietate durare, quoniam adveniente secunda parte corrumpitur prima, et hoc ex sua natura, non aliunde. Nec tamen propter hoc quod adveniente secunda parte temporis corrumpitur prima, erit tempus passio et qualitas, sed est quantitas. Nec e converso motus dicetur quantitas propter similitudinem cum tempore in
450 successione et in continuatione partium, quoniam quantitas est, cuius proprium est ut secundum eam dicatur aliquid aequale vel inaequale alii; et tempus est huiusmodi et non motus, nam secundum tempus dicuntur motus aequales et non e converso.

Item passio et subiectum non sunt in eodem genere; sed tempus est passio 73
455 motus et tempus est in genere quantitatis secundum Philosophum in *Praedicamentis*; igitur motus non est in illo genere saltem. Maior patet, quia quae sunt in eodem genere, se habent ut superius et inferius aut ut genus et differentia aut ut species aequae; nullo illorum modorum se habent passio et subiectum; igitur etc.

---

432 est[1]] *om.* MNPW 433 collocata] collocatus QR; collocatum BEMN ‖ unde] *om.* BEMNP 434 dicit] *ante* Simplicius (*l. 433*) LW 436 vero] autem B; *om.* LMNW ‖ est[1]] *om.* BLMNPW ‖ rubedo] rubigo BMNP ‖ vel alio] *om.* LW ‖ est[2] … nata] nata est LW 441 ipsius] illius LRW 442 imaginem] *vel* imaginationem EQR; imaginationem BPW; imaginativam L 443–444 libro … animalibus] *om.* L 443 8] 18 W; similiter BMNP 446–447 et … aliunde] *om.* LW ‖ et hoc] et BNP; *om.* M 447–448 quod … prima] *om.* LW 447 quod] *om.* MQR (*sed add. sup. lin.* Q) 449 dicetur] diceretur QRW ‖ propter] per EQR 452 dicuntur] esse *add.* LW (*post* aequales L) 454 subiectum] substantia BMNP (*sed corr.* P) 455–456 in[2] … saltem] igitur etc. LW 458 subiectum] substantia BP ‖ igitur etc.] *om.* ELQRW

432–503 Fere sumpta ex Rogero Bacono, *Communia naturalia* 1, pars 3, c. 1 (ed. Steele, 140–43) 433–435 Cf. Simplicius, *In Cat.*, c. de facere et pati (ed. Pattin, 423) 442–444 Cf. Avic., *De an.* 4, c. 4 (ed. Van Riet, 64); *De animal.* 8, c. 7 (ed. Venetiis 1508, 40va, ll. 30–35) 455–456 Cf. Arist., *Cat.*, c. 6 (4b 24)

74 Item quantitas continua est, cuius partes copulantur ad communem terminum, ut partes lineae ad punctum et partes temporis ad instans; sed non est hoc per se et primo in motu, sicut nec in substantia quanta, licet quantitas substantiae habeat huiusmodi partes copulatas; essentia igitur motus passio est et non est quantitas, sed quantus, sicut substantia.

75 Sed contra istud videtur multum movere, quia Philosophus 5. *Metaphysicae* cap. de quantitate dicit in fine capituli quod motus est quantus per se et tempus per motum; et quod convenit causae et causato verius convenit causae; igitur esse quantum verius convenit motui quam tempori.

76 Sed considerandum est quod non dicit ibi quod motus est quantitas, sed quantus; et illud idem dicit in *Praedicamentis*. Et tempus est vere quantitas et species quantitatis, et non motus. Et dicit Baconus quod in 5. *Metaphysicae* non distinguit quantitatem in suas species contentas per se sub se nec alia nomina multa quae in illo libro distinguit, sed distinguit huiusmodi nomina secundum aequivocas acceptiones et famosos modos accipiendi illa diversimode. Et ideo quantitas non accipitur ibi pro genere dividendo in species, sed pro nomine aequivoco dividendo in sua significata et modos famosos; et ideo sumitur ibi quantitas communiter ad quantum et ad quantitatem, sive sit quantitas vera sive habens quantitatem.

77 Et sic dico quod unus modus quanti et quantitatis est motus, quia vere quantus est, sicut subiectum quantitatis est quantum, et non est quantitas proprie sumpta, nec est generalissimum, ita quod praedicetur de motu abstractive, sed concretive.

78 Tunc ad Philosophum: non dicit quod motus est quantus per se, sed dicit quod motus et tempus dicuntur quanta per accidens, ut patet ibi; quod verum est quantum ad tempus effective loquendo, secundum quod per accidens opponitur ei quod est per aliud effective, quia quamvis sit formaliter quantitas secundum Philosophum in *Praedicamentis* et per se, non tamen est per se quantitas effective a se, sed a magnitudine. Sed quod dicit, quod motus est quantus per accidens, verum est formaliter, sicut subiectum quantitatis quae est tempus, vel quia est in subiecto quanto, scilicet mobili, sicut albedo in superficie. Sed ad illud quod

461 quantitas substantiae] ipsa LW 464–465 istud … capituli] dicit Philosophus 5. Metaphysicae L 465 capituli] ibi BMNP 469 illud idem] idem LW; illud QR ‖ dicit] *om.* BMNP 470 et[2] … quod] et dicit Commentator comm. 19 N; et dicit Commentator (*in marg. corr. ex* quod) P; et dicit B; cap. de vacuo quod W; dicitur tamen quod L 471 quantitatem … species] species quantitatis L ‖ in] et BP ‖ per se] *ante* contentas LW ‖ sub se] subsint M; sub sicut EQR; in ea sicut LW 473–476 non … quantitatem[2]] tamquam nomen aequivocum dividitur in sua significata et non pro genere dividendo in suas species per se L 474 in] *om.* BMNP 481 dicuntur quanta] *inv.* QR; dicuntur et quanta dicuntur EMNW 482 per] *om.* BMNP (*sed add. sup. lin.* N) 484 et … se[1]] *om.* LR 487 scilicet] sicut MN

464–466 Cf. Arist., *Metaph.* 5, c. 13 (1020a 31–32) 469 Cf. Arist., *Cat.*, c. 6 (5a 38 – b 10) 470–476 Cf. Rogerus Baconus, *Communia naturalia* 1, pars 3, c. 1 (ed. Steele, 142)

dicit Philosophus, quod motus est quantus et tempus per motum, ex quo posset videri quod vellet dicere quod motus est formaliter quantitas et per se et tempus per accidens a motu, dicendum quod ideo dicitur motus quantus et tempus per motum, quia secundum Philosophum 6. *Physicorum* motus recipit prius et posterius et continuationem suae essentiae a magnitudine super quam est motus, ut in motu locali patet evidenter, nam in spatio pedali fit motus pedalis et in bipedali bipedalis; et tunc tempus recipit prius et posterius a motu. Et sic motus magnitudinem suae essentiae habet a magnitudine spatii et tempus a motu, sicut accidens a subiecto; et sic motus est quantus primo respectu temporis, et spatium respectu motus est primo et per se quantum. Et sic intendit Philosophus in 5. *Metaphysicae*. Si tamen consideremus veram naturam quantitatis et consideremus tempus, inquantum est mensura motus reddens ipsum aequalem vel inaequalem, et motum non secundum suam substantiam, sed secundum quod est durabile et ita mensurandum a tempore, sic certe tempus est quantitas per se et motus dicitur ab eo quantus et non est quantitas nec in genere quantitatis, sed, ut dictum est, erit in tertia specie qualitatis per se.

Quid igitur dicetur ad Commentatorem supra, qui dicit quod motus est in 79
genere passionis? Dico quod Commentator vacillavit multum de motu; nam in 3. *Physicorum* dicit quod est in eodem genere cum termino ad quem, in 5. *Metaphysicae* quod est in genere quantitatis vere, in 5. *Physicorum* quod est in genere passionis. Ideo nescivit ubi voluit habere ipsum. Unde dicit Rogerus Baconus quod evidentissimum signum est, quod non habuit ea quae dixit ex propria inventione, sed ex aliis, eo quod totiens variavit. Ideo dico quod non est standum dicto Commentatoris.

Si tamen velimus glossare eum, dico quod accipit passionem in 5. *Physicorum* 80
non pro praedicamento generalissimo primo, quae passio dicitur, sed pro genere subalterno contento sub qualitate, quae dicitur tertia species et potest nominari passio satis proprie, quia continet qualitatem passibilem et passionem. Sed passio tunc accipitur aequivoce, secundum quod dicitur de genere generalissimo et genere subalterno.

---

488 quantus] per magnitudinem *add.* BNP 490 motu] sed *add.* BEMNPQR 491 quia] quod LMN 494 tempus] *post* recipit LPW (*sup. lin.* P); *om.* BEMN 495–496 magnitudinem … motus] *om.* (*hom.*) L 495 motu] moto EMN 497 intendit] intelligit LW; *om.* R || in] *om.* LPQRW 498 veram … consideremus^2] *om.* (*hom.*) L || consideremus^2] consideramus MNP 503 erit] *om.* LRW 506–507 in^2 … vere] *om.* LW 507 vere … genere^2] *om.* E || vere] *om.* QR || Physicorum] dicit *add.* LW 508 voluit … ipsum] potuit motum ponere LW 510 ideo dico] item dicit BMNP 512 velimus] volumus MNPQ 516–517 secundum … subalterno] *om.* LW

491–494 Cf. Arist., *Phys.* 6, c. 1 (231b 18 – 232a 22) 504–505 Cf. supra, n. 70 506–508 Cf. Averr., *In Phys.* 3, comm. 4 (ed. Iuntina, 4:87C); 5, comm. 9 (4:215B); *In Metaph.* 5, comm. 18 (ed. Iuntina, 8:125H–I) 508–510 Cf. Rogerus Baconus, *Communia naturalia* 1, pars 3, c. 1 (ed. Steele, 144)

⌈OBIECTIONES CONTRA SOLUTIONEM PROPOSITAM⌉

81 Contra, quod motus non sit in genere qualitatis:

1. Quia passio non est prioris generis quam subiectum; sed motus est subiectum temporis tamquam passionis eius et tempus est in genere quantitatis; igitur motus non est in genere qualitatis.

82 2. Item quando aliquid convenit causae et causato, verius convenit causae; sed motus est causa quantitatis temporis secundum Philosophum; igitur est verius quantitas quam tempus. Sed tempus est per se quantitas, igitur et motus.

⌈RESPONSIONES AD OBIECTIONES⌉

83 Ad primum, quod verum est de subiecto remoto, cuiusmodi est substantia; de proximo non est necesse. Licet enim subiectum praecedit passionem ordine naturae, passio tamen potest praecedere ordine generationis.

84 Ad aliud, quod maior vera est in univocis (patet de calore in igne et in aliis per ignem), non in aequivocis (patet de calore in sole et aliis a sole). Similiter, quod substantia est causa quantitatis; non tamen verius est substantia quantitas quam ipsa quantitas causata a substantia.

85 Sic igitur patet ad quaestionem quid sit actio et passio, quia respectus, et quod fundantur in motu in his quae agunt et patiuntur mediante motu, vel super mutationem in subitis agentibus, et quod sunt in patiente, sicut et qualitas super quam fundantur, et quod fundamentum est per se in genere qualitatis.

⌈AD ARGUMENTA PRINCIPALIA⌉

86 Ad primum principale, cum dicitur quod relatio paternitatis fundatur super potentiam mediante actione, si sic intelligat, quod potentia activa sit subiectum paternitatis et actio fundamentum sicut albedo fundamentum similitudinis et substantia subiectum, falsum est, quia fundamentum relationis semper stat stante relatione; sed transeunte actione stat paternitas; quare actio non est fundamentum. Et quamvis relatio paternitatis non fundatur nisi mediante actione, hoc non est quia mediat inter relationem et potentiam activam inexsistens ei, sed ut fluens ab eo in passum.

87 Et quando dicitur quod ideo pater est, quia egit secundum Philosophum, sensus est quod, nisi egisset, non esset quis pater, non quia egisse fundat relationem, sed

525 quod] *om.* LRW 528 vera est] *inv.* LRW; vera E ‖ univocis] ut *add.* LW ‖ calore] caliditate BMNP ‖ in²] et MN 529 aequivocis] ut *add.* LW 529–531 similiter … substantia] *om.* L 530 quod] *om.* RW 532–535 et² … qualitatis] *om.* L 533 fundantur] fundatur EM 534 subitis] subito W; subiectis (*vel* substantiis) QR 535 fundantur] fundatur BEM 537 intelligat] intelligas E 540 quare] igitur LRW; quia E 541 fundatur] fundetur NPW

523 Cf. Arist., *Phys*. 4, c. 12 (220b 25–29)

quia relatio paternitatis praesupponit egisse ut ab agente ad hoc quod fundetur in potentia activa, ita quod egisse est causa sine qua non fundatur in potentia activa, non fundamentum nec aliquid per se fundamenti sub ratione qua fundat.

Ad aliud, quod non dicit Philosophus absolute quod honor est in honorante, sed 88
prudenter loquitur; videtur enim in honorantibus magis esse quam in honorato. Ex hoc videtur haberi quod in utroque est, scilicet in honorante et honorato. Et tunc potest dici quod est in honorante denominative, sed in honorato subiective. Et quia unumquodque verius est in eo, a quo habet totum quod est, quam in alio, quamvis non secundum eundem modum essendi in, ideo dicit Philosophus quod magis videtur esse in honorante; non tamen negat ipsum esse in honorato.

Sed quia Commentator dicit quod honor non in honorato est, sed magis in 89
honorante est etc., dico quod Commentator duo dicit: et quod habet proprium honorem et quod extendat ipsum in alterum. Ideo dico quod habet actionem sicut denominatum extrinsecum denominatione extrinseca et sic non habetur ab honorato, sed ab honorato habetur sicut accidens a subiecto et sic non habetur ab honorante. Verumtamen ultra adhuc distinguo, quia aut honorans honorat alium actione transeunte in exterius et tunc dico quod est subiective in honorato vel in illa re mediante qua honoratus reputat se honorari, quamvis sit in honorante sicut in causa, aut honorat actu non transeunte et dico quod, quamvis ille actus non sit in alio supposito subiective, non tamen est in eo quod agit sub ratione qua agit, sed ab eo, et est in eo sub ratione qua patitur; et si sit actus corporalis, secundum aliud agit et patitur, ut numquam sit in agente ut agens nisi sicut illud quo aliquid efficitur est in efficiente denominatione extrinseca, sicut infra amplius patebit.

Ad tertium, cum quaeritur aut actio est una res etc., dico quod aliqua res 90
est. Et quando dicis quod unum agens non intendit nisi unam rem producere, verum est loquendo de per se termino productionis et actionis, et hoc si sit agens limitatum ex natura ad unum. Nunc autem ita est quod actio non est proprie quid productum vel effectum, sed est illud mediante quo aliquid efficitur. Nec etiam passio praedicamentum est aliquid per se effectum, sed concomitatur per se effectum, cuiusmodi est res quae per se terminat motum.

546–548 ut … fundat] *om.* L 546 ut] vel EW 548 sub … fundat] *om.* W 551 videtur … est] habetur quod in utroque MN; haberi potest quod est (continue *pro* quod est B) in utroque BP ‖ scilicet … honorato] *om.* L ‖ in[2]] *om.* BEMN 553 in eo] *om.* EL QRW (*sed add. in marg.* Q) 556–557 sed[2] … quod[1]] contra LW 558–560 ideo … habetur[2]] *om.* N 558 quod[2]] agens *add.* LW; honoratus *add. sup. lin.* P 559–560 honorato] honorante ELPW 559 denominatione] denominans BMNPQ (denominatione *add. in marg.* P); deno[a] E 560–561 sed … verumtamen] *om.* L 560 honorato] honorante BM 566–567 et[2] … patitur] *om.* (*hom.*) R 567 aliud] et *add.* EQ (*sed del.* Q); et aliud (et *add.* B) *add.* BMNP 567–568 nisi … patebit] *om.* L 567 illud] in *add.* QR 568 denominatione] denominatio BMP (*corr. ex* denominatione M) ‖ amplius] *om.* NRW 571 et actionis] *om.* BL 573–575 nec … motum] *om.* L 573 nec] non BMP

568 Cf. infra, nn. 94–95

[AD ARGUMENTA OPINIONIS PRIMAE]

91 Ad primum opinionis primae, cum dicitur quod propria potentia et proprius actus sunt simul subiecto et proprius actus est in propria potentia, si intelligitur esse in sicut forma informans realiter, tunc verum est de potentia passiva et proprio actu, non de potentia activa.

92 Ad confirmationem per definitionem potentiae dico quod definitur ibi potentia in communi, non per definitionem proprie dictam, quia sicut potentia activa et passiva sunt potentiae alterius generis, ita habent proprias definitiones alterius rationis. Tamen haec descriptio vera est, quod possibile dicitur cui si exsistit actus etc., sicut natum est exsistere. Sed nunc actus potentiae activae non est natus exsistere in potentia activa ut activa est, sed ab ea, et si sic exsistat, nihil accidit impossibile; quod concedo. Sed si inexsisteret subiective, accideret impossibile quod potentia activa et passiva essent eiusdem rationis et haberent uniformiter actum proprium; quod est impossibile. Non tamen nego simpliciter et universaliter omnem modum exsistendi in, immo dixi et dicam quod aliquo modo actio est in agente, sed non subiective.

93 Ad aliud, cum dicitur quod agens agit formaliter actione, igitur est in eo sicut albedo in albo, primo dico quod albedo non est in albo subiective neque albedo denominat album, quia tunc esset in se et denominaret se, cum albedo sit aliquid albi sicut pars, et quod est in toto est etiam aliquo modo in parte; sed albedo est in superficie sicut in subiecto et est in albo sicut forma in composito et denominat superficiem albam esse.

94 Et quando dicis quod sic erit actio in eo quod agit, eo quod denominat ipsum, respondeo quod aliquid potest formaliter denominari ab aliquo quod non est subiective in eo, quamvis sit in eo denominative; et sic est actio in agente sive in eo quod agit. Nam denominationes fiunt multipliciter. Aliquando enim est propria, et tunc fit per inhaerentiam denominantis in eo quod denominat, ut ab albedine album, a sanitate sanum (loquendo de sanitate quod est animalis); et sic agens agit potentia activa, non actione. Aliquando enim non fit per inhaerentiam, sed multis modis aliis, ut effective vel conservative vel significative vel per concomitantiam et aliis modis multis. Verbi gratia aliquid dicitur sanum sanitate denominante formaliter, sicut animal dicitur sanum per inhaerentiam sanitatis, quae est formalis causa inhaerens qua sanum dicitur; et sic agens dicitur formaliter agens potentia

583–584 si … etc.] si etc. L; se inextiterit actus et cui W; inexsistit actus etc. BNP 585 ut … est] *om.* LW 586 sed] *om.* MNQ ‖ inexsisteret] exsisteret MQRW (*sed corr.* W); exsistit L 589 actio] *ante* aliquo L; *post* est (*l. 590*) EQRW 594 et] est W; *om.* BM ‖ est etiam] est LR; et W 597 agit … quod[3]] *om.* (*hom.*) M ‖ agit] in *add.* BE (*sed del.* E); et *add. sup. lin.* W ‖ eo[2] … ipsum] *om.* L 598 respondeo] dico LRW 599–600 sive … agit] *om.* LW 599 sive] est *add.* BEMNP 600–604 nam … ut] denominatio autem fit multis modis per inhaerentiam et tunc proprie L 602 quod est] quae est Q; *om.* W 605 et … multis] etc. W; *om.* L

activa, ut prius. Sanum vero in medicina laxativa invenitur non formaliter inhaerendo, sed effective, quia facit sanitatem in alio; sic agens denominatur ab actione sicut ab aliquo, quod est ab eo in aliud. Diaeta dicitur sana conservative, quia conservat sanitatem animalis, et urina dicitur sana significative, quia significat sanitatem in alio. Et in istis tribus modis non est sanitas in sano secundum inhaerentiam. Similiter dicitur tempus causa corruptionis, quia concomitatur causam eius, scilicet motum, quia motus facit corruptionem; facit enim illud quod est distare a natura sua debita, ut motus corruptionis. Dicitur etiam tempus pigrum, quia concomitatur dispositionem aeris quae reddit homines pigros.

Dico igitur quod, cum dicitur agens ab actione, dicitur effective, quia actio 95
est ab eo et mediante eo efficit aliquid in passo, sicut medicina sana effective, quia efficit sanitatem, non per inhaerentiam realem. Aequivoce igitur vel multum analogice fiunt denominationes. Et ideo inferre 'denominat, igitur denominat per inhaerentiam' consequens falsum, quia aliquid denominatur formaliter ab aliquo quod non est subiective et per inhaerentiam in eo. Patet quod vestitus formaliter vestitur vestimento, et tamen vestimentum non est in eo per inhaerentiam. Similiter locale locatur loco formaliter, et tamen locus non est in locato; et mensurabile formaliter mensuratur mensura, quae non semper est subiective in eo quod mensurat. Patet de tempore et motu inferiori; patet de scibili respectu scientiae nostrae. Sic actio formaliter denominat agentem, non tamen est in eo. Per hoc ad formam tertii argumenti.

Item indutus denominatur formaliter ab indumento, Filius Dei ab humanitate, 96
non tamen per inhaerentiam.

Ad quartum, cum dicitur quod, si Deus ageret aliquid de novo, mutaretur, hoc 97
non est verum quia actio esset in agente, sed quia Philosophus ponit Deum agere quidquid agit de necessitate naturae, et ideo non posset aliquid agere de novo, cum agat per praecognitionem, nisi aliquid de novo vellet et intelligeret aliquid et ita mutaretur et fieret de non volente volens. Nec ideo mutatur, quia actio haec esset in agente, sed adhuc esset in eo ut patiens et recipiens, non ut eliciens actum; sed quia patiens et eliciens sunt idem subiecto, sequitur quod mutaretur.

---

608 vero] etiam vere BMNP 610 sana] sanum BEMNPQ 615 debita] determinata LMN 617 dico … dicitur[2]] quando igitur dicitur quod agens denominatur ab actione verum est LW 618–619 sicut … realem] *om.* L 618 sana] sana dicitur R (*in marg.*); dicitur sana W; sanat P 621–630 quia … inhaerentiam] *post l. 659* ELW 621 consequens falsum] consequens est falsum ER; est consequentia valde mala LW ‖ aliquo] eo LW 622 et … inhaerentiam] per inhaerentiam BMNP; *om.* L ‖ in eo] *ante* subiective LW 622–624 vestitus … similiter] *om.* ELQW 624 loco … locato] *om.* E ‖ locato] sed in locante *add.* QR 625 quae] et tamen mensura ELW 627 eo] subiective *add.* LW 627–628 per … argumenti] *om.* LRW 629–630 item … inhaerentiam] *om.* L 631 quartum] tertium QR; aliud LW 633 posset] posse BELMNW (*sed corr.* W) 634 vellet … aliquid[2]] intelligeret et vellet LW 635 mutaretur] mutatur EMNQ 637 patiens … eliciens] agens et patiens LW ‖ subiecto] subiective EQR

Sed dictum suum non habet veritatem, sed aeterno velle semper stante facit nova; ideo argumentum nihil ad propositum.

98 Ad quintum in ordine dico quod, si unus ignis calefaceret duo calefactibilia, essent duae actiones, sicut duo motus, inquantum recipiuntur in diversis partibus materiae calefactibilis; quae tamen una actio est, ut est ab ipso igne. Nec est inconveniens, immo necessarium, quod forma, quae de se esset una, si in una materia reciperetur, multiplicatur, si recipiatur in diversis subiectis, sicut sol una actione, ut actio est ab eo, dissolvit et constringit propter diversitatem materiae recipientis actum.

99 Aliter posset dici quod non sunt duo calefactibilia, quae simul calefiunt ab igne, sed tantum unum, quia sunt simul inter se secundum quod actu calefiunt et cum calefaciente. Unde Commentator, quod quia quaedam potentiarum activarum sunt in agente, ideo necesse est ut agens nihil agat, donec sit insimul cum patiente, id est eodem loco. Haec ille. Intelligitur 'simul loco', id est non distantia inquantum talia.

100 Ad aliud, quod potentia activa est prior actu in eodem et in diversis, in quibusdam duratione, in quibusdam naturali ordine naturae, sicut in Deo. Nec hoc negat Philosophus, sed dicit quod actus prior est potentia passiva in diversis; et hoc verum est, quamvis in eodem potentia passiva sit prior actu prioritate originis et fieri. Unde argumentum illud nihil est ad propositum.

101 Ad septimum, quod eo modo est in actu quo prius fuit in potentia, scilicet ut sit ab eo, non in eo.

102 Ad octavum de Philosopho 9. *Metaphysicae* dico quod argumentum est ad oppositum. Ex quo enim ipse distinguit de actione immanente et transeunte, vult quod actio transiens non sit in eo quod agit, sed in alio extra; aliter nulla esset sua distinctio. Et cum omnis talis actio transiens sit in motu vero (et de tali actione loquitur potissime Philosophus, quando loquitur de actione praedicamento, ut 3. *Physicorum* et 5), sequitur quod actio quae verissime est res praedicamenti actionis sit in patiente, sicut competit sibi in, actio tamen immanens non constituit

638 sed^{2}] quia LW; si E 640–652 ad … talia] *post l. 657* QR; *post l. 659* E (*interserens verba a ll. 621–30 transposita*) 640 quintum … ordine] quartum (*corr. sup. lin. ex* quintum R) in ordine QR; aliud LW 641 recipiuntur] recipitur EMW 644 reciperetur] recipitur LW ‖ recipiatur] recipitur ELR; reciperetur B 649 quod] *om.* LW 653 actu] et *add.* ELQRW 653–654 quibusdam^{1}] quadam (*post corr.*) Q; quibus ERW (*sed corr.* W) 654 quibusdam] quodam QR; quodlibet E ‖ sicut … Deo] *om.* LW ‖ in Deo] *om.* E 657 illud] idem EQ; *om.* LRW ‖ nihil] non LMNW 658–659 ad … eo^{2}] *in marg. sup.* Q 658 septimum] sextum Q; aliud dico LW ‖ prius] primo ELW ‖ scilicet] sed BMNP 660 octavum] septimum (*post corr.*) Q; aliud LW ‖ dico quod] *om.* ELQRW 661 immanente] manente BEMNP (*sed corr.* P) 663 omnis] *om.* ELW 665 est] *post* actionis (*l. 666*) EQR 666 sit] est sic BMNP 666–667 sicut … actionis] *om.* L ‖ in^{2} … actionis] *om.* W 666–669 actio … rationis] *om.* EQR

649–651 Cf. Averr., *In Metaph.* 9, comm. 2 (ed. Iuntina, 8:227G)

praedicamentum actionis, sicut dicit Henricus, quod in operatione interiori non consistit praedicamentum actionis vel passionis; et ideo dicit Philosophus 2. *De anima* cap. 8 quod intelligere aut non est pati aut alterius rationis.

Sed quod dicit, quod videre est in vidente, diceret aliquis quod videre non est 103
actio, sed passio; tamen tenendo quod sit actio, dico quod est in eo quod agit, non tamen inquantum activum vel agens, sed inquantum patiens. Contradictio enim esset quod actio, ut elicita a potentia, esset in ea, quia, ut elicita, est ab et, ut recipitur, est in; et ideo, ut est ab, non est in.

Sed hic occurrit quaedam dubitatio, quia cum dictum sit in pede quod actio 104
praedicamentum non sit nisi respectus et Philosophus dicat quod in actu secundo consistat ultima perfectio hominis, quae est felicitas, videtur quod ultima felicitas et ultimum bonum hominis creatum consisteret in quodam respectu; quod absurdum est, cum respectus nullam perfectionem simpliciter importet, etiam in Deo.

Hic dico quod actio multipliciter et valde aequivoce accipitur ab auctoribus. 105
Quandoque enim accipitur pro ipsa potentia activa qua agens effective agit; et isto modo loquitur Commentator 8. *Metaphysicae* comm. 5 dicens: "actio formae ignis quae consequitur formam ignis est calor maximus". Ecce hic actio accipitur pro forma quae consistit in actu primo et est potentia activa calefaciendi. Aliquando accipitur actio pro motu sive qualitate super quam fundatur actio, quae est res praedicamenti actionis; et sic loquitur Commentator ibidem, quod actio ignis est motus sursum. Aliquando autem accipitur actio pro re praedicamenti actionis; et sic accipitur 3. *Physicorum* comm. 22, cum dicitur "movere et moveri non sunt eadem secundum quidditatem, quia definitio eorum est diversa" etc., sicut allegatum est contra secundam opinionem argumento sexto. Aliquando autem accipitur actio pro re acta, sicut communiter dicitur de re operata 'hoc est opus meum'. Similiter Damascenus cap. 61 vel lib. 3 cap. 14 similiter distinguit de actione, quod vita dicitur actio prima et animalis operatio; similiter actus secundus dicitur

667 sicut … Henricus] Henricus etiam (enim L) dicit LW ‖ operatione] comparatione BMP 668 consistit] constituit BMNP 671 quod[3]] qui QRW 672 tamen] tantum LW 675 quaedam] bona P; *om.* LRW ‖ quia] quod BEMR; quaedam N; *om.* L 677 consistat] consistit BEQR 681 valde] *om.* BMNP ‖ accipitur] sumitur (*ante* et) LW 682 activa] actio *praem.* L, *add.* W 682–683 isto] illo ELPQR 683 dicens] *om.* ELQRW 685 consistit] constituit QRW 688 autem] *om.* LMW ‖ actio] ignis W; *om.* BMNP 689 accipitur] accipit QR ‖ 22] 21 ELQR ‖ cum dicitur] *om.* ELQRW 690–691 allegatum … sexto] patet sexto argumento contra secundam opinionem LW 693 cap.[1] … vel] *om.* LW ‖ 14] 19 MNP; 91 B; 9 R ‖ similiter[2]] *om.* LRW 694–697 quod … dicitur] ut patet ibi W; ut patet L

668–669 Cf. Arist., *De an.* 3, c. 4 (429a 13–15) 676–677 Cf. Arist., *Eth. Nic.* 10, c. 7 (1177 a 12–13, 16–17); *Auct. Arist.*, n. 207 (ed. Hamesse, 247) 683–684 Averr., *In Metaph.* 8, comm. 5 (ed. Iuntina, 8:213H) 687–688 Ibid. 690–691 Cf. supra, n. 64 693–697 Cf. Ioan. Dam., *De fide orth.*, c. 59 (ed. Buytaert, 228–30)

actio, sicut intelligere et loqui ad alium; similiter habitudo quam habet faciens ad factum operatio dicitur, id est relatio agentis ad patiens; similiter quarto modo primum opus perfectum operatio dicitur. Quando igitur dicit Philosophus quod felicitas consistit in actu secundo, non loquitur de actione quae est res praedicamenti actionis, sed de qualitate absoluta, quae importatur per intelligere, in qua fundatur respectus ad ipsum eliciens vel causans qualitatem ut est ab eo, et illud est actio. Propter quod dicit Commentator super 2. *Ethicorum* comm. 10: "operationes sub qualitate utique erunt". Unde beatitudo creata est qualitas illa ut formaliter perficiens intellectum.

106 Ad nonum concedo quod agere consequitur formam rei in actu, quia unumquodque agit secundum quod est in actu per formam. Sed tamen non sic competit ei agere, sicut competit ei esse, quantum ad omnem similitudinem. Tamen sicut esse est alicuius exsistentis, ita agere. Sed tamen agere non posset aliquis non habens in se principium actionis, cuiusmodi est forma dans esse. Sed agere potest aliquis, quamvis actio sit ab eo in aliud, non in eo.

107 Ad decimum, sicut ad nonum.

108 Ad undecimum, quod est bonum argumentum. Cum dicit "si actio esset in patiente, patiens ageret", dico quod consequentia non valet, nisi actio esset in eo secundum quod actio formaliter est actio ut est ab hoc, non ut in hoc. Ideo quamvis sit in patiente, non tamen sub formali ratione qua est actio; ideo non denominat patiens, ita quod patiens agat. Tamen de motu bene tenet, quod si esset in agente, quod agens movetur, quia motus quod dicit absolute dicit, et ideo, ubi est subiective, est secundum totam rationem sui, et ideo denominat subiectum suum.

109 Contra: si actio secundum formalem rationem sui, quod est esse ab hoc, non sit in patiente ut in subiecto, et ideo non denominat patiens, igitur erit in agente.

110 Dico quod nec est in agente nec in patiente, ut est ab, quia, ut est ab, impossibile est quod sit in. Quamvis enim illud quod est ab sit in patiente, tamen, quod est ab, sub ratione qua ab non est in nec in patiente nec in agente subiective, quia in et ab sunt oppositae rationes, quae non conveniunt eidem secundum eandem rationem. Ideo dico quod in actione, sicut in qualibet specie sub genere, est dare duo, scilicet materiale et formale, sicut in relatione; et relatio ratione sui formalis,

695 loqui] aliquid *add.* BMNP 696–697 similiter … dicitur] *om.* E 697 primum] ipsum QR 701 super] *om.* LRW 702 beatitudo] habitudo BEMN 704 nonum] octavum Q; aliud LW 707 posset] possit BEPR ‖ non[2]] nisi MNW 710 ad[1] … nonum] per idem patet ad nonum argumentum LW; *om.* EMQR 711 ad undecimum] ad nonum Q; ad decimum R; ad aliud LW ‖ actio] scilicet *add.* BMNQ; secundum se E 715 quod[2]] quia LRW 716 movetur] moveretur LRW 717 subiective] ibi *add.* LW 717–718 subiectum suum] *inv.* BLPW 719 si] est *add.* BMNP ‖ quod] quae LW 723 patiente … agente] agente nec in patiente LW 725 rationem] eiusdem *add.* EQR 726 et relatio] *om.* BEMNP

701–702 Anon., *In Eth. Nic.* 2, c. 5 (ed. Mercken, 215)

quod est ad aliud esse, non est in subiective, sed in aliud terminative, quamvis ratione sui materialis, quod est accidens, sit in. Est igitur in non ratione sui, sed ratione qua denominatur a pati, sicut pati est ab non ratione sui, sed ratione qua denominatur ab actione, sicut dictum est in pede.

Vel aliter respondeo quod opposito modo est de actione et aliis formis, quia non denominat nisi illud a quo est, non illud in quo, nisi solum inquantum accidentaliter induit rationem passi. Sic de actione etc. Et istius opinionis est Anselmus *De malo* cap. 8. 111

Ad duodecimum, cum dicitur quod diversorum secundum speciem non est idem actus et activum et passivum sunt diversa secundum speciem, si maior intelligitur de diversis rebus secundum speciem quae natae sunt proprias rationes habere, concedo eam. Item, si intelligitur de activo et passivo. Similiter, quod actio activi et passio passivi sunt diversi actus genere; tamen possunt esse in eodem subiecto. Sicut enim potentiae genere differunt, ita proprii actus. Et sic procedit Damascenus et Commentator, ita quod auctoritates et ratio ista sunt ad oppositum. 112

Ad aliud, cum dicitur quod compositum est finis formae et compositum praesupponit partem, dico quod actio et illud quod agit non faciunt unum subiective. Et ideo actio non est propter agens sicut pars propter totum vel forma propter compositum, sed illud quod agit magis est propter actionem suam sicut propter ultimam perfectionem eius secundum Commentatorem super 2. *De caelo* comm. 19. 113

Ad aliud, cuius vis stat in hoc quod actio esset ab agente mediante motu, non e converso etc., dico quod aliquid esse ab alio mediante aliquo potest intelligi dupliciter: vel in ratione causae materialis sive fundamentalis vel in ratione cau- 114

728–734 est[2] … 8] quod est verum non ratione sui sed ratione qua denominatur a pati sicut pati non est ab nisi ratione qua denominatur ab actione sicut dictum est in pede sic dico de actione etc. et istius opinionis est Anselmus de veritate cap. 8 Q; idem (sic E) dico de actione etc. deductionem plenius (istius pulchre E) vide in quaterno alibi qui sic incipit utrum pater intellige verba (qui … verba *om.* E) et pondera sicut nosti et illius opinionis est Anselmus de veritate cap. 8 versus finem (vide si oportet *pro* versus finem E) in quaterno quodam Beverlaci (ueulati E) ER; sic dico de actione etc. vel potest dici ad argumentum quod opposito modo est de actione et aliis formis quia non denominat nisi illud a quo est non illud in quo est nisi solum inquantum accidentaliter inducit rationem passionis LW 729 sui … ratione[3]] *om. (hom.)* BMP 735 duodecimum] decimum Q; aliud LW 736 et[1] … speciem] etc. dico quod LW 737 de] sub MN ‖ rationes] *corr. ex* operationes P; operationes BQ (*corr. ex* rationes B, *post corr.* Q) 740 subiecto] subiective BMNP 741 auctoritates … ista] ratio ista et auctoritates LW 747 super 2] 2 LRW; super 3 EM; 3 N 749 aliud] cum dicitur *add.* MN; quartum decimum BEPR; duodecimum Q 750 alio … aliquo] aliquo mediante alio LW 751–752 causae sicut] causae sive EMQR; *om.* LW

730 Cf. supra, n. 69 733–734 Cf. Ans. Cant., *De ver.*, c. 8 (ed. Schmitt, 1:187; PL 158, 476B–D) 747–748 Cf. Averr., *In De caelo* 2, comm. 17 (ed. Iuntina, 5:106K–M; ed. Carmody-Arnzen, 299–300)

sae sicut principii effectivi et originalis. Primo modo actio est ab eo quod agit mediante motu, sed secundo modo motus est a movente mediante actione quae se tenet cum potentia effectiva, sicut mediante principio effectivo, non quod actio sic se tenet cum potentia effectiva quod sit in eo, sed quod sit ab eo, sicut mediante quo est aliud. Et ita in genere causae effectivae immediate se tenet cum agente, licet in genere causae materialis sive subiecti motus intelligitur mediare. Licet autem actio sic se teneat cum eo quod agit in ratione principii effectivi, non tamen actio est per se causa effectiva, ita quod agens per se agit effective actione quae est praedicamentum, sed per se agit actione quae est principium et forma agentis, quamvis huiusmodi principium concomitatur esse ab, sicut ipsum concomitatur relatio secundi modi quo agens refertur ad patiens, et tamen relatio non est per se principium effectivum. Et hoc est quod dicit Commentator, quod actio motoris est facere etc.

115 Ad auctoritatem Commentatoris quod sequitur dico quod aequivocat 'actionem' accipiendo 'actionem' pro potentia activa, quando dicit quod est calor; et secundo, quando dicit quod actio ignis est ascensus, accipit magis proprie, quamvis ascensus concretive importet duo aliquo modo, scilicet ipsam actionem et subiectum sive fundamentum illius qui est motus.

116 Ad aliud, quod movere est proprius actus illius quod movet, non tamen in eo; nec umquam actus secundus est in eo qui agit ut agit, sed ab eo.

117 Sed quod dicitur "proprius actus est in eo cuius est", verum est de actu primo, sive accidentali sive essentiali. Et similiter actus secundus est aliquo modo in eo quod agit, sicut denominans in denominato; sed hoc multipliciter potest esse, ut patet supra. Ideo in illatione est consequens.

118 Ad septimum decimum, cum dicitur "cursus est in currente", dico quod currens dividitur in duo, quorum unum est agens per se et aliud per se patiens, ut corpus; et currens comprehendit utrumque. Aliquando autem agens non coincidit cum subiecto patiente, ut percutiens, quando percutit alium, et si se ipsum percutiat, tamen manus percutiens est aliud a reliqua parte percussa; et est actio in patiente sicut passio et totus motus.

755–756 sicut … aliud] *om.* L 755 sicut] *om.* BP 756 immediate] *om.* LW 757 sive subiecti] *om.* LW 757–758 autem] quaedam *add.* QR 758 sic] *om.* LW ‖ teneat … agit] tenet a parte agentis LW ‖ effectivi] *om.* ELW 761 concomitatur[2]] concomitanter BP 765 auctoritatem … sequitur] Commentatorem LW ‖ quod[1]] *corr. in* quae Q 768–769 quamvis … motus] *om.* L 768 concretive] *om.* QR 770 aliud] dicitur *add.* N; dico *add.* LP (*in marg.* P) ‖ illius … movet] motoris W; moventis L 772 quod] cum LW 775 ideo … consequens] *om.* LR ‖ illatione] illo *add.* M; illo BP ‖ consequens] fallacia consequentis W 776 septimum decimum] aliud LQW 779 ut] cum BMP 780 et est] est etiam N; est et M; est est B; est igitur P

774–775 Cf. supra, n. 94

[AD ARGUMENTA OPINIONIS SECUNDAE]

Ad primum opinionis secundae, cum dicitur per Philosophum quod actio moventis et moti sunt idem, verum est subiecto, non formaliter et quidditative; vel loquitur de actione vocando subiectum seu fundamentum actionem. 119

Ad secundum, cum quaeris aut agens, dum agit et inquantum agit, movet, dico quod propositio duo proponit, scilicet 'dum agit' et 'inquantum agit'. Et dandum est unum illorum tantum, scilicet quod, dum agit, movet, sed non inquantum agens; nam si agens inquantum agit moveret, tunc actio esset motus. Sed dum agit, movet; simul enim sunt et concomitantur necessario se. Similiter dicendum de patiente quod, dum patitur, movetur, sed non inquantum patitur. 120

Ad tertium de Commentatore dico quod accipit passionem pro tertia specie qualitatis; vel si non, dico, ut supra, quod non potest stari dictis suis, quia aliquando dicit quod motus est in genere quantitatis etc., ut supra. 121

Ad aliud, cum arguitur de minore, quam implicat Philosophus, quod actio sit motus, an intelligitur praedicatio formalis, dico quod non. Sed quando implicatur quod actio sit motus, motus non accipitur in recto et nominative, sed genitive, quia actio fundatur in motu. 122

Et quando arguitur quod, si ad actionem non est motus, quia ad motum in quo fundatur non est, igitur ad qualitatem, scilicet albedinem, non est motus, quia ad substantiam in qua fundatur non est motus terminative per se, dico quod consequentia non valet, quia quamvis ad substantiam non sit motus per se sicut ad terminum motus per se, tamen ad substantiam vere et per se est mutatio, sicut generatio. Sed ad motum non est mutatio per se nec motus, ideo nec ad actionem, quae inseparabiliter concomitatur motum. Si enim ad substantiam non esset mutatio per se nec motus et albedo inseparabiliter concomitaretur substantiam sicut actio motum, ad albedinem nec esset per se motus nec per se mutatio, quia si substantia esset sine motu vel mutatione praevia et albedo semper et inseparabiliter esset in substantia, quomodo ad albedinem esset mutatio vel motus? 123

782 cum … Philosophum] *om.* ELQRW 783 verum est] *om.* ELQRW 785 ad secundum] ad aliud LW; de (in B) secundo BMNP 786 proponit] includit LW 787 scilicet quod] scilicet EW; *om.* L 788 agit] agens LMN 789 concomitantur] *post* se LW ‖ necessario se] *inv.* EQR ‖ dicendum] est *add.* BPW; est L 791 tertium … Commentatore] tertium Commentatoris Q; Commentatorem ELRW ‖ dico] *om.* EQRW 792–793 vel … supra] aut non est standum dictis suis L 792 ut] sicut BMNP 792–793 quia … supra] quod varie dicit etc. W 796 motus[2]] *om.* LMR ‖ in … et] *om.* LW 799 fundatur] actio *praem.* W, *add.* L ‖ est[1]] motus *add.* LPW (*sup. lin.*) P ‖ qualitatem scilicet] *om.* LW 800 fundatur] albedo *add.* LW 803–804 ideo … motum] *om.* L 804 quae] qua BM ‖ non] nec EQR 805 inseparabiliter] *om.* MR 806 nec[1]] non ELW ‖ per se[2]] *om.* LNW 806–808 quia … motus] *om.* LW

792–793 Cf. supra, n. 79

124 Aliter potest dici quod motus est quid realius quam actio, quia motus est quid absolutum, actio quid respectivum; igitur magis videretur quod motus vel mutatio posset esse ad motum per se quam ad actionem. Et tunc arguit Philosophus sic: "motus non est motus, igitur ad actionem non est motus", non per implicationem huius minoris quod actio sit motus, quia certum est quod minorem hanc non exprimit nec implicat dictio, sed tenet consequentia Philosophi per hoc quod, si ad motum, qui est quid absolutum et maioris realitatis quam actio et per consequens magis videretur posse per se terminare motum vel esse subiectum motus, non potest esse motus, multo minus potest esse ad actionem, qui est respectus. Et tunc non valet argumentum de substantia et albedine.

125 Item tertio potest dici sic ad argumentum, quod sequitur 'motus non est motus, igitur ad actionem non est motus, quae fundatur in motu', et tamen non sequitur 'substantiae non est motus, igitur ad albedinem in substantia non est motus', quia quamvis ad substantiam non sit motus per se, eo quod non habet contrarium nec suscipit maius nec minus, tamen substantia potest esse per se subiectum motus, qui motus per se est ad aliquid fundatum in substantia; sed motus non potest esse per se subiectum motus, qui motus exsistens in alio motu sicut in subiecto sit per se ad actionem quae fundatur in motu, sicut postea dicetur et causa quare.

126 Item quamvis substantia non possit per se terminare motum, non tamen includit aliquid repugnans quare motus non possit per se terminari ad albedinem in ea. Sed motus non potest terminare motum per se nec esse subiectum eius nec etiam patitur quod motus terminatur ad aliquid inseparabiliter concomitans eum, quia cum de ratione motus sit quod inducto vel acquisito termino cesset motus nec sit necesse quod in termino motus sit motus, ideo non potest motus terminari per se ad actionem in motu, quia habita actione adhuc esset motus et habens actionem moveretur ratione motus in quo fundatur. Sic non est de substantia, quia terminato motu ad albedinem in substantia non est necesse terminum aliquo motu moveri, quia substantia non est motus.

127 Causa autem quare motus non potest esse subiectum motus est secundum Commentatorem super 5. *Physicorum* comm. 11, quia quod natum est moveri sicut subiectum motus, natum est etiam quiescere, quia privativa opposita nata sunt fieri circa idem; igitur si motus recipit subiective motum et movetur, pos-

811–812 sic motus] ad motum LW 814 Philosophi] *om.* LW 817 potest esse[2]] potest BMNP; *om.* LW 819 item … argumentum] aliter potest dici LW ‖ sequitur] quod *add.* BMNP 823 per se] *om.* BL 824–825 per … motus[2]] *rep.* EMNP (*post* fundatum *add.* subiective EMN, *spat. vac.* P) 824 fundatum] subiective *add.* EQR 824–826 sed … quare] sed sic non est de motu L 827–836 item … motus] *om.* L 827 substantia] per se *add.* MN 830 quod … terminatur] quod motus terminetur QW (*post corr.* Q); *om.* N 832 motus[3]] *om.* EW ‖ terminari] *post* se MQRW 837 est] *om.* MQR 838 super] *om.* LPRW 839 privativa] privative LRW 840 recipit] reciperet LW 840–841 posset recipere] reciperet LW

826 Cf. infra, nn. 126–27 837–842 Cf. Averr., *In Phys.* 5, comm. 11 (ed. Iuntina, 4:216H–I)

set recipere quietem et quiescere; sed hoc est impossibile, quia motus et quies sunt opposita et per consequens non sunt simul. Ratio autem quare motus vel mutatio non potest per se terminari ad motum, quamvis possit per accidens, ut motus localis ad alterationem, est multiplex. Quam Philosophus assignat 5. *Physicorum*. Una quod, qua ratione ad hunc motum demonstratum esset alius motus sicut ad per se terminum, eadem ratione ad illum esset alius in infinitum et ita hic motus demonstratus dependeret ex infinitis motibus praecedentibus et ita hic motus numquam esset; et tunc etiam posset aliquid moveri simul motibus contrariis. Similiter, cum terminato motu per se terminus motus est et non est in fieri, sed motus semper est in fieri, dum est, et numquam in facto esse, igitur non potest esse per se terminus motus. Et aliae causae dantur 5. *Physicorum* a Commentatore comm. 13.

Ad aliud, quod non potest poni actio et passio omni alio excluso, quia cum sit respectus, non potest poni sine eo in quo fundatur, scilicet motu, sicut nec similitudo sine fundamento suo, quia si agens agit, cuius est actio praedicamentum, agit per motum vel mutationem. Et ita sunt ibi quinque: illud quod agit et ipsum quod patitur et motus vel mutatio ab hoc in hoc, et ita duo respectus super illud intervallum absolutum, et adhuc aliquando est terminus alius a motu, ut forma vel ubi, quando est verus motus. 128

841 quiescere] quiesceret LW 841–844 quia … quam] item alias rationes L 844 ad] per BMNP ‖ quam] quare E 845 quod] quia LPW 846 esset alius] et sic *add.* PR; et sic LW 847–848 praecedentibus … motibus] *om.* (*hom.*) E ‖ hic motus] *om.* LW 848 posset] possit BLNP; potest M ‖ simul] *post* contrariis LW 850–851 esse[2] … motus] etc. L ‖ esse[2]] *post* se (*l. 851*) EQR; *om.* B 851 Physicorum] h[c] causae *add.* P; haec causae *add.* BEQ; h-ee causae *add.* R; et *add.* L 855 cuius] eius BMNP

844–852 Cf. Arist., *Phys.* 5, c. 2 (225b 21 – 226a 6); Averr., *In Phys.* 5, comm. 12–13 (ed. Iuntina, 4:217B–218K)

APPENDIX:
ADDITIONES

Dist. 1, q. 2, l. 258:

aliud] item si esse exsistentiae (creaturae *pro* esse exsistentiae L) ab aeterno habuit (habuerunt L) esse non reale nec actuale sed tantum esse obiectivum in Deo tunc quaero a quo esse exsistentiae (*om.* W) habet esse exsistentiae (esse … exsistentiae *om.* L) tu dicis quod ex participatione causae sub ratione (relatione E) causae efficientis tunc arguo per te ideo esse essentiae (*om.* L) ab aeterno (ab aeterno *om.* E) participat esse reale quia essentia est ab aeterno obiective cognita et habet ideam propriam igitur a simili ponendo (in proposito E) quod esse exsistentiae habuit esse cognitum ab aeterno ponitur quod ab (*om.* L) aeterno (ponitur … aeterno *om.* W) participavit (participatione E) esse suae causae sub ratione (relatione E) causae efficientis et ita ab aeterno habuerunt res esse exsistentiae *add.* ELW

Dist. 1, q. 6, l. 362:

ipso] respondeo quod in re non potest illa dependentia circumscribi quia (quod MN) stantibus extremis stat relatio sed in intellectu circumscribitur et tunc dico quod intelligitur substantia lapidis et non intelligitur in ea aliqua dependentia includi formaliter sed non (*del.* P) intelligitur absolute nec sequitur igitur substantia illa non dependet quia in re dependet dum est aliquid et illa dependentia quae excluditur per intellectum quae in re excludi non potest sed tantum sequitur quod substantia lapidis intelligitur et nulla in ea intelligitur dependentia et sic potest intelligi et sic (*om.* BM) definiri et ideo in intellectu lapidis nulla dependentia includitur unde substantia lapidis est illud quod fundamentum (*corr. in* fundamentaliter P) dependet et natum est dependere sed non formaliter se ipsa nisi formalitate fundamentali sed forte relatio non sed per realitatem additam cuiusmodi est ipsa relatio *add.* BMNP

Dist. 14, q. un., l. 269:

actu] item suppono quod actio praedicamenti distincti ab aliis sit res extra animam tunc sic omne quod privatur aliquo (nunc est sub privatione alicuius *pro* privatur aliquo R) et postea de novo est sub habitu opposito formaliter inhaerente (mutatur quia secundum rem novam formaliter inhaerentem *add.* R) aliter se habet nunc quam prius et transit ab opposito in oppositum sed si actio esset formaliter in agente cum aliquando sit sub privatione ipsius et aliquando sub ipso habitu agens ex hoc quod ageret de novo necessario mutatur et esset actionis actio istud autem non sequitur si actio sit in patiente quia etsi aliquando non egit nunc autem agit non tamen mutatur quia nihil in eo recipitur sed in passo et quando non agit non dicitur privari proprie actione quae nata sit formaliter inesse sibi per inhaerentiam sed non agere negative quae negatio tollitur per hoc quod actio est ab eo non in eo et ideo aliquid potest esse de novo non quia mutatio sit ad ipsum sed quia est ratio quare mutatio est ad alterum unde actio est immediate ab agente absque mutatione media ad ipsam actionem sed non sine mutatione ad aliquid in patiente et sic verificatur propositio Philosophi quod multa sunt et non sunt absque generatione et corruptione quae directae sint ad ipsa *add.* QR (*in marg. inf.* Q)

INDEX QUAESTIONUM

DISTINCTIO 1

QUAESTIO 1: Utrum sit ponere in Deo aliquam potentiam in ordine ad rem extra creandam, quae immediatius attingat rem factam extra se quam intellectus vel voluntas 1
QUAESTIO 2: Utrum aliqua essentia alia ab essentia prima sit ab aeterno aliquid secundum aliquam differentiam esse vel entis extra intellectum Dei 24
QUAESTIO 3: An Deus possit aliquid aliud positivum differens a se in esse producere 56
QUAESTIO 4: Utrum proximum principium productionis extrinsecae in divinis de necessitate sit in tribus suppositis 60
QUAESTIO 5: Utrum aliquid aliud a Deo potuit fuisse a Deo effective ab aeterno 71
QUAESTIO 6: Utrum relatio creaturae ad Deum sit aliquid positivum additum differens re a substantia et essentia creaturae 87
QUAESTIO 7: Utrum creatio passio addat aliquid supra creaturam 114

DISTINCTIO 2

QUAESTIO 1: Utrum tempus quod mensurat motum rerum mobilium corporalium sit aliquid reale extra animam in actu 115
QUAESTIO 2: Utrum sit ponere aliquam mensuram aliam secundum rem ab aeternitate proprie dicta et tempore, quae sit propria mensura alicuius esse creati 147
QUAESTIO 3: Utrum omnium aeviternorum sit unum aevum secundum numerum 159
QUAESTIO 4: Utrum in aevo angelorum sit realis successio vel sit simul totum indivisibiliter stans in esse perfecto 174
QUAESTIO 5: Utrum operationes intrinsecae angelorum mensurentur aevo vel tempore 197
QUAESTIO 6: Per quid angelus est formaliter in loco a parte sui 209
QUAESTIO 7: Utrum angelus possit se movere de loco ad locum 222

DISTINCTIO 3

QUAESTIO 1: An in essentia angeli sit vera compositio actus et potentiae, ex quorum altero sumatur ratio differentiae et ex alio ratio generis 241
QUAESTIO 2: An hic angelus signatus addat aliquid positivum absolutum super naturam specificam in angelis 242

Quaestio 3: An plures angeli possint individualiter differre sub eadem specie specialissima 243
Quaestio 4: An potentia intellectiva in angelis aliquid aliud absolutum dicat super naturam angeli 244
Quaestio 5: An omnia quae angelus intelligit naturaliter, distincte intelligat per species innatas 245

DISTINCTIONES 4–5

Quaestio unica: Utrum angelus potuit peccasse pro primo instanti sui esse 277

DISTINCTIO 7

Quaestio unica: An angelus damnatus possit paenitere 297

DISTINCTIO 8

Quaestio unica: Utrum angeli boni vel mali possunt sibi corpora formare in quibus appareant sensibus hominum 311

DISTINCTIO 9

Quaestio unica: Utrum angelus possit aliquid de novo intelligere per angeli alterius operationem 315

DISTINCTIO 12

Quaestio 1: An materia sit aliqua entitas positiva absolute distincta a forma 327
Quaestio 2: Utrum Deus possit facere materiam per se absque omni forma realiter differente a materia 342

DISTINCTIO 13

Quaestio 1: An lumen in medio sit res vera vel intentio et non res 361
Quaestio 2: Utrum lux sit per se et primum obiectum visus 370
Quaestio 3: Utrum lux multiplicatur in medio in instanti vel tempore . . . 381

DISTINCTIO 14

Quaestio unica: Utrum actio secundum quod est res praedicamentalis sit subiective et informative in eo quod agit vel in eo quod patitur 383

AUCTORES ET SCRIPTA

Aegidius Romanus
Expositio super libros De anima, 362
Alexander Halensis
Summa theologica, 201
Algazel
Metaphysica, 88, 344
Alhacen
De aspectibus, 361, 366
Ambrosius
De fide, 9
Anonymus
Auctoritates Aristotelis, 1, 5, 7, 21, 25, 36, 88, 93, 94, 103, 115, 117, 128, 131, 133, 138, 154, 157, 161, 231, 246, 248, 262, 263, 274, 277, 280, 297, 300, 311, 313, 322, 327, 330, 333, 334, 342, 349, 358, 359, 361, 362, 375, 384, 385, 393, 394, 407
Anonymus
In Ethicam Nicomacheam II, 267, 408
Anonymus
In Ethicam Nicomacheam VII, 284
Anonymus
Liber de causis, 147, 197
Anonymus
Liber sex principiorum, 375, 393, 394
Anselmus Cantuariensis
De casu diaboli, 25, 58, 277, 281, 288, 306, 349
De concordia, 375
De grammatico, 102
De libero arbitrio, 294
De veritate, 159, 409
Monologion, 87, 100
Proslogion, 179
Aristoteles
Analytica priora, 394
Analytica posteriora, 25, 186, 358, 394
Categoriae, 64, 88, 98, 104, 120, 127, 148, 149, 399, 400
De anima, 4, 21, 362, 363, 370–372, 375, 378, 384, 388, 393, 407
De caelo et mundo, 9, 75, 234, 247, 297, 313, 317
De generatione et corruptione, 133, 230, 245, 332
De sensu et sensato, 311, 370
Ethica Nicomachea, 9, 246, 262, 263, 270, 277–280, 282, 284, 300, 315, 383, 407
Metaphysica, 1, 5, 24, 30, 36, 43, 53, 56, 88, 93, 94, 96, 103, 105, 112, 117, 127, 138, 150, 154, 161, 162, 174, 206, 231, 256, 297, 317, 322, 327, 329, 330, 332–334, 342, 348, 349, 353, 358, 373, 383, 385, 386, 391, 400
Meteora, 311
Physica, 7, 30, 88, 93, 94, 115–124, 127, 131–133, 136, 138, 142, 143, 148, 151, 157, 159, 175, 181, 186, 222, 230–234, 248, 274, 283, 327, 328, 330–332, 337, 351, 357–359, 361, 386, 389, 390, 393, 396, 401, 402, 413
Topica, 76, 277
Augustinus
Confessiones, 61, 121, 133, 174, 330, 334
Contra Academicos, 279
De civitate Dei, 72, 185, 291, 298, 299
De diversis quaestionibus octoginta tribus, 42, 149, 185, 202
De doctrina christiana, 31
De Genesi ad litteram, 24, 25, 42, 176, 190, 201, 264, 346
De immortalitate animae, 31
De libero arbitrio, 31, 53
De perfectione iustitiae hominis, 100
De Trinitate, 11, 19, 30, 33, 41, 42, 64, 66, 72, 92, 94, 104, 105, 110, 113, 149, 245, 253, 268, 317, 322, 331, 339, 384
Enchiridion, 281, 308
Epistulae, 58
Sermones, 72
Soliloquiae, 31, 32

Ps.-Augustinus
Contra Felicianum Arianum, 76
Averroes
In De anima, 18, 128, 363, 364, 370, 371, 373, 375, 378, 387, 388
In De caelo et mundo, 56, 75, 99, 133, 234, 237, 238, 317, 352, 409
In De sensu et sensato, 374
In Metaphysicam, 2, 5, 9, 15, 36, 43, 56, 57, 60, 89, 93, 102, 103, 117, 164, 231, 245, 286, 312, 313, 317, 327, 328, 330–332, 340, 346, 351, 352, 358, 386–388, 392, 401, 406, 407
In Physicam, 78, 86, 95, 112, 116, 118, 120–122, 126, 128, 129, 131, 133, 137, 138, 142, 145, 159, 228, 230, 231, 234–236, 331, 334, 343, 346, 350, 361, 381, 386, 387, 389, 390, 393, 395–398, 401, 412, 413
Avicenna
Liber de anima, 3, 105, 372, 374, 377, 399
Liber de animalibus, 399
Liber de philosophia prima, 24, 41, 54, 56, 58, 75, 88, 99, 103, 105, 110, 174, 181, 212, 312, 328, 343, 348
Liber primus naturalium, 123, 124, 138, 139, 184, 229

Biblia Sacra
Genesis, 57
IV Regum, 314
Psalmi, 298
Proverbia, 301
Matthaeus, 299
Boethius
De consolatione philosophiae, 155
De hebdomadibus, 212
De Trinitate, 344, 391, 398
In Categorias Aristotelis, 357, 392
In De interpretatione, editio secunda, 41
Bonaventura
In Sententias, 164, 175, 201, 258, 307

Chartularium Universitatis Parisiensis, 3, 53, 213, 348, 354

Ps.-Dionysius Areopagita
De caelesti hierarchia, 316
De divinis nominibus, 255, 278, 297, 361

Euclides
Elementa, 358
Eustratius
In Ethicam Nicomacheam I, 383

Gilbertus Porretanus
In Boethii De hebdomadibus, 28
In Boethii De Trinitate, 87, 342
Glossa ordinaria, 179, 311, 313, 323
Guillelmus de Ware
In Sententias, 99, 197, 199

Henricus Gandavensis
Quodlibeta, 27, 61, 73, 74, 89, 121–123, 153, 165, 167, 168, 173, 188, 190, 196, 201, 206, 215, 225, 246, 250, 287, 300, 304, 316, 318, 364
Summa (Quaestiones ordinariae), 27
Hilarius Pictaviensis
De Trinitate, 354
Honorius Augustodunensis
De cognitione verae vitae, 179
Hugo de Sancto Victore
De sacramentis christianae fidei, 6, 11, 58, 202, 217, 344

Ps.-Ioannes Chrysostomus
Opus imperfectum in Matthaeum, 260
Ioannes Damascenus
De fide orthodoxa, 111, 216, 223, 280, 297, 307, 316, 318, 372, 387, 407
Ioannes Duns Scotus
Lectura, 69, 86, 100, 183, 197, 198, 200, 306, 320, 321, 331
Ordinatio, 200, 311
Quaestiones super secundum et tertium De anima, 384, 388, 390
Isidorus Hispalensis
Etymologiae sive Origines, 179
Sententiae, 147

Michael Ephesius
In Ethicam Nicomacheam X, 160, 198, 282

Papias Vocabulista
Elementarium doctrinae erudimentum, 312
Petrus Lombardus
Sententiae, 327, 361
Proclus
Elementatio theologica, 147

Richardus Conington
In Sententias (opus deperditum), 12
Richardus de Mediavilla
In Sententias, 71, 73, 145, 201, 214, 261, 306, 309, 311–314, 377
Quaestiones disputatae, 73, 153, 306, 330
Quodlibeta, 366, 367
Richardus de Sancto Victore
De Trinitate, 66, 342
Robertus Cowton
In Sententias, 16, 81, 107, 140, 195, 228, 231, 241, 242, 244, 246, 261, 272, 323
Robertus Grosseteste
In De divinis nominibus, 186
In De mystica theologia, 331, 357
Rogerus Baconus
Communia naturalia, 399–401

Simplicius
In Categorias, 89, 90, 109, 149, 399

Thomas de Aquino
In Sententias, 171, 201, 210, 249, 255, 300, 301, 312
Quaestiones disputatae de veritate, 249, 255
Quaestiones quodlibetales, 343
Summa contra gentiles, 249, 255
Summa theologiae, 201, 210, 249, 255, 256, 299, 302, 318, 343